

DOMENICUS V. P. H. R. I. I.
DONADEI

IVRISCONSULTI NEAPOLITANI

Maria del Co Tractatus Copiosissimus *legio maior* 17 R

DE

RENUNTIATIONIBVS:

IN QVO AD REGNI NEAPOLITANI,
Ceterarumq; Regionum Praxim frequentiores, & utiliores Qua-
stiones tam in Scholis, quam in Tribunalibus omnibus agitari
solita, & quamplurima alia haectenus non discussa, ingeniose
disputantur, ac docte resolvuntur.

Cui ad materiam accesserunt gratissime & pretiosae Curiae Neap.
DECISIONES.

Distinctus Summarijs, Argumentis, & Rerum omnium
Indice locupletissimo.



NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. M. DC. LII.

Expensis Francisci Bagnoli Bibliop. Neap.

venegas

ILLVSTRISSIMO,

Ac Sapientissimo Viro

THOMAE
BRANDOLINO

In supremo Italici Consilij Regenti meritissimo.

Onuphrius Donadeus. F.



VT Magnificum Operi meo vestibulum ponerem, & aliquid atramento splendoris adderem, opportunum fore iudicavi; si tuum nomen ad perennis famæ illecebram nuncupassem. nimirum is es, qui satis laudum impertiri possis, si nomineris. non adventitia Maiorum duntaxat umbra, non superbo imaginum fumo inanem, & ludricam nobilitatem iactas in stemmate; nec solum, ut est in veteri paræmia, gloriolam in mustaceo quæris; sed tuis quoque e censibus vectigal exigis, ac multa licet Fortunæ debeas, omnia tamen tuæ, vel virtuti, vel sapientiæ tribuere necesse est. Forensis disciplinæ delictum ne, an fulmen te dixerim, nescio; cum seueritatem iudiciorum tam apte facilitate morum temperaueris, ac legum tabulas prætuleris ad sceleris naufragium, & innocentiarum exactas. Quid hic illa repetam decora eloquentiæ, cum patronorum veluti Phœnix cæteris emereres? cum aureis linguæ perorantis catenulis animos irretires nõ tamen auro implicatus? cum litiuæ momenta libratis rationibus attente ponderares, ne quid iniuriæ pertimescerent lances Astrææ? Recti statuam iterum excitasti in rostris, qua gratiæ, qua timoris vi prope collapsam. causarum Auditor plurimis in locis Areopagum visus es circũferre ad iustitiæ pōpam integre factum; vbi fraudum tenebræ nunquam non expurgatæ; nunquam virtus non propugnata; nunquam crimina vel dissimulata, vel impunita? mox meritis suffragijs ad ciuiliam, & criminalium causarum iudiciariam dignitatem euectus Fori aleam ostendisti eruditæ Pietati, non facundiæ corruptelis patere. Mira in te cohonestando Honore velocitas fuit, quia mira virtus; anteuolat gloria tua vel emeritos magistratus, cuius merita adolescentem adhuc præuertunt ætatem. titulos

los illa titulis miscuit; prætorium tradidit, tum Regiæ Camerae Filium,
vbi etiam præsidere visus tanta morum solertia, tanto Regiarum par-
tium incremento, vt inter tabulas, Kalendaria, supputationes, syngra-
phas omnem numerum virtutis expleueris. Sed illud tibi laudando-
disertissimum elogium est **SCIPIO BRANDOLINVS**, Scipio ille
tui sanguinis splendor Marchio à Mileto, Regiæ Camerae Præsidens,
in supremo Italiæ Regens, qui per omnes gradus ad culmen honoris
nulla opum vi, sed multa cum virtutis prærogatiua euectus explora-
ta omnium integritate, rarum in vtroq; magistratu æque Regibus,
æque summis, æque popularibus carus maiestatem muneris imperfur-
abili semper præsetulit maiestate oris, ac mentis. qui parentem no-
uit, maximum dicit filium; viuit ille adhuc in te, cui hæreditariam
Italici Consilij togam in censu reliquit. nouum hoc, & inusitatum
gloriæ genus, quod Brandolinæ Familiæ singulare; vt Pater æque, ac
Filius in eadem lucis dignitate Regentis nomen obtinerent laurea
ad famæ triumphum virescente. atque hic sileo Fratrem tuum Iose-
phum, ne longum loquar, quem immatura ætate præripuit mors, in-
uidentæ celo terris tantum caput. ciuiles ille causas iudicauerat; mox
consilij exedras, & in Cûria suprema rotarum, vt aiunt Princeps no-
uum sibi gloriæ cursum effecerat, quo æternitatis metam attingeret.
Literis natam, ac togæ indolem habetis Brandolini Heroes; & bene
factum, vt in gentilitia tessera Liliorum efflorescerent ferta, ne vna
quam caderet sanguinis splendor; & plures ornarentur coronæ, vbi
tot capita laureis nascerentur. Age nunc Illustrissime Thoma labo-
res istos meos dignare patrociniæ tuæ, vt Posteris uiuant. tuam est
aliorum studia fouere, qui digna literis semper conaris. speiat opus
hoc, dum ad te in Hispaniam nauigat, ibi nominis non occasuram lu-
cem; sibi obuiam fore, ubi quotidie Sol occidit; quasi magis amet in
Hispania mori, quam alibi viuere. Vale.

Nobilissimo, ac clarissimo I. C. Neapolitano

HONVPHRIO DONADEO

(Cuius laudes vlla nunquam conticescet ætas) Doctrinæ sedulitatis fautori indefesso Iuveni honoris & gratulationis ergo

D. IO. PETRVS MASSARIVS S. SEDIS APOSTOLICAE
Proton. Iur. V. D. Oratinesf. & Neap. dicat, & offert

HOC EPIGRAM.

Flminat in scriptis, lingua tonat, emicat ore
Donadeus tonitu, ut fulgurat igne Deus,
Tyrrenæ volucres, quæ vasto in gurgite nautas
Sopibant cantu, dent bona Donaden
Doctores inter iuris, legumq. peritos,
Inter & egregios carmine digna facit:
Sedulus inuigilat studijs, mox præmia dantur
Debita virtuti, præmia solus honor,
Otia triuisti, quia sacra negotia legum
Clarus ut Orbe fores Fibriatis, ac Patriæ.
Doctor Donadeus, qui nil molitur ineptè
Auspiciis diuis, hæc monumenta dedit.
Auspice quo legum surgit veneranda potestas,
Ipsaque iam tantum gaudet habere decus.
Concipe nunc dignos ausus, cape letus honores,
Quos dabit in laudes excita Terra tuas.
Mirificè soluis dubiarum enigmata Legum,
Et stabunt scriptis nomina clara suis.

In laudes Honuphrij Donadei Ingeniosissimi I. Conf.

EPIGRAMMA:

D. Ioannis Baptistæ Cacacij I. V. D. & publici Neap. Antecessoris:

Quam cuperent Iuris veteres retulisse Periti,
Eccè tuum decorat laurea parta caput;
E meritas palmas, & iustos accipe plausus,
Debentur Sophiæ carmina nostra tuæ;
Quippe Palatini referas ænygmata iuris;
Pandis & Astrea tam bene doctus opus,
Vt libros quicumq; tuos meditatur Honuphri
Hæc dedit, exclamet, nonnisi DONA DEVS;

b z

Mi-

MICHAELIS ANGELI GIZZII I. C. NEAPOLITANI

Attudendo ad librum.

A N A G R A M M A :

Onuphrius Donadeus Doctor, & Cuius Neapolitanus.
Haud consulis, Proh totum de RENVNCIATIONE dat opus.

PAPIRII CANCRINI V. I. D. A MONTORIO.

Anagramma.

Celebratur libri Author.

Onuphrius Donadeus Iuriconsultus Partenopæius.
En honos patriæ, en iuris Divus consulens purus à Deo.

Aliud eiusdem.

Onuphrius Donadeus Iuriconsultus Partenopæius.
Nonne es tu Iuris vius splendor, situs corypheus à Deo ?

DOMINICI DE RVBEIS A ROSETO I. V. D.

Nobilis Onufrius Donadeus Iuris Vtriusque Doctor, ac Neapolitanus.

Anagramma.

Fide Solon, *Opus de Renunciacionibus tractans* reor quouis validius.

Eiusdem.

Onufrius Donadeus Iuris Consultus, & Neapolitanus.

Anagramma.

Nouus, verus Iason, solus sapit, iura docet, lenè fundit.

Eiusdem.

EXASTICHON.

Ecce *nonus* (nec falsa canam) nunc *verus Iason*,
Hic nigro scribens, candida iura docet.
Dum lenè diffundit, quæ Terras Ultima liquit,
E sedibus patrijs est renocare potis.
Zoile carpe fugam *solus sapit* iste nil ergo
Scis tu: quid capis? Zoile carpe fugam.

ARGUMENTA CAPITULORVM HVIVS TRACTATVS.



Caput Primum .

De defultione Renunciationis .

Caput II.

De Renunciatione futurae successionis .

Caput III.

De Modo & forma renunciandi .

Caput IV.

De Renunciatione in generali facta .

Caput V.

An Generalis Renunciatio Bona feudalis comprehendat .

Caput VI.

An facta speciali renunciatione de feudo renuncians teneatur ad onera ipsius feudi .

Caput VII.

Filia an venire possit contra Institutionem à patre factam non obstante renunciatione , & veniendo an teneatur ad onera , & legata facta à patre .

Caput VIII.

Filia an possit agere de lésione non obstante renunciatione .

Caput IX.

Renunciatio à minore facta utrum Iuramento firmetur .

Caput X.

Renunciatio à filia facta de bonis paternis , & maternis , an illis bonis maternis non receptis possit agere de lésione .

Caput XI.

Filia exclusa per renunciationem , an nepotes habeant legitimam in bonis Aui , vel Auiæ .

Caput XII.

Veniens contra renunciationem , an teneatur restituere , quod accepit occasione renunciationis .

Caput XIII.

Quibus portio renunciata accrescat .

Ca.

Caput XIV.

Assensus Regius, an sit necessarius in Renunciatione feudorum.

Caput XV.

Renuncians cum clausula omni legum, & Iuris auxilio, an censeatur renunciaste casibus fortuitis.

Caput XVI.

Beneficio legis si unquam, C. de reuocand. donat. an renunciari possit.

Caput XVII.

Maritus, an possit renunciare lucrò dotis.

Caput XVIII.

Solemnitatibus, an renunciari possit.

Caput XIX.

Renunciatio facta per moniales preterito certa annue præstationis promissa ille non soluta, an renunciatio sit nulla, & renuncians habere possit ad bona à se renunciata regressum.

Caput XX.

Monachus ingrediens Religionem incapacem succedendi, & renunciat omnia bona sua, si deinde transeat ad Religionem capacem succedendi, nunquid possit habere regressum ad bona renunciata per transitum ad statum capacem.

Caput XXI.

Mulier, an possit renunciare beneficio, leg. si constante. 2. §. ff. solut. matrim.

Caput XXII.

An renunciari possit euictioni.

Caput XXIII.

Priuilegium concessum marito, & alijs, ne conueniantur, nisi in quantum facere possint, an renunciari possit.

Caput XXIV.

Priuilegium concessum pluribus, an quilibet ex ipsis in damnum aliorum renunciari possit.

Caput XXV.

Nobilis, an renunciare possit priuilegijs, quæ habet, vel habere sperat.

Caput XXVI.

Attentatorum priuilegijs, an renunciari possit.


Caput XXVII.


An in generali renunciatione comprehendatur dispositio, auth. resque, C. com. de leg.

Caput XXVIII.

Lex unica, §. exactio, C. de rei uxor. act. an renunciare possit.







HONVPHRII DONADEI IVRISCONSULTI NEAPOLITANI. TRACTATUS De Renunciatione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Dispositio qualibet proficisci debet à definitione.*
- 2 *Verbum renunciare secundum latam significationem continere repudiationem.*
- 3 *Repudiatio est species renunciationis.*
- 4 *Differentia nulla est inter renunciationem, & repudiationem.*
- 5 *Repudiatio, & renunciatio sine actus inter vivos pendentes ab unius voluntate tantum.*
- 6 *Repudiatio consistit in actu momentanea voluntatis.*
- 7 *Acceptare non velle, est repudiare.*
- 8 *Repudians sponte, ius suum amittit.*
- 9 *Renunciatio, & repudiatio inter se differunt, & ab una ad alteram non rectè arguitur.*
- 10 *Aliud est abdicere se, hereditatem repudiando, quàm renunciando.*
- 11 *Renunciatio fit de iure quaesito, vel de iure de futuro non dum delato.*
- 12 *Repudiatio vero fit solum de iure delato.*
- 13 *Ius non dum delatum repudiari non potest.*
- 14 *Repudiatio non cadit in hereditate non dum delata.*
- 15 *Repudiatio quid sit, & eius definitiones.*
- 16 *Repudiare nihil aliud est quam non accipere id quod accipiendo querere potest, & potius dicitur declaratio voluntatis, cù à solo animo repudiatio pendat.*
- 17 *Consensus utriusque in repudiatione requiritur.*
- 18 *Iudex debet acceptare repudiationem factà in iudicio pro absente.*
- 19 *Repudiatio & Aditio in nuda voluntate consistunt.*
- 20 *Voluntas est declaranda per verba facta, vel non facta.*
- 21 *Voluntas in mente retenta, non inducit acquisitionem, vel repudiationem.*
- 22 *Aditio, & repudiatio, est potius facti quam iuris.*
- 23 *Repudiatio, & aditio non inducuntur ex sola animi destinatione.*
- 24 *Renunciatio operatur iuris priuationem.*
- 25 *Defectus materia efficit deficere materia-tum.*
- 26 *Persona renunciantis est attendenda in renunciatione.*
- 27 *Renunciatio quid sit, & eius definitio.*
- 28 *Voluntas renunciantis libera esse debet.*
- 29 *Mētus est contrarius spontanea voluntati.*
- 30 *Renunciatio mētū facta dicitur nulla.*
- 31 *Cessio facta per mētum nulla dicitur.*
- 32 *Renunciatio mētū facta mero iure tenet tamē res, inditur actione quod mētus causa, vel officio Iudicis.*
- 33 *Renunciatio à mētū libera debet esse nec coacta.*
- 34 *Iuramentum non est sufficiens ad roborationem coacta renunciationis.*

- 35 Renunciatio non solum libera esse debet, & non coacta, verum etiam libera esse debet voluntas à reuerentia.
- 36 Metus & dolus quando presumatur.
- 37 Renunciatio meticulosa presumeretur si fuisset facta in beneficium patris, & in eius presentia, & adesset aliqua laesio & habiasset cum patre.
- 38 Presentia patris, vel matris arguit reuerentiam que est causa productiua metus.
- 39 Metus iustus esse debet, ad hoc ut prodesse possit, & iustus dicitur, quando certa suspicio inest.
- 40 Metus, & dolus in dubio non presumitur.
- 41 Renunciatio non presumitur.
- 42 Ius suum nemo presumitur renunciare.
- 43 Renunciatio facta in instrumento libera presumitur.
- 44 Renunciationem factam metu, probare debet.
- 45 Probatio metus inducitur per quamlibet cōiecturam.
- 46 Protestatio operatur quod quis liberè non renunciat.
- 47 Protestationes facta ante, & post renunciationem an plene probent metum.
- 48 Probatio metus est in arbitrio Iudicis constituta.
- 49 Protestatio sola probat metum reuerentialem.
- 50 Protestatio de iure consuetudinario efficit renunciationem nullam, quia in protestatione iuratur se nunquam renunciaturum.
- 51 Protestans non dicitur agere, nec protestatio est actus iudicialis, nec iudicialis petitio.
- 52 Protestatio potest fieri extra iudicium.
- 53 Actus iudicialis dicitur ille, qui non est permissus in omni tempore.
- 54 Protestatio est permissa in omni tempore etiam in tempore feruato.
- 55 Protestatio vitiat omnem contractum.
- 56 Protestatio debet fieri cum anima, & cum effectu non faciendi actum, protestationi contrarium, quoniam videretur à protestatione discedere.
- 57 Dispositiones ultima contraria facta derogant primas, & ultimis standum esse.
- 58 Protestatio vitiat contractum matrimonij.
- 59 Protestatio ante actum facta inuolat protestantem.
- 60 Protestatio facta in vno actu non porrigitur ad alios actus, qui ex intervallo sequuntur.
- 61 Consensus contrarius facit recedere à protestatione.
- 62 Contractus matrimonij est contractus ultro citroque obligatorius.
- 63 Protestatio contraria facti nihil operatur.
- 64 Protestatio contraria facti dicitur quando non se compatitur cum facto, & esse non potest non contraria.
- 65 Actus sequens qui se non compatitur cum precedenti tollit primum.
- 66 Qui contra facit solummodo se protestando perdit fructus protestationis, imo & fructus non potest actu quem ipse impugnat.
- 67 Copula facit recedere à protestatione, & validat matrimonium.
- 68 Protestatio est quadam adeptio cum sit ante actum, & appellatur protestatio derogatoria.
- 69 Protestatio appellatur declaratoria animi quando facta fuerit ex libera animi sententia, & tollit consensum, & mentem à sequenti actu à quo actu resultaret damnum.
- 70 Protestatio respicit ea, que in futurum facere possunt, ita quod dat sine mente sonum, dummodo pendeat à pura voluntate protestantis.
- 71 Protestatio declaratoria animi non requirit partis presentiam.
- 72 Protestatio est facienda solemniter, & non clandestina.
- 73 Protestatio clandestina in præiudicium tertij non valet.
- 74 Protestatio sola non sufficit.
- 75 Protestatio ius protestantis seruat, & ad primeua iura redire potest.
- 76 Regens Fabius Capicinus Galeota Dux Regina laudatur.
- 77 Interesse quod debetur officio Iudicis an recepta sorte peti posse, & quid in interesse quod debetur iure actionis.
- 78 Protestatio non inuolat in interesse debito ex officio Iudicis recepta sorte cum clausula saluo iure petendi interesse.
- 79 Protestatio non impedit, quod venit ex dispositione legis.
- 80 Interesse fauore dotis non censetur remissum.
- 81 Interesse quod debetur iure actionis, non censetur remissum recepta sorte absque protestatione.
- 82 Condicio ex lege actio dicitur.
- 83 Interesse quod debetur iure actionis, & legis dispositione debetur loco pœna.
- 84 Pœna non censetur remissa per creditores simpliciter recipientes debitum.
- 85 Differentia est inter interesse, quod debetur iure actionis, & illud quod debetur officio Iudicis mercennariis.
- 86 Interesse iure actionis dicitur interesse conuentum tanquam deductum in stipulatione uti sars, & tanquam sors peti potest, & vocatur certum, & liquidum.
- 87 Interesse non promissum in contractu, & fuit præstitum per multos annos presumitur in contractu interuenisse promissio, & pactum.
- 88 Interesse quod debetur, officio Iudicis est illud

lud quod ex mora committitur.

- 89 Interesse seu tertia, quod debetur iure actionis, parit aliud interesse, quia stant de per se illa tertia, & uti fors peti possunt, non autem accessoria dicitur contractu non recesso.
- 90 Interesse contractu rescisso non parit aliud interesse, neque potest deduci in sortem principalem, & deductum, non parit aliud interesse.
- 91 Graduatio creditorum in auctis rescissionem contractuum.
- 92 Alimenta vel debentur iure actionis, vel officio Iudicis iure actionis praterita, petuntur debentur, & transeunt ad heredes.
- 93 Alimenta qua debentur officio Iudicis, non debentur praterita.
- 94 Interesse usura, seu accessiones in iudiciis vniuersalibus peti possunt iure actionis, & eque principaliter etiam exacta sorte principali.
- 95 Legitima dicitur portio successionis.
- 96 Filius petens legitimam non censetur se preludicasse quoad fructus eiusdem legitima saltem alio iudicio agere potest.
- 97 Actus agentium non debet operari ultra earum intentionem.
- 98 Renuncians tendens ad alium finem non ad actum renunciationis alium actum facere videtur.
- 99 Duplex causa versatur in hominibus:
- 100 Finis definitionis quid sit.
- 101 Finis renunciationis quid sit.
- 102 Voluntatis obiectum quid sit.

CAPVT I.

De definitione Renunciationis.



Vantum hæc renūciationis materia practicabilis, quantumue quotidiana, omnibus notum sit, eaq; præceteris omnibus, subtilitate, vtilitateque excellat; nemo est, qui nesciat, ipsa enim, & in scholis, & in foro versatur, vt ex euidenti constat, tamen circa eius seriem, pauci fuere scribētes, ideoque non desinam, post omnes, sicuti post terga metentium, spices aliquas recolere, nam, vt ipsa potiaris, à definitione incipiendum est; quia quælibet dispositio proficisci omnino debet, ab eius definitione; indicauit *Molles*. in tit de renunc. quaest. 1. num. 1. & secundum *Aristot.* in 1. phisc. ibi definitionem ianuam totius materie esse ad finē, vt intelligatur quid, de quo disputatur iuxta præceptū

Cicer. in 1. officior. & l. 1. ff. de dolo, & in l. 1. ff. si cert. pet. & ex sententia *Socrat.* apud *Plaut.* fuit: In omnibus rebus cū quæstio aliqua accidit; primum quid illud sit, quod queritur, intelligendum, aliter quidem prorsus in errorem dilabi necesse est, fit enim, vt & qui audiunt, cum rem ipsam quid significet ignorarint, decipiantur, & qui docent postquam declaratum nihil principio fuit, differant, quæ nec sibi vllō modo constare possint, nec aliis. Cognitō igitur subiecto ex diffinitione, fit quis, & audiendum apparatus, & ad prosequendum multo diligentior.

Attamen propriè ad materiam ipsam accedendo; renunciare verbum, secundum latam eius significationem, continere Repudiationem, Resignationem, Cessionem, & Donationem, sed si quis §. quaesitum ff. si quis caut. l. sed naturaliter §. nihil commune in fin. ff. de acquir. possess.

Quantum attinet ad ipsius repudiationis speciem, conuenire videtur, cum renunciatione, & videtur esse species renunciationis, vt *Mascard.* de probat. concl. 1272. nu. 1. per totam, quapropter simpliciter, & largo modo considerando, nullā videtur esse differentiam, inter renunciationem, & repudiationem, vt *DD.* & præcipue *Cyn. Alex. Bal.* in l. sicut C. de repud. hered. nam, cum repudiatio, & renunciatio sint actus interiuuos, pendens ab vnius voluntate tantum, l. si quis in conscribendo, vbi *Alciat.* C. de pact. l. desitisse ff. de iudic. l. si filius ff. de minor. l. si mandauero §. vlt. ff. mandat. *Alciat.* in l. detestatio col. 4. ff. de verb. signif. *Auendan.* in tract. de matu lib. 2. cap. 13. nu. 17. *Paul. de Castr.* conf. 36. col. 2. lib. 1. Repudiatio autem consistit in actu momentaneæ voluntatis, *Bal.* in l. aditio in princip. ff. de acquir. hered. & *Mascard.* vbi supra.

7 Siquidem non velle acceptare, est repudiare, *Las.* in l. nolle ff. de acquir. possess. Itaque tam cum renunciatione, quam cum repudiatione eque agitur de spontanea priuatione sui iuris; sponte autem repudians, ius suum amittit, *l. is qui heres in princip. ff. de acquir. hered. Bal.* conf. 403. num. 3. lib. 1.

9 Verum relicta loquendi generalitate, ipsa renunciatio propriè sumpta, multū à repudiatione distingui, cum in hoc casu, alia videatur renūciatio, alia vero repudiatio, *Paul. de Castr.* in l. 1. C. de pact. *Ruin.* conf. 207. num. 3. lib. 1. *Philip. Corn.* in conf. 172. nu. 4. lib. 3. *Seraph.* de priuil. iuram. priuil. 109 nu. 4. & ideo ab vna ad alteram, non recte arguitur, *Cephal.* conf. 620. num.

21. *Castrens. in l. 1. sub nu. 3. vers. & tunc si dico, C. de pact. Abb. conf. 103. num. 1. lib. 1. Simon de Petr. conf. 59. num. 29. Succ. conf. 183. colum. 2. vers. sed tamen pramissis lib. 2.*
 10 ubi aliud est abdicare se hereditatem repudiando, quam renunciando; Renun-
 11 ciatio autem fit de iure quasi, vel de iure de futuro, non dum delato, *l. heredi*
 21. *S. filiusfam. & l. pactum 46. in fin. ff. de*
 12 *pact.* Repudiatio vero fit solum de iure delato, *l. 1. S. decretalis ff. de succes. adict. l. 1. C. de pact. l. heredi 21. S. filiusfamilias l. pactum 46. in fine ff. de pact. l. 1. qui heredes ff. de acquir. hered. h. Bero. conf. 174. num. 20. lib. 2. Decius in l. quoties duplici 9. num. 4. vers. sed advertendum ff. de regul. iur. Franc. Niger. controuers. forens. controu. 43. nu. 21. ubi late de hac materia, & num. 128. lib. 1. & lib. 3. controuers. 511. nu. 78. per totam, Corn. late in conf. 73. num. 4. lib. 3. Auondan. in tract. de m. cap. 13. num. 31. & 32. Illustr. Marchio Ramonti Reges D. Franciscus Merlinus Pignatellus meritis Præses S. R. Conf. Neap. nostra ætate doctissimus nemini secundus omni eo venerandus, qui omnia sciuit, & nihil ignorauit in suis doctissimis controuersijs *controu. forens. tom. 1. cap. 32. num. 12.*
 13 Sanè autem ius nondum delatum repudiari non potest, *l. nec is §. 1. in fine ff. de*
 14 *acquir. hered.* quapropter in hereditate nondum delata, non cadit repudiatio, *l. is potest ff. de acquir. hered. & l. 1. qui heredes §. 1. eod. tit. & in l. si is ad quem eod. tit. tex. in l. 1. S. semel, vers. scientiam ff. de honor. posses. secundam tab. tex. in l. si ita scriptum sit §. si sub conditione ff. de legat. 2. tex. in l. 1. S. decretalis ff. de success. adict. tex. in l. qui potest facere §. 1. ff. de regul. iur. cum propriè ex
 15 eius definitione cõstet. Repudiationem esse voluntatis declarationem, qua quis ostendit, se nolle acceptare, ius sibi delatum, siue est actus, per quem quis, non vult acquirere in hijs, quæ pendet à reudiantis voluntate, *Paul. de Castr. conf. 393. num. 1. lib. 1. incipiente, vt attingamus; & Repudiare nihil aliud est, quam non acceptare, id quod accipiendo quærere potest, eo potius dicitur declaratio voluntatis, cum à solo animo repudiatio dependeat, l. recusari ff. de acquir. heredit. prout aditio, l. gerit, & l. pro herede ff. de acquir. hered. l. si auia C. de acquir. hered. Corn. conf. 88. num. 9. lib. 1. Gugliel. Rodoan. in suo tract. de rebus Eccles. non alien. pag. mibi 17. quæst. 2. cap. 12. nu. 1. & idem Rodoan. in dicto tract. de reb. eccles. non alien. quæst. 2. cap. 1. 2. num. 3. nam ea non fit sola voluntate, *Paul. de Castr. in l. recusari ff. de acquir. hered. idem Castrens. in dicto conf. num. 2.****

quia necessario requiritur, quod interueniat consensus vtriusque, vel per presentiam, vel per nuncium, vel per epistolam, prout in acceptatione, & in similibus, vt *Castrens. in dicto conf. 393. &*
 18 quando fit in iudicio omninò requiritur (ad hoc, vt valeat talis repudiatio) vob Index acceptet talem repudiationem pro absente, nec tantum sufficere videtur, quod fuerit facta in iudicio, sed omninò requiritur talis acceptatio per Iudicem, vt idem *Castrens. in dicto conf. 393. num. 2.*
 19 in vers. nõ obstat, licet enim Repudiatione & Aditio cõsistat in nuda voluntate, ratio men declarari voluntas debet per verba, vel facta, vel non facta. *cap. non omnes 1. quæst. 1. cap. caute. 22. q. 5. l. si tamen §. ei, qui ff. de adel. adict.*
 21 Si quidem sola voluntas in mente tentata, non inducit acquisitionem, vel repudiationem: *glos. in l. mutum, & ibi Paul. de Castr. num. 2. ff. de acquir. hered.* Verum
 22 denique Aditio, & repudiatio est potius facti, quam iuris, cum in declaratione animi consistat. *l. pro herede, ff. de acquir. hered. l. cum filio ff. de Curat. sur.* Itaque ex
 23 sola animi destinatione, non inducitur, neque repudiatio, neque aditio *Castrens. in l. gerit nu. 4. ff. de acquir. hered.*
 24 Ex se ipsa renunciatio, iuris priuationem operatur, dummodo ius, quod remittitur sit proprium ipsius renunciantis, & propterea remissibile, quia materialis causa, quæ in renunciatione assignatur, ista videtur, nam si talis causa deficiat, etiam si dubiè efficit, deficere
 25 ipsam renunciationem; cum defectus materiz, efficiat deficere materiatum, *l. si res §. aream ff. de solut. Succ. conf. 114. lib. 1. Curt. iun. in l. 1. C. de pact. nu. 19. Purpur. ibi nu. 51. Franc. Niger. li. 13. controu. 466. num. 11.*
 26 In renunciatione autem multa attendenda videntur; primo an persona renuncians, habilis sit ad renunciandum, cum tale requisitum dispositum veniat à DD. in ipsius materiz definitione, vt *Castrens. in l. penult. C. de pact.* quapropter, ideo di-
 27 xerunt DD. in eius definitione, quod sit refutatio spontanea facta, à persona idonea, in alterius beneficium, quam definitionem communiter sequuti fuerunt, DD. in *cap. super hoc 5. de reuunc. tex. in l. destitisse, ff. de iudicij. l. filius, ff. de minor. l. postquam liti, C. de pact. Rebuff. in l. inter diuortium, num. 191. ubi alij DD. ff. de verbor. signifi. Alciat. in l. actionem, num. 7. C. de pact. sequitur Bologn. in l. 1. num. 54. C. de pact. Paris. in conf. 39. num. 3. lib. 4. Paul. Camillo Gallus, in tract. de except. in tit. de*

renunc. except. prima num. 4. Hostiens. in summ. lib. 1. tit. de renunc. nu. 1. Mofes. in repet. consuetud. Neap. quest. 1. tit. de renunc. nam. 2. Auendam in tract. de mta lib. 2. lib. 3. cap. 13. num. 1.

Rationes vero huius definitionis descriptionis, bene à DD. supra citatis fuerunt ponderatæ, cum in hoc necesse nõ videatur ipsas ponderare; quare ideo DD. dixerunt à persona idonea, hoc est, si idonea sit persona renuncians; In re-
 28 nunciacione autem illud quod magis attendendum est (an renunciantis voluntas libera sit, sine vlla mætus, & dolus præsumptione) cum ea præsumptio in totum corruat renunciacionem, *cap. licet mulieres, de iure iur. in 6. & in cap. contingat eod. tit. & in cap. si vero, de iure iur. probat Paris. in lib. 3. de resignat. beneficij, q. 1. num. 158. ubi taliter decisum refert in Rota Rom. Thom. minad. in repet. constit. Regni in aliquibus notat. 8. nu. 21. cum ne quicquã sufficiens in hoc videatur iuramentum, ut dicto cap. si vero, de iure iur. ea pror-
 29 fus ratione; quia mætus est contrarius spontaneæ voluntati, *glos. in l. 1. vers. voluntate. ff. quod metus causa, Paris. conf. 2. num. 29. conf. 53. num. 49. lib. 4. Ideo renunciatio mætu facta, nulla dicitur, Flamin. Paris. lib. 13. quest. 1. Paris. conf. 66. num. 1. lib. 4. Barbat. conf. 30. lib. 3. Dec. conf. 219. num. 4. Iacob. Philipp. Port. conf. 101. nu. 7. Ruyn. conf. 121. num. 19. & 10. lib. 4. Paris. conf. 5. num. 162. lib. 4. Rota decis. 1. tit. de Renunc. in noui iuncta decis. 7. Camil. Borrell. tom. 3. summ. decis. tit. 11. nu. 91. Ioann. Petr. Fontanel. tom. 2. de pact. nupt. claus. 9. glos. unica, par. 1. num. 3. Petr. Gregor. lib. 41. Syntagm. cap. 14. nu. 2. Ioann. Aloys. Ricc. in pract. rer. quotid. resol. 35. num. 5. & 6. Vincent. Honded. conf. 29. vol. 1. Auendam de
 31 mætu lib. 2. cap. 13. num. 47. sicuti cessio quoque per mætum facta nulla est, De-
 32 cius conf. 219. licet autem renunciatio mætu facta, mero iure teneat *cap. si vero de iure iur.* tamen rescinditur actione, quod mætus causa, vel officio Iudicis, *glos. cap. super hoc, de renunciat. Ripa in cap. ex parte nu. 26. de rescrip. ; nam ex veriori, & magis recepta sententia resignacionem mætu factam rescindi, ut tradit Flam. Paris. dicto lib. 13. quest. 2. n. 8.*
 33 Imo non solum dicta renunciatio à mætu libera debet esse, verum etiam, ne quicquam coacta, quoniam in tali casu
 34 iuramentum, non est sufficiens ad ipsius roboracionem, *cap. licet mulieres, de iure iur. in 6. cap. contingat eod. tit. cap. Abbas quod mætus caus. cap. si vero de iure iur. & non*
 35 solum abesse debet à coactione, & mæ-**

tu, sed etiam libera esse debet voluntas, à reuerentia, *ut in l. 1. §. qua oneranda, ff. quar. rer. act. non det. Andr. in cap. 1. de naturali success. feud. Ioann. Thom. Minad. supra. cit. in repes. constit. Regni in aliquibus 8. notat. num. 21.*

36 Verum talis mætus, & dolus, eo maxime præsumitur, quãdo renuncians esset enormiter læsus per renunciacionem, *est tex. ia l. omnes, §. Lucius, ff. qua in fraudẽ credit, Franch. decis. 247. ubi supra num. 4. Ursill. in decis. ad Affl. decis. 295. num. 3. Arn. Sen. allegat. 17. & 87. Borrell. conf. 4. num. 6. Gamm. decis. 66. & decis. 95. & decis. 198. Burs. conf. 75. vol. 1. Stephan. Gratian. in decis. 65. num. 7. & num. 9. Menoch. conf. 1. num. 359. Thesaur. decis. 223. Multo magis mæticulosa præsumeretur renunciatio si fuisset facta in beneficium patris, & in eius presentia, & adesset aliqua læsio, *Ant. Ceph. in conf. 34. num. 31. Mart. de legal. success. art. 5. quest. 14. num. 19. id ampliatur, etiam in matre, & fortius si filia, tempore renunciacionis habuisset cum matre, seu patre, Curt. iun. in conf. 141. nu. 11. Mart. ubi supra, num. 20. Ruyn. conf. 170. num. 17. & 19. vol. 1. & conf. 60. nu. 22. lib. 3.*
 38 cum ex tali præsentia patris, vel matris arguatur reuerentia, quæ reuerentia, est causa productiua mætus, *secundum Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 136. nu. 7.*
 39 Nam talis mætus iustus esse debet, ad hoc vt prodesse possit, *l. mætus, aut causa, ff. de quibus causis maior, &c. & tunc dicitur iustus quando certa suspicio inest, Bart. in l. 1. §. penult. ff. quod vi, aut clan. l. de pupillo, §. si quis ipse, ff. de operis noui nunc. Thom. Minad. conf. 28. n. 2. n. 22. & num. 26. Nat. conf. 589. n. 12. lib. 3. & conf. 50. nu. 11. lib. 1. Carol. de Tap. meritissimus Reg. & Marchio Belmontis in sua auth. ingressi in verb. ingres. cap. 12. per totum Sforz. Odd. in tract. de restit. in integr. quest. 7. num. 95. Gamm. decis. 5. n. 4. n. 8. & n. 30. & decis. 19. n. 12. & n. 16. Rebus conf. 69. n. 21. Bim. conf. 221. n. 59. Morot. conf. 75. n. 9. Ceuall. comm. contracorum q. 825. n. 41.*
 41 In dubio autem, nec mætus, nec dolus præsumitur, & licet renunciatio non præsumatur, *Agost. Barb. in suis collect. lib. 2. Codicis tit. 3. de pact. num. 6. Menoch. conf. 1. num. 212. & conf. 335. nu. 1. Surd. conf. 431. num. 27. lib. 3. Franc. Niger. in suis contr. cõtrouer. 474. lib. 3. num. 41. Panciul. conf. 61. num. 22. Surd. lib. 3. conf. 431. num. 27. quia nemo præsumitur ius suum renunciare,*
 43 verum libera præsumi ur, talis renunciatio, quando est facta per instrumentũ, *vt Alex. conf. 91. num. 8. sed in contrarium*
 44 replicatur lib. 2. igitur qui mætu, vel dolo dicit*

- 44 dicit esse factam renunciacionem, probare debet, *ut ex doctrina Bal. Aret. & aliorum in l. interpositas, C. de transact. Paris. dicta quest. num. 74. Molfes. in tit. de renunc. lib. 1. quest. 1. num. 23. & 25. & ad*
- 45 probationem metus quolibet coniecturae sufficiunt, quia dum in dubio renunciatio non praesumitur, haec coniectura ad talem probationem sufficiunt, v3. quod renunciatio facta non fuerit libera, sequitur *Ceuall. commun. contra comm. quest. 825. num. 50. Cyn. in l. carcerem C. quando mat. caus. Bar. in l. si ob turpem, ff. de conditio. caus. Ofast. decis. Padam. 179. num. 1. Roland. conf. 100. num. 227. vol. 4. Menoch. de arbitr. iudic. casu 136. num. 1. Alber. conf. 77. num. 24. Crot. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 25. ff. de verbor. obligat. & in conf. 106. num. 11. & 16.*
- 46 Multo fortius si adesset antecedens protestatio, quod liberè renuncians, non renunciat, & tunc licet secundum *Surd. in conf. 260. num. 26. quod protestationes factae ante, & post renunciacionem, quae & si non plenè probent metum. Inno. in c. causa matrim. de offic. delegat. ubi Abb. & Dec. num. 5. Angel. in l. metum autem ff. quod metus causa, Petr. de Barb. conf. 24. nu. 14. inter conf. crimin. diuers. Monter. dec. Aragon. 45. nu. 26. Berou. conf. 33. num. 20. lib. 1. Carol. de Grass. in tract. de except. except. 11. num. 77. Ioann. Andr. in cap. fin. de appellat. Surd. conf. 13. num. 36. tamen plurimum adiuuant, etiam iuncta cum testibus deponentibus de minis, & de insultu viri,*
- 48 plenè probant; cum probatio metus sit in arbitrio iudicis constituta, *Bal. in l. si quis, nec genus, vers. adde tamen unum C. de Episc. & cler. quem sequitur Ancar. in cõf. 290. Alex. conf. 8. vol. 4. cum pluribus alijs apud Tiraquell. in repet. l. si unquam in verbo omnia, vel partem aliquam num. 32. C. de reuoc. domat. Ias. late in §. quadrupli, nu. 54. Bart. in l. 2. §. quod diximus, ubi etiam Alex. ff. si quis cauit. Castrens. conf. 135. col. penult. vol. 2. Dec. in l. in omnibus causis num. 12 ff. de regul. iur. Nat. conf. 50. nu. 18. conf. 451. nu. 21. & sequitur Alciat. conf. 291. n. 4.*
- 49 vult quod per solam protestacionem probetur metus reuerentialis, *Neuiz. conf. 52 nu. 53. Crot. conf. 53. nu. 21. conf. 106. nu. 21. Ruin. conf. 121. num. 12. volum. 4. Soc. iur. conf. 77. num. 45. vol. 1. Alciat. conf. 5. nu. 5. Loffred. conf. 17. num. 13. Gramm. decis. 103. num. 56. Roland. conf. 10. nu. 127. vol. 4. Cephal. conf. 438. nu. 50. Menoch. de arbitr. iudic. casu 136. nu. 2. Surd. late de hac materia protestationis in conf. 513. nu. 33. lib. 4.*
- 50 Protestatio enim de iure consuetudinario efficit, ut renunciatio nulla sit, etiã si deinde cum iuramento renunciasset, quia in protestatione iuratur, se nunquam renunciaturum, *Decius in l. pactum C. de pact. sequitur Camill. Salern. in apostill. ad consuet. si moriat. verbo incipiente. & si in hac materia in principio, fol. mibi 83. glos. communiter allagata in e. cum contingat de iure iuran. Bar. in l. si qui pro eo, ff. de fideiuss. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. Marant. de communi opinione testatur in sua practica disputatione 10.*
- 51 num. 53. quia protestans non dicitur agere, cum protestatio, non est actus iudicialis, *Alex. conf. 78. vol. 5. num. 17. nec iudicialis petitio, Nat. conf. 272. num. 15. cum possit fieri extra iudicium, Alex. dicto cõf. 78. num. 18. Tiraq. de retract. lignag. num. 83.*
- 52 & adeo hoc est verum, quia actus iudicialis dicitur ille qui non permissus videtur in omni tempore, *Reg. Sanfelicius in suis aureis decis. 173. n. 1. lib. 2. ad differẽtiam protestationis, quae permessa videtur in omni tempore, l. 1. C. de ferijs, Imo permessa etiam videtur in tempore feriato, Tiraq. in dicto tract. de retract. nu. 77. ut notat etiam Bar. in l. cum filius, §. fin. ff. de verb. obligat. Bal. in l. in contract. §. fin. C. de non numer. pecun. talis enim protestatio tanti roboris esse videtur, quod quemlibet contractum vitiat iuxta tex. in l. probare de 20. vers. ideo solent, quae exponit, id est protestari, & in l. qui aliena 6. §. fin. ff. de acquir. hered. & l. si quis 14. §. pkr. ff. de relig. & sumpt. fun. Bald. conf. 272. num. 2. vers. nisi legitime protestetur, & conf. 404. vol. 1. Ioseph. Ludou. conclus. 16. vers. fallit, quando fuit protestatus, Surd. decis. 154. Mascard. lib. 2. conclus. 47. num. 9. de probat. Facin. lib. 6. controuer. cap. 15. Marta voto 134. num. 4. Dumodo talis protestatio fiat cum animo, & cum effectu non faciendi actum protestationi contrariũ, quoniam videretur à protestatione discedere, iuxta notata per Bartol. in l. non solum, §. morte num. 17. ff. de oper. nqu. nunt. ubi Ias. num. 14. Rub. num. 216. & num. 223. Dec. num. 17. & sequitur Ripa num. 83. de constit. Soc. iur. conf. 77. num. 61. vol. 1. conf. 107. num. 3. & 6. vol. 2. Paris. conf. 10. nu. 48. vol. 1. Mars. in Rubr. ff. de fideiussor. num. 164. Crauet. in respons. prog. num. 109. Cassan. conf. 21. num. 32. Roland. conf. 69. num. 46. vol. 4. Affl. decis. 78. num. 6. vnicã ratione*
- 57 mouentur, quod quando dispositiones contrarię videntur, semper, & omnino vltimã standum esse concludunt DD. quia ipsa derogat prima, l. cum proponas, C. de Codicill. l. si mibi, & tibi, §. in legatis, ff. de legat. 1. late Ias. in l. pacta nouissima nu. 3. C. de pact. Dec. conf. 337. col. fin. & conf. 130. num.

nu. 14. *Surd. lib. 44. conf. 456. num. 32. usque ad 34.* Imo quando proceditur, cum effectu nature ipsius protestationis, etiam contractum matrimonij vitare videtur, vt scripsit *Ceuall. in comm. contra com. quest. 305. num. 1.* quia sufficiens videtur ad iudicium dissensus; sequitur *Calá. conf. 1. tit. de his qui matris caus. sunt. Barb. conf. 69. num. 8. volum. 1. Anton. Gabriel. conimun. 59 opinio. tom. 2. verbo protestatio*, & illa ante actum facta iuuat, *l. pro. herede. S. Papinianus ff. de acquir. hered. cap. consultis de regular. post omnes illustrat. meritiss. Reg. Cappc. Latr. Marchio Torell. in suis consult. 69 consult. 153. num. 9.* & facta in vno actu, non porrigitur ad alios actus, qui ex interuallo sequuntur, *Bar. in l. pacta nouissima C. de pact. Ioan. Franc. Purpur. lib. 2. cōf. 425. nu. 3.*

Verum contraria opinio, imo meo iudicio, & ex rationibus constat, vt tenet *glos. in cap. tua nobis de sponsal. pro communi testatur Cozar. in 4. decret. 2. par. c. 20. n. 3.*

61 vbi tenet, quod per contrarium consensum, videtur recessum à protestatione,

62 cum contractus matrimonij, sit contractus vltro, citroque obligatorius, *cap. fin. de transact. & sic protestatio vnus nihil operatur, l. non solum S. morte ff. de nou. oper. nunc. Nauar. in c. nullam 18. q. 2. n. 14.*

63 quod protestatio contraria facti nihil operatur, *l. cum in plures S. locator horrei ff. locati, cap. solitum de appellat.* quod protestatio contraria facti nihil operetur adest *cap. solitum de appell. cap. gratum de offic. deleg. & sollicitudinem de appellat. Cap. M. Ferrariens. & ibi Felin. nu. 44. vers. est enim regulari de constit. Dec. in dicto cap. sollicitudinem nu. 11. & sequent. de appellat. in Ciuilibus autem est *tex. in l. cum in plures S. locator horrei ff. locati, sequitur Neniz. conf. 52 num. 35. Bertand. conf. 333. nu. 13. vol. 3. Bart. in conf. 93. vol. 1. Caphal. in conf. 296. nu. 6. Menoch. conf. 1. nu. 306. Becq. conf. 34. num. 25. Ruyn. conf. 116. num. 11. vol. 2. Berou. conf. 105. nu. 10. vol. 3. idem Bertand. in conf. 133. n. 13. vol. 3. Surd. conf. 371. num. 67. lib. 3. Corbul. de caus. priuileg. ob non solut. canon. limit. 21. nu. 2. idem Surd. in conf. 456. nu. 32. lib. 4. & conf. 487. nu. 32. lib. 4. Gramm. conf. 103. nu. 41. in ciuili, & talis**

64 protestatio contraria facti dicitur, quando non se compatitur cum facto, & esse non potest non contraria, late de hac materia dixit *Surd. in conf. 143. nu. 59. lib. 1.*

65 & sequens actus qui se non compatitur cum præcedenti, tollit primum, & dicitur de eo, qui facit actum cocontrarium protestationi, *T. bom. Minad. in conf. 28. nu. 27. Afflic. in decis. 78. num. 5. Paris. in conf. 9.*

*num. 48. vol. 1. Socr. iun. conf. 77. nu. 61. vol. 1. & in conf. 105. n. 3. & 6. vol. 2. Paal. de Cast. in conf. 45. nu. 2. vol. 1. Roland. conf. 69. nu. 46. vol. 4. Zaf. singul. lib. 2. conf. 1. num. 103. vbi 66 dicit, quod qui contra facit, solummodo, se protestando, perdit fructus protestationis, imò & frui non potest actu, quod ipse impugnat, *cap. ex ro de regul. iur. in 6. l. si quis iurandum C. de reb. dubijs, quam opinionem sequitur Rub. in dicto S. morte num. 224. Innoc. in cap. veniens il. secundo de sponsal. Anton. in cap. tua num. 6. & alios d 67 Ceuall. enumeratas; item videtur recessum à tali protestatione, si deinde sequatur copula, & validum erit matrimonium, *tex. in cap. pro. tua de condit. oppof.***

68 Hæc quidem protestatio videtur potius quædam ademptio, vt inquit *glos. in l. si quis in principia, in glos. magna post principium ff. de legat. 3. & idem dicit Bart. ibi num. 6.* ea ratione quia fit ante actum, & appellatur protestatio derogatoria; vt inquit *Surd. conf. 356. nu. 5.*

69 Declaratoria animi appellatur protestatio, *Regens Rouitus late scribit de hac materia in lib. 2. conf. 87. num. 12. & 13. & multis sequen. quando facta fuerit ex libera animi sententia, & tollit consensum, & mentem à sequenti actu, à quo actu resultaret damnum, cap. cōfati de reg. iur. l. si duo S. cur inquitinas ff. vti possidet. Ol-*

70 trad. conf. 6. in fine; questio talis est, & respicit ea, quæ in futurum facere possunt, ita quod dat sine mēte sonum, dum modo pendet à pura voluntate protestantis, *l. si mihi, & Titio, S. in legatis ff. de legat. 2. Bal. Angel. Castren. in l. pacta nouissima C. de pact. vbi Alex. Ias. & alii, Bart. in l. non solum S. morte in principio ff. de nou. oper. nunc. & alios quos citat Mascard. de probat. conclus. 1242. num. 30. Crauet. conf. 110. incipiente confirmando opinionem nu. 3. in fine, Ioann. Franc. Purpur. lib. 1. conf. 122. nu. 3. *tex. in l. at si quis S. plerique ff. de relig. & sumpt. funer. Purpur. lib. 2. conf. 490. n. 17. l. sed, & si quis ff. de relig. & sumpt. funer. Surd. conf. 143. num. 42. lib. 3. & conf. 348. nu. 6. lib. 3. Bellam. in cap. qualiter, extra de pact. Paris. conf. 70. num. 15. & 19. volum. 3. Ioan. de Amic. conf. 110. num. 5. Berou. conf. 51. nu. 18. vol. 3. Natt. conf. 627. num. 9. Caphal. conf. 37. nu. 20. conf. 110. num. 19. conf. 375. nu. 19. Boer. decis. 110. nu. 10. Natt. conf. 627. num. 9. Menoch. conf. 28. num. 21. Surd. conf. 143. num. 42. lib. 1. & ista protestatio**

71 declaratoria animi non requirit partis presentiam, *Bart. in l. non solum S. morte num. 15. ff. de nou. oper. nunc. vbi etiam Rub. num. 182. 285. & 241. quamuis glos. in l. 1. ff. de contrahend. emptio. teneat quod requi-*

- quiratur certioratio, tamen comuniter reprobatur à DD. *Surd. lib. 1. conf. 136. num. 50.*
- 72 Hęc siquidem protestatio in tantum procedi, in quantum esset solemniter facta, nam quando facta est clandestina, & absq; citatione partis, quę releuat, *Bart. in l. qui aliena §. celsus in fine. & ibi Castrenf. num. 3. ff. de acquir. hered. l. cum in plures §. loc. stor. secundum unum intellectum ff. locat. & Bart. in l. non solum §. morte ff. de nou. oper. nunc. col. 8. vers. circa secundum, cui fieri debeat protestatio, Franc. Purpurat. lib. 2. conf. 245. num. 36. Dec. in l. omnibus nu. 12. vbi Cagnol. num. 6. ff. de regul. iur. Paris. conf. 53. nu. 53. vol. 4. Bertran. conf. 163. vol. 3. Boer. dec. 100. nu. 10. Crot. conf. 106. nu. 11.*
- 73 maxime quando protestatio clandestina resultaret in præiudicium tertij non releuat, *Alex. conf. 16. lib. 3. Mascard. conclus. 1248. nu. 14. vbi latissime scripsit de hac materia protestationis, cum suis ampliationibus, & limitationibus, omnino videndas, Aymon. conf. 120. nu. 3. allegat Soc. in conf. 27. in fine lib. 3. & conf. 163. lib. 2. præsertim, quia non adorat aliqua causa, cur non posset palam protestari, neque probetur aliquis iustus timor protestantis, & adsit præiudicium partis, quo casu*
- 74 sola protestatio non sufficit, *Alex. conf. 16. col. fin. ad med. num. 11. & 12. lib. 3. post Bal. in l. clari C. de fideicom. Aym. conf. 120. num. 6 sequitur Grat. discept. forens. cap. 324. num. 33.*
- 75 Equidem protestatio, ius protestantis seruat, *l. si fideiussor, §. fin. ff. qui satis dat. cogunt. & facit, quod in simili dicitur, in cap. sollicitudinem de appell. l. non solum, §. morte. ff. de nou. oper. nunc. l. adita, C. de add. do. l. si debitor, §. ff. quib. mod. pign. vel hyp. pot. soluat. Alex. conf. 130. lib. 4. num. 13. & 17. l. si debitor, §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. pot. solu. Dec. conf. 42. Surd. de alim. tit. 19. quest. 26. num. 135. Negus. de pignor. 4. par. princip. num. 39. vol. 13. latè Bar. in l. non salum, §. morte num. 23. ff. de nou. oper. nunc. Rubens lib. 3. decis. 286. num. 3. Carau. in ritib. M. C. V. ritu 220. nu. 22. Olerad. conf. 67. in fine, latè de hac materia meritissimus, ac sapientissimus nostra ætate Regens Fabius Capicius Galeota, Dux Regina scripsit in suis controuer. lib. 1. controuer. 61. nu. 25. & in lib. 2. controuer. 68. num. 15. vsq. ad 20. Decius conf. 116. col. 5. in fine, Ioann. Thom. Minad. conf. 5. num. 2. Bar. in l. cum procur. §. si dominus. ff. de oper. nou. nunc. Ioan. Andr. & alij in cap. Bene, & cap. dilecto de appell. Angel. & Salic. in l. si quis libellos, C. de appellat. Alex. conf. 131. nu. 12. lib. 4. Regius Consil. Thom. Carleual, in suo tract. de Iudi-*
- cij. lib. 1. tit. 1. disput. 2. quest. 8. sect. 2. num. 995. Felin. in cap. inter Monasterium, nu. 8. de re iudic. late Barbof. in l. 1. art. 3. num. 10. ff. de iudic. Vbi alios refert. Iaf. conf. 13. nu. 40. lib. 1. Ioan. Baptista Ferret. conf. 26. n. 17. Reg. Ioann. Bapt. Valenz. Valazquez olim meritisissimus presens S. R. C. Neapolitani conf. 165. nu. 19. lib. 2. Ioan. Franc. Purpur. lib. 1. conf. 391. num. 14. cap. Saluo. 21. quest. 3. ita vult Bal. in l. si fideiuss. in princip. ff. qui satisfac. cogunt. Purpur. lib. 2. conf. 605. num. 5. Bar. in l. penult. C. de positi, Dec. conf. 309. col. 3. Castrenf. conf. 117. nu. 7. Dec. conf. 74. nu. 16. Surd. late in conf. 310. num. 15. lib. 3. Soc. conf. 44. num. 4. vol. 4. Dec. conf. 42. Surd. lib. 3. conf. 385. num. 20. Mascard. de probat. cõf. 1178. num. 36. Bal. conf. 123. vol. 1. quidam Alexan. obligauit, Rom. conf. 94. num. 7. viliis his quę narrantur, Rom. conf. 140. Olerad. conf. 237. in fine, Decius conf. 45. num. 43. Mascard. de Probat. conclus. 1173. nu. 36. Decian. conf. 19. num. 36. lib. 3. Surd. conf. 143. uum. 42. conf. 356. num. 5. conf. 313. num. 36. Barz. decis. 186. num. 48. Castill. decis. 22. nu. 28. Cancer. var. resolut. lib. 3. cap. 1. de act. & oblig. 2. Ceual. comm. contra com. quest. 489. Garfi. de nobilit. glos. 3. nu. 6. Paris. conf. 109. num. 61. vol. 3. Ruy. conf. 45. num. 1. volum. 4. & ad primeua iura redire potest, stante protestatione, ex doctrina Pauli Castrenf. in l. eleganter num. 3. ff. de pignorat. Boer. decis. 332. Capyc. decis. 43. vbi Masul. in adict. ad dictam decis. num. 5. Francb. decis. 12. nu. 11. & sequenti, & decis. 50. nu. 2. & seq. Sessa decis. Aragon. 133. nu. 10. lib. 2. Lanar. conf. 36. n. 5. Ann. conf. 35. & 36. Gõzadin. in conf. 38. Stracc. de assicurat. glos. 33. num. 1. late Felician. de censib. lib. 3. cap. 9. num. 16. tom. 2. Muta decis. 6. num. 5. & sequenti, Stracc. de commercijs §. 2. glos. 5. sub nu. 291. Cabellin. de euis. §. 4. nu. 4. Castill. decis. 5. & decis. 32. nu. 2. Bero. conf. 46. num. 10. lib. 1. Bart. in l. si quis aliam ff. de solut. Maxime, quando ista protestatio fuerit opposita in contractu. de iure permissio operatur si in dicto contractu reperitur aliquid pactum inuvalidum, vitiatur illa conuentio, stante protestatione à principio apposta, Gratian. discept. forens. cap. 141. nu. 18. lib. 1.*
- 77 Quorum occasione ad questionem deuenitur, quod quando interesse debetur officio iudicis, peti nõ posse, recepta forte, cum aliud sit in vsuris debitis, iure actionis, quę stipulatae stant de per se, & non veniunt accessorie, & petuntur iudicio separato; ita vt istę accessorie promissę per stipulationem, possint peti, etiã ab eo, qui sine protestatione recepit forte, *Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de eo, quod certo loco, & ibi Iaf. num. 2. in fine, & in l. 1. nu. 3.*

C. de iudic. Angel. in l. mora quas. ult. na. 8. ff. de usuris, Riminal. iun. conf. 346. in compromisso num. 18. lib. 3. Ias. in §. actionum. nu. 52. in tit. de action. Præf. Anell. de Amat. qui omnia scimit, & nihil ignoravit in conf. 39. nu. 6. Card. Tuseb. conclus. 298. num. 13. lit. I. Negus. de pignor. 4. memb. 2. par. nu. 52. Soc. conf. 41. num. 12. & 13. lib. 4. Robuff. in tract. de sentent. provisional. art. 3. glos. in l. 3. S. si rem, in verbo fortassis ff. de legat. 3. Ias. in §. fuerat nu. 42. in tit. de action. Bellon. in conf. 20. num. 6. Apicell. in tract. pauper. T. u. l. xxi. in tit. de quinquennali dilatione tit. 1. num. 91. lit. C. qui omnes dicunt, quod quando usurz petuntur officio iudicis, tunc per solutionem sortis principalis, censetur remissa, Surd. de alim. tit. 1. quæst. 42. tit. 6. quæst. 3. num. 38. vbi multa de alimentis, quæ debentur officio iudicis, vel iure actionis, Innoc. in cap. grauis, qui respondet ad text. in l. si in iudicio ff. de except. rei iudic. Berou. conf. 200. num. 4. cum sequenti Ab. 1. conf. 108. num. 2. Caualean. decis. 35. nu. 11. lib. 1. Tuschus conclus. 298. lit. 1. num. 7. & seq. Alex. Trentacinq. var. resol. lib. 3. tit. de solus. resol. 9. nu. 6. Ruginel. præf. quæst. cap. 14. num. 11. Rota Genues. 61. num. 87. Menob. lib. 3. præsumpt. 25. Scacc. de comerc. & cambijs §. 1. quæst. 7. par. 2. ampliat. 8. nu. 299. Rouit. conf. 36. nu. 6. & sequenti. Gamm. decis. 191. Burs. conf. 72. num. 7. Imo in tali interesse debito ex officio iudicis, neque iuuat protestatio de recipienda sorte (saluo iure petendi interesse) quia ex eius natura remissum censetur Berou. conf. 200. num. 4. & 19. Ab. 1. (quasi iuris necessitate remissum dicatur) & protestatio non in

78 **79** **80** **81**

pedi, quod venit, ex legis dispositione, l. & si quis §. plerique ff. de relig. & sumpt. funer. l. alimenta, & de negot. gest. Curibar. decis. genues. 38. Gratian. discept. forens. c. 28. nu. 37. Ias. in §. actionum nu. 52. in tit. de action. Alex. in l. marito §. fin. ff. sol. matrim. Dec. in l. vinum num. 14. ff. si cara. pet.

Quod totum imitari potest in casu mulieris, petentis sortem principale officio iudicis mercenarii; petere potest interesse, etiam, quæda tunc, de cuius necessitate, censetur remissum, quod id totum favore dotis; Ay. in l. fin. ff. de ed. quod cert. loco; Apicell. supra cit.

66 quod iuramentum dicitur contra bonos mores, dum est contra ius naturale, & quæ iure naturali debentur commutari non possunt prohibente etiam lege, & sic iuri prohibitiuo, renunciari non potest, *Bart. in l. 2. C. ne fideiuss. dot. dent. & in l. si quis pro eo in 3. & 5. memb. ff. de fideiuss. Angel. conf. 53. col. 1. & multos alios cit. Tiraqueil. de legib. connub. glos. 4. num. 27. & quia dicta transactio repugnat iuri naturali, non potest iuramentum validare id quod est ipso iure nullum, & à lege*

67 *ciuilibus, & canonica improbatum cum iuramentum debet habere tres comites, scilicet, veritatem, iudicium, atque iustitiam cap. animaduertendum quest. 2. & cap. quanto de iur. iur. Ansfuld. in suo tract. de iurislib. ecclesiastica par. 2. tit. 10. cap. 2. & 3. in hoc autem dubio iniquitatem continere videtur, prout idem Petr. de Anchar. in dicto conf. 375. num. 2. Mouentur DD. quia alimenta alicui tollere est ipsu necare, vt l. necessarij ff. de liber. agnoscend.*

- 68 Igitur non potest ne quicquam cum Iudicis decreto talem transactionem habilitari, intellige modo super alimentis; non autem super causa alimentorum, nā super ipsa causa bene transigere potest, vt *Dec. in l. de alimentis C. de transact. Bart. latè in tract. de aliment. num. 33. Felin. in cap. si diligenti num. 5. de foro compet.* Sufficit enim quod causa qualitercumque attingat negatiuam, siue accessoriè, siue incidenter negatiuam alimentorum ista cognitio causæ potest transigi, *Bar. in l. 35. num. 1. ff. de aliment. & cibariis legat.*
- 69 Verum quando alimentarius transigendo meliora reddit conditionem, & tunc etiam, sine Iudicis decreto valet, illa transactio, vt *l. cum hij §. eam transactionem, & ibi Bar. num. 2. & quamplurimi DD. ff. de transact. Dec. in l. de aliment. nu. 12. vers. secundo fallit C. eodem, Alciat. num. 4. dixit Menoch. de arbitr. iudic. casu 170. n. 31.*
- 70 Et declaratur dicta conclusio, aut sumus in alimentis, quæ debentur ex vltima voluntate, aut ex contractu inter viuos, in hoc vltimo casu, potest semper creditor transigere, & pacisci, *l. cum hij §. plane ff. de transact.* Imo etiam sine Iudicis decreto transigere potest, vt in *l. de alimentis, obi Ias. num. 2. si ex vltima voluntate, & tunc, aut vult transigere, super alimentis præteritis, aut futuris; de præteritis potest transigi l. de alimentis C. de transact. sequitur Menoch. dicto casu nu. 33. super futuris vero alimentis, nulla transactio admittitur, l. cum hij ff. de transact. Bal. in l. 1. num. 7. vers. modo quero C. de iure dot. Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 55. num. 4. & tit. 9. quest. 32. nu. 13 & ne quicquam cedi possunt prædicta alimenta, dixit Dom. Francisc. Maria Pratus in disce. forens. cap. 8. nu. 41. Imo nec super illis appellatio admittitur text. in *l. final. ff. de appellat. recip. Bart. in l. mela in fine ff. de aliment. & cibariis leg. Afflict. decis. 152. num. 3. Surdus de aliment. tit. 1. q. 120. num. 13. & tit. 8. priuileg. 60. num. 5. & 13. Ias. in l. de alimentis num. 5. obi DD. de transact. Caputaq. dec. 21. 22. & 24. par. 1. Rota in Anconit. aliment. 4. Decembris 1585. coram Orano, ratio ne facta p̄ceat, quia à futuris alimentis pendet vita hominis, non ex præteritis, ideo fauorabilia sunt futura, *Bart. in l. de alimentis C. de transact. obi Salic. Corne. nu. 1.* Item testator voluit paulatim alimenta relinquere legatario, quam summam integram semel præstari, vt dicta *l. de alimentis, & dato quod valeat talis transactio super alimentis futuris, debet Iudex de pluribus inquirere, alias ipso iure, nō tenet, quoniam illa inquisitio, est forma-***

lis sollempnitas, quæ nulla renunciatio-
ne, nec iuramento tolli potest, vt notat,
Bar. in §. 1. & l. si quis pro eo ff. de fideiussor.
sequitur Petr. de Anchar. conf. 357.

- 74 Sed quæ ratio est, quod super alimentis debitis ex contractu liceat transigere, non super debitis ex vltima voluntate, & multæ sunt responsiones.

Prima scilicet fauor alimentorum, & vltimæ voluntatis, vt in *l. alio, l. seruos, & l. mela ff. de aliment. & cibariis legat. & l. fin. C. de necess. serui.* In alimentis verò, ex contractu inter viuos, est vnus. tantū fauor, scilicet fauor alimentorum, item alimenta debita ex cōtractu inter viuos debentur ex industria, sed alimenta debita, ex vltima voluntate, non debentur ex industria, sed ex aliena prouisione, ideo cessat præsumptio in remittendo, vt probatur in *§. ex conditionali in sit. de verb. obligat.* intellige deberi alimenta ex vltima voluntate siue debeatur ex testamento, siue ex donatione causa mortis, siue relinquatur ab eo cui mortis causa, aliquid est relictum, vel causa conditionis implendæ, dicta *l. cum hij §. 2. & 3.*

- 75 ff. de transact. ratio est quia vltima voluntas multis fauoribus est dotata, & sic duplex causa magis operari debet, quam simplex, *Bart. in dicta l. cum hij num. 6. dicens quod in his duobus simul iunctis*

77 versatur fauor publicus, vt scilicet testamenta executioni mandentur, & nē homines tenues famæ pereant, *Ias. in dicta l. de aliment. Ofsc. in dicta l. cum hij num. 9. Bart. in tract. de alim. num. 4.*

- 78 Et quæ dicta sunt de transactione super alimentis, eadem militari poterunt in compensatione, contra agentem ad alimenta, *l. in ea 4. C. de compef. Mofes. in consuet. Neapol. par. 6. quest. 11. nu. 22. Ricc. collect. decis. 305. vers. limita duodecimo par. 1. Ferrar. in pract. Papien. in formalibelli*
- 79 num. 85. cum compensatio sit solutio, *l. Iulianus ait ff. de condic. & demonstrat. l. solutionis ff. de solut. Bart. in l. dimortio, §. ob donationis, num. 21. ff. solut. matrimon. Menoch. latè in tract. de præsumpt. lib. 2. præsum. 48. num. 35. Socc. iun. conf. 79. num. 6. lib. 3. Mascard. de probat. conclus. 334. num. 2. Pancirol. conf. 10. num. 8. Surd. materia propria in tract. de aliment. tit. 3. quest. 7. num. 21. Turrett. conf. 10. num. 2. lib. 1. Cephal. conf. 374. nu. 44. lib. 3. Reg. 10. Franc. de Pont. cōf. 13. num. 4. lib. 2. Cartar. decis. 93. num. 14. & 18. Munnoz. de escubar. in tract. de ratiocin. cap. 14. par. 2. num. 16. Garbanet. in tract. de conditionib. & demonstr. par. 2. cap. 4. quest. 3. num. 4. Guid. Pap. decis. 567. num. 1. & respectu liberationis æquiparatur veræ solutioni.*

tio ni, *Seraph. decis. Rota Rom. 302. num. 4. Ricc. collect. decis. 800. Purpurat. conf. 273. num. 11. lib. 2. meritiff. Consil. Marcell.*
80 *Marcian.* tam doctrina, quam bonitate conspicuus, inter Aduocatos primarios sapientes, & in illo tempore floruit vixit, & adhuc vivit in suis consiliis *conf. 49. num. 2. Cartar. decis. 77. num. 5. Muta decis. 34. num. 10.* imo plus operatur compensatio, quam solutio, *Gratian. discept. for. cap. 728. num. 9. Surd. conf. 562. num. 12. Ludouif. decis. Rot. Rom. 342. num. 5.* maximè quando compensatio est opposita ab homine, *Marc. Anton. Bellon. decis. 214. nu. 15. & decis. 16. num. 31. & decis. 104. num. 3. Farin. decis. Rota Roman. 858. num. 4.* & extinguit actionem ipso iure, *Afflic. dec. 121. num. 1. & 4. Ofasch. decis. 192. num. 16.* quod intellige extinguere actionem ipso iure, à die quo fuerit opposita, & non antea, *Surd. decis. 117. num. 5. & decis. 161. nu. 1.*
81 Insurgit quæstio an dicta compensatio fiat ipso iure, an vero requiratur factum hominis, & sic, vt pars eam apponatur, & licet nonnulli dicant compensationem fieri ipso iure, absque oppositione partis, ista opinio est intelligenda respectu minoris, & respectu cursus vsurarum decurrendarum; respectu vero aliorum casuum requiritur factum hominis.
 Respectu minorum etiam nõ proposita cõpensatione, siue non proposito facto, ex quo oritur illa, ipso iure inducitur, quia ita in iure dispositum: reperitur per *text. satis apertum in l. minor 25. annor. §. pradia ff. de minor. & secundum veram Bal. doctrinam in l. si constat C. de compens. nam. 3.* quoties id iure cautum reperitur compensatio inducitur absque aliqua propositione facta ab homine cum illa ius faciat.
 Respectu vero cursus vsurarum decurrendarum, ipsa compensatio, dicitur inducta ipso iure, quia lex ad euitandas vsuras id operatur, *Roderic. in suo tract. de annuis redditib. lib. 2. g. 18. num. 2. l. si constat l. etiã C. de compensat. l. cum alter. cum l. seq. ff. eod. l. eius C. de solut. Glos. & DD. in dict. l. si constat l. 1. C. de distract. pignorib. Reg. Ioann. Franc. de Pont. conf. 9. num. 4. Cartar. decis. 95. num. 15. Vinc. de Franch. decis. 641. nu. 5. Aldouin. conf. 97. num. 16. Gratia. discept. forens. cap. 615. num. 31. Soccin. in l. Iulianus num. 10. ff. de condit. & demonstr. Munnoz. Escubar. de ratiocin. cap. 14. nu. 3. Peregrin. conf. 107. num. 2. & 4. lib. 2.*
 Respectu vero quod cõpensatio non fiat ipso iure, sed requiratur factum hominis, dicendum omninò est, quod op-

poni debeat à parte, ad illam inducendam dicta *l. si constat C. de compet. Guid. Pap. decis. 221. num. 2. Socc. iun. conf. 74. nu. 25. lib. 3. & conf. 147. num. 4. lib. 1. Vincent. de Franch. decis. 53. num. 2. & decis. 367. nu. 12. Capicius decis. 167. Anna conf. 62. Roland. conf. 87. num. 28. lib. 1. Intrigl. conf. 8. lib. 1. Surd. decis. 191. nu. 15. Euerard. Bronchorst. in conciliat. cent. 1. asser. 81. Camill. de Medic. conf. 137. num. 7. & proposita, tollit obligationem, Roderic. de ann. redditib. quæst. 18. num. 14. lib. 2. Farin. conf. 13. num. 16. in crimin. lib. 1.*
82 Ista exceptio compensationis, adeo est fauorabilis, vt ea renunciari minimè possit, & facta renunciatione adhuc non tenet, *Afflic. decis. 121. num. 5. & 6. ubi per Sacr. Concil. Neap. fuit dictum, & decisum,* quod non obstante tali renunciatione, fiat compensatio, & licet *Tindar. in tract. de compensat. quæst. 9. col. 2.* teneat quod possit renunciari exceptioni compensationis; tamen intellige de compensatione debiti præteriti, & non futuri, *Afflic. decis. 381. num. 3. & 4. Surd. conf. 246. num. 15. lib. 2. Bursat. conf. 105. num. 1. Marefcott. var. resol. cap. 121. num. 54. Bertazzol. in tract. de claus. claus. 41. glos. 8. num. 6.* & suo loco hanc materiam late examinatur.
83 Quod dictum est supra in aliquibus transactionibus, à iure permissis, requiri iudicis decretum, *Simoncell. in suo tract. de decreto in prafat. num. 63. & 64.* intelligendum est, cadere tale decretum, in probationibus factis, circa illius cõtractus utilitatem, cum illud requiratur pro forma,
84 & impleri debet in forma specifica, *Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 21. nu. 10. fol. mibi 149. Bart. Angel. Castrenf. & Recentiores, qui asserunt concordiam in l. ff. de lib. & posth. quia deficiente solemnitate necessaria, actus non præsumitur utilis, secundum Bart. in l. quacumque, vers. scias tamen C. de bonis que liber. Dec. conf. 572. Lamberteng. in tract. de contract. eorum num. mibi 170.* Contrariorum eadem est disciplina,
86 & idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, *l. & si cõtra in fine ff. de vulg. & pupill. substit. Bal. in l. 1. nu. 3. C. quando, licet ab empt. distced. Neuizz. conf. 38. num. 12. Natt. conf. 442. num. 8.*
87 Fortius dico, quod ista utilitas debet esse euidens, vt actus sustineatur, ita *Lamberteng. in dicto num. 170.* quia si utilitas possit esse, vel non esse, non dicitur euidens, & actus non sustinetur, nec probatur utilitas, ex eo quod partes in
 quia in prohibitis confessio non nocet,
 G Bart.

- Bart. in l. si forte ff. de Castren. pecul. & in alienatione ubi requiritur ista solemnitas, non attenditur assertio partis, ut post alios citatos à Rodeo, in tract. de cau. utilit. num. 72.*
- 88 Et licet per temporis lapsum, solemnitas extrinseca soleat presumi secundum glos. Innoc. Butr. Imol. Abb. in cap. pervenit de censib. Hostiens. Ioann. Andr. Butr. Imol. Abb. & Felin. in cap. Albericus de testibus, Alex. conf. 219. lib. 6. *Bart. in l. sciendum ff. de verb. obligat. & in Auth. si quis in aliquo documento C. de edend. Tiraquell. de prescript. §. 1. glos. 4. vers. 39. Bart. in l. si forte per text. ibi ff. de castren. pecul. tamen in transactione, quæ fit super dicta causa alimentorum*
- 89 licet lapsus fuerit longum tempus, solemnitas hæc non presumitur, ut concludit Vasq. Illustr. quæst. cap. 64. num. 21. ratio est, quia solemnitas extrinseca, non presumitur quando est talis, cui partes non possunt renunciare, Ancharan. in cap. 1. de reb. Eccles. non alienan. *Bart. in l. 1. C. de fide instrum. Bart. in l. sciendum ff. de verb. obligat. cum alijs num. 17. & sic non erit presumenda.*
- 90 Neque potest alimentorum questio compromitti, *Abb. in l. cum bii ff. de transact. ratio est quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum l. 1. ff. de arbit. &*
- 91 dum transactio fuit prohibita, multo magis prohibitum videtur compromissum, *l. non distinguemus §. liberali ff. de arbit. Roman. conf. 175. Soc. conf. 28. volum. 1. Dec. conf. 44. conf. 39. conf. 282. Imo si esset permittendū facilius permitteretur transactio, quam compromissum, l. fratris C. de transact. Alciat. in d. l. cum bii num. 2. cū compromissum sit species transactionis, Corn. lib. 1. conf. 148. num. 1. & conf. 290. vers.*
- 92 *cum compromissum, & Arbitri habent iurisdictionem, prout habent Iudices, l. si cū exceptione §. hac autem actio ff. quæd. matus caus. l. si arbit. ff. de probatio. l. arbitrio ff. qui satisdare cogant. late Blanc. in tract. de compromiss. in 6.*
- Quæ quidem intelligenda sunt de cō-
- 93 promisso necessario, non autem de voluntario, nam quilibet rei suæ est moderator, & arbiter, *l. in re mandata C. mandati, nam iura prædicta habent locum in compromisso necessario secundū Corne. conf. 137. vol. 4. & Blanc. in dicto tract. de comprom. tit. de quib. caus. compromiss. fieri*
- 94 *poss. num. 20. nam quæ fiunt ex necessitate, non regulantur secundum ea, quæ fiunt voluntariè per partes, ut per Bart. in l. 3. §. utrum ff. ad syllania. & Roman. conf.*
- 95 *118. dixit quod actus factus ex necessitate non comprehenditur sub lege prohibente, actum fieri, Blanc. in dict. 4. par. num. 28.*
- 66 In legitima autem, pater nullum gravamen constitui neque considerari potest. *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. & ibi Bal. in dicta l. num. 3. vers. ad secundū punctum eod. tit. Alex. conf. 210. num. 10. vers. ad fortificationem vol. 3. Alex. in l. cum proponas, num. 11. vers. quod si specialiter C. de pact. ibi quod de c. num. 2. sequitur Zabarell. conf. 22. num. 4. clare in Authent. ut cum, de*
- 97 *appell. cognosc. Imo fortius nulla cōditio, neque euentus super eam imponi potest, ut Suarez in dicta l. quoniam limit. 6. col. 1. Merlin. de legit. tit. 2. lib. 2. quaest. 5. nu. 1. & lib. 3. tit. 2. quaest. 1. num. 2. de Franch. decis. 525. num. 20. plene Ias. in l. si pater. col. 12. vers. in ultima par. & ibi glos. C. de inbit. & substit. Molin. lib. 2. de primogenit. cap. 1. num. 32. vers. ulterius, etiam cum sequenti & licet non possit gravare filium in legitima tamen relinquendo ultra legitimam cum aliquo onere tenetur filius, vel onus acceptare, vel restituere, quod ultra legitimam vna cū fructibus, Furd. decis. 21. num. 20. Mastrill. decis. 181. nu. 28. lib. 1. Bursat. conf. 355. num. 61. & latius in conf. 385. vol. 3. Cum in l. coheredes §. cum filio num. 2. ff. de vulg. & pupill. 10. Dilect. in tract. de arte testand. lib. 1. cap. 31. num. 6. refert Anell. de Amat. in conf. 75. nu. 23.*
- 98 Ne quicquam fideicommissum in ea legitima operari potest, *cap. Raynatus §. quia vero de testament. l. coheredi §. cum filia vers. nec fideicommissum ff. de vulg. & pupill. substitut. Afflic. decis. 38. sed operabitur in eo, quod legitimam excedit, l. omnimodo, & dicta l. quoniam, notat Bart. in fine §. filia in principio ff. de legat. 2. Ioseph. Ludovic. decis. Lucens. 28. num. 49. & num. 106. Mastrill. decis. 181. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. q. 7. Ioannes Bilett. de arte testand. lib. 1. cap. 31. nu. 6. Mang. decis. Lucens. 85. num. 6. & 7. Barza de non meliorad. ration. dotal. filiab. cap. 8. num. 10. Anton. Gomez. tom. 1. var. cap. 11. num. 25. cum seq. Menoch. de success. creat. lib. 1. §. 10. num. 244. Paleaz. Mier. de maiorit. par. 1. q. 55. nu. 25. in novis, Marzar. de fideicommiss. 2. par. q. 50. Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 62. Fuffar. de substit. q. 269. num. 65. cum seqq. Menet. de commutat. ultim. vol. cap. 9. q. 3. n. 263. Molin. de iustit. & iur. tract. 2. disput. 177. num. 10. Raduon. de Analogis cap. 19. num. 28. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 7. & cap. 11. num. 8. & cap. 15. num. 12. Menoch. conf. 71. num. 20. lib. 1. conf. 196. num. 15. lib. 2. & conf. 903. num. 1. lib. 10. Mangil. de imput. q. 118. num. 4. Merlin. de legitima lib. 3. tit. 2. 99 q. 7. num. 24. cum seq. ea ratione quia alien-*

mentorum loco, talis legitima reputatur, & in ipsum locum subrogatur, *Gu-gliel. de Montefeltro, tract. de success. Regn. dub. 3. num. 2. Cephal. conf. 698. num. 29. fol. 4. Merlin. tract. de legit. lib. 3. tit. 1. quest. 31. num. 12. Bald. in l. 1. §. ius naturale num. 8. ubi Angel. nu. 7. Peregrin. de fideicom. art. 36 num. 70. & latius explicat Camer. in cap. imperiali §. praterea Datatus cart. 99. lit. G.*

100 Hinc secundo infertur, quod confiscatis bonis delinquentis, per fiscum, super quibus succedit legitima liberorum debetur, si illa legitima per fiscum assignata, non sufficiat pro alimentis liberorum, tenetur fiscus alere filios ex aliis bonis confiscatis, ita magistraliter declarat *Plot. in conf. 170. alias 130. num. 83. per text. in l. obesse, ubi Bart. & DD. C. de prad.*

101 minor ratio quia alimenta quæ naturali jure debentur, non possunt, nec debent minui per confiscationem bonorum, *Becc. conf. 8. num. 14. & Bossius tit. de aliment. prestand. vxor. num. 6. ait quod quando legitima non sufficiat ad alimenta, tunc bona omnia essent ex æquitate relaxanda pro alimentis.*


S V M M A R I V M.

- 1 Bona feudalia sunt exempta à quavis generali locutione.
- 2 Bona feudalia sunt exempta à locutione bonorum.
- 3 Bona feudalia, an veniant in restitutione fideicommissi.
- 4 Feudum non cadere in recipientem, sed penes heredem rogatum remanere.
- 5 Bona emphyteutica Ecclesie, an veniant in restitutione fideicommissi.
- 6 Bona feudalia non censentur obligata in generali obligatione bonorum, & an veniant in generali sermone.
- 7 Bona feudalia an intelligantur alienata, cum alienatione omnium bonorum.
- 8 Bona feudalia dicuntur separata, ab aliis bonis.
- 9 Bona feudalia an dicantur renunciata per generalem locutionem.
- 10 Bona feudalia, quando censeantur tacite renunciata, & ex quibus arguitur.
- 11 Renunciatio facta de omnibus successioneibus non intelligitur feudum renunciatum.
- 12 Bona feudalia, sine Domini consensu prohibita sunt alienari.
- 13 Renunciatio facta sub hac forma (Renunciatio bonis paternis in tali renunciatioe comprehendere videtur, etiam renunciatioe bonorum emphyteuticorum siue feudaliu.

- 14 Renunciatio facta sub hac forma renuncio hereditatem paternam, in tali renunciatioe non venire bona emphyteutica siue feudalia concessa ex pacto, & providentia.
- 15 Renunciatio hereditatis paternæ, non comprehendit bona feudalia ex pacto, & providentia.
- 16 Feudum ex pacto & providentia non venit in generali renunciatioe renunciatum.
- 17 Dispositio feudi hereditarij est penes testatorem.
- 18 Renunciatio est stricti iuris.
- 19 Renunciatio an comprehendat causam ortam ex post facto.
- 20 Nova causa que dicatur.
- 21 Filia non obstante renunciatioe succedit in bonis, que pater habebat ex primo matrimonio, per transitum ad secundas nuptias.
- 22 Renunciatio non comprehendit illud, quod ex nova causa supervenit.
- 23 Causa requiritur in renunciatioe, aliter non obligat renunciantem.
- 24 Causa requiritur in obligatione, aliter obligatio non adest.
- 25 Filia renuncians hereditati patris, non prohibetur succedere in dicta hereditate ex persona fratris.
- 26 Renunciatio licet non extendatur, tamen ratione connexitatis extenditur.
- 27 Gestæ per tutorem in tutela extenduntur ratione connexitatis extra tutelam.

C A P V T V. V.

An Generalis Renunciatio bona feudalia comprehendat.

1  St autem in hoc Capite considerandum feudalia bona exempta omnino esse, à quavis generali locutione prout disposuit Imperator in *l. pomponius ff. de procurat. l. 1. & l. titius ff. de liber. & posth. & cap. 1. §. si in generali si de feud. ac funct. milit. controner. fuer. dixit etiam Vincent. de Ann. in allegat. 118. num. 1. Mastrill. decis. 86. Dom. Anell. de Amato noster doctissimus patricius in suo cōf. 35. latè Bambac. quest. 1. & 9. Minad. in consitut. in aliquibus not. 8. nu. 7. Cum plus valeat quod fit in specie quam in genere, l. item apud §. hoc edictum ff. de iur. iuran. est text. in l. obligatione generali ff. de*

pignor. Dyn. in cap. in generali extra de reg. iur. in 6. Bal. in l. voluntas C. de fideicom. gl. & DD. in l. final. in verb. vendere C. de iure emphyte. Afflic. in d. cap. in generali si de feud. fuer. controuers. inter Domin. & agnat.

2 Pro quibus primo accedat casus locationis, in qua locatione nunquam comprehensa videntur neque veniunt bona feudalia, vt dixit *tex. in cap. 1. de ea qui finem facit agnat. Authent. in successione. num. 6. circa finem C. de suis & legit. heredib. Bal. in l. imperialem de prohib. alien. per Feder. num. 1. i. fin. §. omnium, & ibi Bart. C. de administrat. tutor. Tasson. in pragmat. de antefat. vers. 4. obseruat. 2. num. 45. quandoquidem si de eis expressa mentione non constat illa locata non intelliguntur, prout *text. & DD. vbi supra.**

Indubitabili autem casu, pro feudis iudicandum esse, dixit *Aluarot. si de feud. fuer. controuers. fol. mibi 207. vers. in generali li nu. 1.*

3 Confirmatur secundo in causa restitutionis fideicommissi faciendæ, non venire feudalia, prout dixit *Iacob. de Arena in l. si patroni ff. ad Trebellianum*, latè hanc quæstionem, prosequitur *Bald. in l. cum virum C. de fideicommiss. in quo tex. concluditur, feudum non cadere in recipientem, sed penes hæredem rogatum remanere, quoniam si in recipientem caderet, adhuc in fideicommissi restitutione veniret, quod impossibile videtur, vel ex natura agnationis, vel ex natura inuestituræ, quod illa, in quem restitutio fieri debet, capax sit illius feudi,*

4 quo casu fiat restitutio, alias secus, idem sentit *Bal. in emphyteusi ecclesiæ, vt veniat in restitutione fideicommissi, de liberis ad liberos, non de liberis ad extraneos, per ea, quæ singulariter notat in l. etiam ff. solut. matrim. intelligendo autem de feudo hæreditario, vt optimè adnotauit Ioseph de Rust. in tract. de fideicom. lib. 3 cap. 17. num. 23. Andr. de Ifern. in cap. 1. §. hoc quoque col. 1. de success. feudi, Alex. in conf. 26 ponderatis num. 5. lib. 5. & conf. 28. in causa num. 18. vol. 6. Ioann. Andr. in addict. ad Speculat. in tit. de emphyteus. §. nunc aliqua, quia per vltimam voluntatem alienando non incidit in commissum,*

5 vt *l. 1. ff. de legat. & l. si domus §. fin. de quo vide in Specul. in emphyteus. in §. nunc aliqua vers. 113. & vers. 106. Andr. in cap. 1. §. quid ergo col. fin. vers. item & quando, de inuestitura de re alien. fact. cap. 1. colum. 1. vers. item loquatur de alienat. feud. patern. cap. 1. §.*

donare col. 4. vers. si ergo ex quibus caus. feud. amitt.

6 Confirmatur tertio cum obligatione generali omnium bonorum, in qua non censetur obligasse bona feudalia, *Bart. in l. codicillis §. instituta ff. de legat. 2. Bal. in l. voluntas C. de fideicommiss. & in cap. in generali si de feudo fuer. controu. latè Afflic. in rubr. de capit. Corrad. vers. praterea si vassallus num. 2. fol. mibi 545. cap. in generali tit. si de feud. fuer. controu. inter dominum, Bal. in cap. imperialem in princip. in 1. col. de prohib. feud. alien. per Federic. & l. 1. C. qua res pign. oblig. poss. Alex. conf. 20. vol. 4. & conf. 168. vol. 2. & conf. 2. vol. 3. Andr. in constitut. Regni Neap. si vassallus 2. colum. vnum notatu dignum assert. Bald. in cap. naturales sup. eod. verborum generalitas non intelligitur comprehendere ea quæ in specie per partes, & per legem sunt prouisa *l. si pater ff. de his qua in fraud. credit. l. lucius §. idem respondit ff. ad munic. l. 2. §. 1. ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertinen. l. prohibere §. plane ff. quod vi aut clam. Bart. in l. codicillis §. instituto ff. de legat. 2. idem Afflic. in cap. naturales, Mastrill. in decis. 86. Cum in repet. cap. si aliquem Regni Sicilia, verbo nõ communibus num. 34. & verbo masculus num. 146. Bammac. in cap. adoptiuus si de feudo defuncti controuers. sit inter dominum nu. 1. item in generali sermone, non veniunt *l. pomponius ff. de procurat. Curt. iun. in suo tract. de feud. par. 4. reg. 3. vers. restat tamen Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glos. 3. num. 5. Ripa in l. obligatione generali nu. 35. & seq. ff. de pignor. Bursat. qui alios citat conf. 31. num. 18. Speculat. in tit. de pignorib. §. 1. vers. sed nunquid feud. Bart. in l. qui habebat in fine ff. de leg. 3. Socc. conf. 19. num. 12. Negus de pign. in 2. membr. 2. par. num. 43. Marin. Freccia de subfeud. lib. 2. q. 3. num. 4. fol. mibi 165.***

7 Confirmatur quarto cum alienatione omnium bonorum, in qua nunquam alienasse intelligitur bona feudalia, iuxta *Afflic. in tit. si de feud. fuer. controuers. vers. incipiente in generali n. 1. & c. quidam capitaneus eodem titul. vbi scribentes omnes & Dyn. in l. cū filius §. hæres ff. de leg. 2. prout Bal. in l. item veniunt §. nunc videndum ff. de petition. hæred. Oldrad. in conf. 133. incipiente factum tale est, quia separata videntur bona feudalia, ab alijs bonis, & nec etiam intelliguntur obligata. Nisi nominatim sit dictū cum nūquam in aliquo sermone veniat feudum, nisi proprio suo nomine feudum vocetur, & ad probandam hanc veritatem sunt ponderandi *text. in d. l. 1. & l. Latius ff. de a**

li-

liber. & posthum. vbi probatur exheredationem faciendam filij nominatim est facienda cum in vniuersali sermone nunquam includatur id, quod lex intendit nominatim specificari, *glos. & DD. in d. l. 1. & l. Titius*, qualitas enim verbi nominatim nihil aliud importat nisi designationem per verba speciei per *tex. in l. nominatim ff. de condition. & demonstrat. l. nominatim 1. & 2. ff. de manum. in testam. Afflic. in d. §. generali col. 4.* cum sub verbis vniuersalibus feuda non comprehendantur, *Bart. licet multos habeat contraditores vt per Alex. in l. spatroni ff. ad Trebell. tamen illud sequitur Bald. in cap. 1. in princ. in ult. quest. de success. feud. & cum ob simile est, quod tradit Caccialupus in tract. de differentiis inter ius ciuile, & feud. in 28. different. Surd. conf. 446 num. 3. Rosenthal. de feud. cap. 7. de success. descend. ab intest. conclus. 22. num. 11.*

9 Ex quibus confirmationibus, necessarium consequens trahitur, quod nec etiam renunciata intelligantur, per generalem locutionem, *cap. 1. de eo qui finem fecit agnat. Tasson. vbi supra in principio, Cypri. in sua inuest. in cap. feud. bonorum appellatione in verb. renunciatio fol. 90. Couarr. variar. resolut. tom. 1. §. 3. fol. 349. cum expressa requiritur mentio de eorum renunciatione, Viu. decis. 233. num. 3. vol. 1. Non. conf. 1. num. 22. de comm. testatur Paris conf. 7. lib. 1. Iacob. Borrett. in conf. 51. num. 8. relati à dicto Viu. quod totum limitatur, cum*
 10 *tacita puta facta generali renunciatione omnium bonorum, seu venditione, & deinde renunciatis, aut venditor impetrasset Regis licentiam, DD. enim damnant, quod per talem actum impetrationis assensus censetur renunciasse, etiam bonis feudalibus, per tacitum consensum, qui ex ipsa impetratione arguitur, prout Afflic. citatus num. 9. & ibi communiter feudista.*

11 *Quod autem non procedit si talis Regis licentia siue assensus non impetretur, quandoquidem si renunciatur omnibus successioneibus, non feudis renunciatum intelligitur, Bart. in l. item videndum §. nunc videamus ff. de petit. hered. Loffred. in cap. 1. de natura success. feud. per text. in cap. 1. in generali si de feud. defuncti militum, Socc. in conf. 74. volum. 3. Dyn. conf. 2. Tasson. super pragmat. de Antefat. vers. 4. obseruat. 2. num. 49.*

Propter eorum autem dignitates, non veniunt in generali locatione, restitutione, obligatione, alienatione, & per consequens, ne quicquam in generali renun-

12 *ciatione, quia omnino prohibita sunt alienari sine domini consensu, communiter affirmant feudista, & præcipue Reg. Rouit. in pragmat. 4. de feud. nrm. 111. Rosenthal. de feud. conclus. 22. nu. 9. cap. 7. de success. descend. ab intest. per text. in l. codicillis §. instituto ff. de legat. 2. tex. etiam in l. obligatione generali ff. de pignor. Alexand. conf. 267. volum. 2. circa finem, & conf. 20. volum. 5.*

13 *Nam vnum notandum est, in tali renunciatione, quando fit in specie; nempe si dicat renuncio bonis paternis, in tali particula comprehendere videtur, etiam renunciationem bonorum emphiteuticorum siue feudalium per l. in bonis ff. de acquir. rer. domin. cum similibus alle-*

14 *gatis, diuersam significationem importare videtur quando dicit Renuncio hæreditatem paternam, tunc enim non veniunt bona emphiteutica siue feuda- lia concessa ex pacto, & prouidentia, quã distiutionem sequitur Cancr. in cap. 15. de renunciatione num. 112. & sequenti, & num. 295. Minad. in repet. constit. in aliquib. in ult. notab. sequitur Bart. in l. ius iurandũ §. libertus ff. de oper. libert. l. item videndum §. fin. ff. de petit. hered. Ias. in auth. unde parens num. 8. C. de inoffic. testam. Guglielm. de Benedic. in cap. Raynupt. in vers. duas habens filias num. 289. Surd. conf. 446. num. 5. & 8.*

15 *lib. 3. ad distinctionem hæreditariorum, eo casu, quando dicit renuncio hæreditatem paternam, non veniunt omnia feuda, ex pacto, & prouidentia, vt supra; sed veniunt hæreditaria, vt Philipp. Dec. conf. 78. col. 2.*

16 *Ea prorsus ratione, non veniunt feuda, ex pacto, & prouidentia, in generali renunciatione, quia Rex concedendo tale feudum voluit certo modo fideicommissum fieri in illius familia, in cuius beneficium conceditur, dixit Ifern in cap. 1. de success. feud. cum feuda ex pacto, & prouidentia pater aliis restitui non potest, nisi ipsi descendentes ex sanguine cap. 1. §. & si clientulus supra de alien. feud. vbi Afflic. Rursus secundum aliquos DD. pater non poterit in ipso feudo descendentes exhæredare, vt dicit Intrigl.*

17 *cent. 1. quest. 57. à num. 153. ad differentiã feudi hereditarii, cuius dispositio penes testatorem residet, vt docet ibidem num. 146.*

18 *Formali ratione suadet quoniam huiusmodi renunciationes sunt stricti iuris, Cancr. var. resolut. cap. 15. tit. de renunciatione num. 231. & sic in generali renunciatione, tantum veniunt ea quæ satis*

- tis clarè de eius expressa mentione constat *Dec. cõf. 379. requisitus n. 3. Alex. conf. 18. viso lib. 2. & conf. 56. Mandell. conf. 287. 340. & 545. Franc. Becc. conf. 106. num. 43. & cõf. 11. num. 31. Landerch. conf. 127 num. 13. Via. dec. 316. & decis. 211. n. 93. Mustard de probat. conclus. 1264. vers. renunciatio Cancer. var. resolut. cap. 15 tit. de renunciat. nu. 242.*
- 19 quapropter, nec ipsa renunciatio comprehendere videtur, causam ortam ex post factam renunciacionem, cum de natura ipsius renunciacionis sit, non se extendere de causa, ad causam, de persona ad personam, & de tempore, ad tempus, ratione stricti iuris; & versatur tantum circa expressam nec facit transitum de causa expressa ad tacitam, vt latè infra, & post omnes probat *Surd. conf. 443. num. 22 & 431. num. 13. & 14. Menoch. conf. 1 num. 217. & conf. 328. num. 19 vol. 4. Franc. dec. 181 nu. 4. sequitur Molfes. in tit. de renunc. q. 1. nu. 53.*
- 20 Quæ noua causa tunc habetur quando filia in beneficium patris renunciasset, & pater post renunciacionem cõuolasset ad secundas nuptias, tunc filia non obstante renunciacione succedit in bonis, quæ pater habebat ex primo matrimonio, quia ex noua causa, bona illa pertinent ad filiam, nempe in penam transitus patris ad secunda vota, vt *Azor. 2. moral. lib. 2. cap. 29 quæst. 8. Molin. in trac. de maioratu disput. 5. 9 num. 21. & 23. vbi ex communi hoc etiam probat euenire, etiam si filia renunciasset non succedere ex testamento, adiuu enim succederet, ea ratione quia ius illi acquisitum ex noua causa ad quam causam renunciatio non se extendit Doctores communiter.*
- 21 Ne quicquam talis renunciatio comprehendit illud, quod ex noua causa superuenit, inquit *Bar. in l. uxor §. diuus ff. de adulter. & in l. qui Roma §. duo fratres quæst. 6. & ibi late Ias. & Alex. ff. de verb. obligat. ita in nostris terminis voluit Bal. in l. pactum dotali quæst. 6. & 13. C. de collat. consulendo firmat Dec. in conf. 266. col. 3. vers. non obstat vol. 2. Nouar. quæst. forens. quæst. 96. num. 1. l. si libertus ff. de bon. libert. cap. cū inter de renunc. & c. quāuis pactum vbi Couar. in 3. par. §. 3. num. 2. & Gustier. in verb. omninò seruari debet Corneus conf. 305. vol. 4. Socc. iun. conf. 20. num. 20. volum. 1. Cozad. conf. 90. nu. 44. Anton. Gomez. ad ll. 22. Tbau. num. 11. Hartam. Pistor. in quæst. iur. q. 6. lib. 4. nu. 64.*
- 22 Et sic requiritur causa in renunciacione, nam quando non adest causa, renunciatio non valet, *Fanciol. conf. 61. num. 22 & vbi non subest causa, non præsumitur Surd. conf. 431. nu. 27. lib. 3. nam omne agens, agit propter finem, Decian. 24 conf. 45. num. 7. vol. 2. sicuti à pari, quod quando obligationis causa, non adest, ibi non cadit obligatio, cap. si cautio vbi DD. de fide instrum. l. 2. §. circa ff. de dol. mal. except. l. generaliter. C. de non numer. pecun. vbi glos. quam dixit singular. l. mol. in l. à Titio ff. de verb. obligat. Imo præsumitur facta promissio, & obligatio per errorem, si causa non subest, *Alex. conf. 13. num. 2. volum. 1. Paris. conf. 96. num. 8. vol. 3. Cephal. conf. 220. num. 27. conf. 308. num. 32. conf. 501. num. 24. conf. 642. num. 111. & conf. 751. num. 18. in quibus locis concludit renunciacionem sine causa factam esse nullam, & renunciantem non obligare, Decian. in dicto conf. 45. cap. super hoc de renunciat. Tiraquell. in præfat. l. si unquā num. 118. C. de reuocand. donat. Calder. conf. 5. de præbend.**
- 23 Ex quibus infertur quod renunciatio hæreditati patris non censetur exclusiua quominus succedere possit in dicta hæreditate, etiam ex persona fratris, *Alex. in l. 1. §. veteris ff. de acquir. poss. Bal. in l. 1. ff. de rerum diuis. multos refert Dec. in l. quoties dupl. num. 6. & 7 ff. de regul. iur. Auend. de matu cap. 13. num. 37. Deci. conf. 433. num. 3. conf. 419. & 625. num. 9. Silua nupt. fol. mibi 75. & 76. Decian. conf. 683. num. 5. conf. 379. & 230. Gozad. conf. 9. num. 60. Paris. conf. 49. num. 41. lib. 3. Curt. iun. conf. 101. num. 3. Soc. conf. 73. num. 1. lib. 1. Cald. conf. 5. in tit. de præbend. Paris. conf. 12. num. 75. lib. 1. Dec. conf. 45. num. 21 & conf. 460. num. 6. Soccin. conf. 96. lib. 1. Menoch. latè de hac materia in conf. 335. num. 28. conf. 401. num. 114. Paris. conf. 49. num. 44. lib. 3. Decius conf. 374. num. 15. Neuzan. conf. 22. Surdus conf. 394. nu. 42. vol. 3. Anchar. conf. 39. sequitur Socc. conf. 163. vol. 2. qui omnes loquuntur in renunciacione non solum dicunt eam esse impiam iniquam, sed etiam irrationabilem quando per eam renunciatum videtur tribus hæreditatibus, vt DD. vbi supra, A'ciat. in respons. tom. 3. lib. 8. num. 16.*
- 24 Et licet renunciatio ipsa quæ alioquin extendi non potest, extenditur enim ratione connexitatis, quandoquidem ratio connexitatis, etiam locum habet, & procedit in his quæ stricti iuris sunt, & circa illa operatur extentionem, notabiliter est *tex. in l. huius §. Paulus vbi Bart. 27 ff. de administrat. tutor. vbi promissio à fideiussore facta per stipulationem, est stricti iuris, de gestis per tutorem in tutela, extenditur autem ad gesta extra tutelam, quæ sunt connexa ratione tutelæ, Ias.*

Iaf. in l. prator ait §. rationem in fine ff. de edendo. Nam quamvis fideiussio stricti iuris, & extendi non possit ultra verba stipulationis, l. Blanditus C. de fideiussor & ibi glos. in l. si fideiussor C. eod. Alex. cons. 34. viso instrumeto in principio lib. 2. late Mars. in rubr. de fideiussoribus quat. 8. na. 193.

S V M M A R I V M.

- 1 Renuncians rei, eximit se ab onere, quod propter rem ipsam incumbit.
- 2 Renuncians priuatur re, qua est causa oneris, & cessante causa oneris, cessat quoque effectus.
- 3 Emolumento sublato per renunciationem, sublatum debet esse onus annexum.
- 4 Onus inducitur propter commodum, quod ex re percipitur.
- 5 Cessante commodo, cessare debet, & onus.
- 6 Onus transit cum ipsa re.
- 7 Renuncians ususfructum, eximit se ab onere.
- 8 Renuncians rei, liberatur a tributis debitis ratione ipsius rei.
- 9 Collecta est onus ab initio incertum & extraordinarium, & imponitur personis pro rebus.
- 10 Fundo cedens liberatur ab onere collecta.
- 11 Renunciatio incolatus non facit euotare collectam iam impositam.
- 12 Fundo cesso quis liberatur ab oneribus.
- 13 Renunciatio an teneat si fuit facta ne subeat oneribus.
- 14 Res semper transit, cum onere suo.
- 15 Onus soluendi collectas possessoribus incumbit.
- 16 Feudum renunciatum transit, cum onere suo, & qua nam onera constitui possunt in feudis.
- 17 Dos est onus feudi, & deberi ex visceribus feudi.
- 18 Femina quomodo vocetur ad hereditatem de iure longobardorum.
- 19 Ius Longobardorum in quibus locis practicitur.
- 20 Ius Longobardorum vocat omnes ad hereditatem, & successionem ad differentiam iuris francorum.
- 21 Masculus quando praferatur femina.
- 22 Vita, & militia debetur secundogenitis in feudis.
- 23 Vita, & militia succedit loco paragii.
- 24 Vita, & militia dicitur onus feudi.
- 25 Vita, & militia debetur iure consuetudinis regni.
- 26 Feuda erant prius diuidua, per constitutiones Regni sunt indiuidua.
- 27 Primogenitus tantum succedit in feudis ex

- pafo, & prouidentia, vel hereditario sacus est in feudo nouo.
- 28 Feudum uacuum venditum, pratum illius diuiditur inter omnes filios, nisi aliter constet per voluntatem patris.
 - 29 Pater potest prohibere collationem tacite, & expresse.
 - 30 Collatio recipit interpretationem, & declarationem a voluntate patris.
 - 31 Voluntas euidens dicitur ex coniecturis.
 - 32 Collatio est introducta a lege ratione aequalitatis seruanda, & discordia euitanda.
 - 33 Decisio 68. Regens Rouiti explicatur.
 - 34 Vita, & militia dicitur annua praestatio in pecunia, quam primogenitus tenetur tribuere secundogenito.
 - 35 Vita, & militia idem est, quod alimenta.
 - 36 Alimenta finiuntur una cum vita.
 - 37 Vita, & militia liquidanda est ex fructibus feudi tempore mortis.
 - 38 Secundogenitus an propria autoritate possit capere fructus feudi, pro vita, & militia.
 - 39 Vita, & militia est praestatio commoditatum.
 - 40 Vita, & militia quae debetur secundogenitis, quantum debet esse.
 - 41 Vita, & militia mora assimilatur.
 - 42 Iudex quantum assignare debet secundogenito, pro vita & militia.
 - 43 Vita & militia erit sicut legitima.
 - 44 Diuisio vite, & militia an subordinatur, habito respectu ad fructus tempore mortis patris.
 - 45 Vita, & militia an debeatur ex corporibus reintegratis.
 - 46 Legitima consideratur solummodo respectu honorum, & patrimonij, quae erant tempore mortis patris.
 - 47 Legitima debetur ex substantia defuncti, & non secundum numerum reddituum.
 - 48 Legitima non est quarta hereditatis, sed quarta honorum.
 - 49 Vita, & militia an debeat augeri, auctis feudorum corporibus, opinio Regens de Ponte, & Vincent. de Franch. refertur.
 - 50 Ius superueniens ex causa de praeterito auget patrimonium, & conualidat iudicium.
 - 51 Vita, & militia est onus feudi, & cum illo transit.
 - 52 Vita, & militia dicitur onus reale feudi, & cum illo transit.
 - 53 Vita, & militia an ex corpore feudi, vel ex fructibus feudi debeatur.
 - 54 Actio datur contra possessorem feudi pro vita, & militia, etiam praeterita.
 - 55 Vita, & militia iure actionis debetur.
 - 56 Actio datur pro vita, & militia contra tertium possessorem.
 - 57 Secundogenitus frater pro vita, & militia praefertur creditoribus fratris primogeniti.

38 Vita.

- 58 Vita, & militia non cessat, si frater secundogenitus sit dives.
- 59 Vita, & militia est portio feudi, & loco talis portionis succedit.
- 60 Vita, & militia an debeatur loco alimentorum.
- 61 Vita, & militia non transmittitur ad heredes.
- 62 Vfus fructus ad quem deuoluitur, mortuo usu fructuario.
- 63 Legatum alimentorum, non transmittitur ad heredes.
- 64 Alimenta finiuntur cum vita eius, qui est alendus, & non transmittuntur ad heredes.
- 65 Alimenta personam respiciunt.
- 66 Personalia non sunt transmissibilia ad heredes.
- 67 Alimenta non transeunt ad filias fratris, ita nec vita, & militia.
- 68 Vita, & militia an debeatur filijs filij primogeniti.
- 69 Vita, & militia praterita an transmittatur ad heredes.
- 70 Ius accrescendi an habeat locum in vita, & militia.
- 71 Alienatio vite, & militiae etiam cum assensu an valeat.
- 72 Alienatio feudi vel iuris feudi est prohibita, absque assensu.
- 73 Remissio vite, & militiae facta primogenito: an valeat sine assensu.
- 74 Vita, & militia debetur secundogenito, absque ulla exceptione.
- 75 Alimenta an debeantur lite pendente secundogenito, petente vitam & militiae in iudicio à fratre primogenito.
- 76 Alimenta lite pendente debentur usque ad sententiam diffinitiuam.
- 77 Unus testis an sit sufficiens ad habendam summariam cognitionem, pro concedendis alimentis secundogenito.
- 78 Vita, & militia vniuersale iudicium appellatur sicuti dos, & petitio hereditatis.
- 79 Filius veniens contra renunciationem, an interim est alendus à fratre.
- 80 Regressus non datur remittentibus iura sua.
- 81 Compromissum an possit fieri super vita, & militia.
- 82 Vita, & militia, à quo die debetur, & à quo die incipiat habere vires.
- 83 Refutatio est anticipata successio.
- 84 Legatum factum à patre secundogenito, an compensatur cum vita, & militia.
- 85 Vita, & militia à quo vis onere exempta videtur, etiam à solutione ad oba & releuij.
- 86 Vita, & militia debetur ex fructibus deductis omnibus oneribus.
- 87 Vita, & militia est onus feudi, & uti onus, deducenda est, & minuere releuium.
- 88 Fructus considerantur deductis expensis.
- 89 Expersa an sint deducenda de fructibus integris.
- 90 Releuium debetur ex fructibus, qui remanent apud Baronem, solutis tamen oneribus, & quo tempore teneatur denunciare mortem feudatarij praedeccessoris.
- 91 Releuium an minuat vitam, & militiae.
- 92 Primogenitus integram vitam, & militiae solui debet.
- 93 Vita & militia an debeatur clericis etiam in sacris constitutis.
- 94 Vita, & militia an concedatur clerico inhabile ad seruitium praestandum.
- 95 Opinio Bambacarij super vita & militia debita clericis.
- 96 Vita, & militia loco legitima debetur, in omnibus bonis bareicarijs, in quorum valorem computantur feuda hereditaria.
- 97 Vita, & militia non comprehenditur in generali renunciatione, sed requiritur specialis renunciatio.
- 98 Vita, & militia assignata secundogenitis excluduntur à successione.
- 99 Filius recipiendo inuestituram, remanet obligatus ad omnia onera qua veniunt ex natura feudi.
- 100 Secundogenitus nunquam dicitur exclusus à vita, & militia, nisi re, & effectu, vita, & militia soluta sit, & ita de filia.
- 101 Filia tunc dicitur dotata quando dos traditur.
- 102 Contractus dotis re perficitur.
- 103 Filia femina primogenita succedens an teneatur dare sororibus secundogenitis vitam, & militiae.
- 104 Actio hypothecaria an detur pro dote de paragio, vel conditio ex lege.
- 105 Dotis debitum propter feudum, sit onus feudi.
- 106 Possessor quilibet feudi tenetur pro paragio filiae debito.
- 107 Possessor feudi an teneatur in subsidium soluendi paragium facta discussione bonorum.
- 108 Paragii quantitas an sit certa, vel arbitraria.
- 109 Paragium non consideratur respectu valoris portionis sed respectu quantitatis, pro qua pari nubere possit.
- 110 Dos congrua venit sub nomine paragij.
- 111 Liquidatio paragij, diuersimode fuit facta in S. R. Conf Neapolitano.
- 112 Qua sint consideranda in liquidatione paragij.
- 113 Paragium non potest esse minus legitima.
- 114 Mos Ciuitatis est attendendum in constitutione dotis.
- 115 Paragium subrogatur in locum legitima.
- 116 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.

- 117 *Frater tenetur ad paragium, non uti dos sed tanquam legitima sine onere.*
- 118 *Legitima debetur deducto ere alieno, à toto corpore hereditatis.*
- 119 *Paragium debetur deducto ere alieno.*
- 120 *Paragium debetur filijs de bonis paternis, & maternis, siue aliorum ascendentium.*
- 121 *Frater post mortem patris, tenetur dotare sorores, secundum paragium.*
- 122 *Patrimonium dicitur fraternum post mortem patris.*
- 123 *Paragium quibus personis debeat.*
- 124 *Monialis an debeat habere paragium.*
- 125 *Legatarius venire debet, iuxta dispositionem testatoris.*
- 126 *Mens testatoris saliter presumenda, qualiter ex verbis apparet, secundum rectum eorum sensum.*
- 127 *Dispositioni testatoris est standum, quando iuri se conformatur.*
- 128 *Causa spiritualis, non debet esse deterioris conditionis.*
- 129 *Paragium debetur moniali, habito respectu Monasterio, & Consuetudini Ciuitatis.*
- 130 *Fructus percepti antequam assignetur Paragium, an computentur cum dicto paragio.*
- 131 *Fructus legitima, non computantur in eius supplemento.*
- 132 *Fructus computantur in dotem.*
- 133 *Paragium debetur filia, siue sorori eo ipso quod sit nubilis, & tempore contracti matrimonii.*
- 134 *Fructus paragii medio tempore, non debentur, nisi contracto matrimonio.*
- 135 *Legitima debetur, una cum fructibus à die mortis defuncti.*
- 136 *Fructus legitima debentur, sine ulla interpellatione.*
- 137 *In tempore determinato à lege, interpellatio non est necessaria.*
- 138 *Tempus interpellat pro homine, & debitore moroso.*
- 139 *Legitima dicitur ius uniuersale, & vocatur quota, & portio, in qua filius dicitur heres secundum quid, hoc est secundum substantiam hereditatis.*
- 140 *Fructus ante moram percepti augent legitimam.*
- 141 *Fructus veniunt in petitione hereditatis.*
- 142 *Legitima potest peti una cum fructibus, à tempore mortis defuncti.*
- 143 *Legitima non potest stare, sine fructibus.*
- 144 *Legitima venit una cum fructibus.*
- 145 *Legitima debetur ex corporib. hereditariis.*
- 146 *Fructus qui nascuntur ex ipsis corporibus debentur sine mora, sine interpellatione ratione dominij.*
- 147 *Fructus debentur, nulla existente mora.*
- 148 *Legitima petita, etiam fructus consentur petiti.*
- 149 *Fructus percepti ante restitutionem fidei commissi, ad quem spectant.*
- 150 *Fructus an veniant in restitutione, una cum fideicommissis.*
- 151 *Fructus ad grauatum spectant pendente conditione.*
- 152 *Interpellatio an requiratur.*
- 153 *Fructus debentur etiam pro supplemento legitima.*
- 154 *Possessor bona fidei facit fructus suos.*
- 155 *Possessor bona fidei est loco Domini.*
- 156 *Bona fides veritati equiparatur.*
- 157 *Legitima detrahatur à singulis corporibus hereditariis, mortuo testatore, vel patre, absque ullo facto hominis.*
- 158 *Debitum exactum non recipit compensationem.*
- 159 *Legitima est portio successionis, & sic ius uniuersale, & veniunt fructus.*
- 160 *Legitima non potest esse, sine fructibus.*
- 161 *Fructus legitima, non debentur ratione morae, sed iure dominij, seu rei debita.*
- 162 *Fructus legitima debentur ad rationem quinque pro centenario valoris legitima.*
- 163 *Filius potest petere fructus legitima, etiam si relicta esset in pecunia.*
- 164 *Filius praefertur pro legitima, creditoribus heredis.*
- 165 *Legitima dicitur, as alienum, respectu patris.*
- 166 *Filius etiam pro fructibus legitima praefertur creditoribus heredis.*
- 167 *Actio hypothecaria datur pro legitima, & fructibus.*
- 168 *Legitima affirmatur tempore mortis defuncti.*
- 169 *Iudex potest liquidare legitimam in pecunia.*
- 170 *Legitima non debetur viuente patre.*
- 171 *Pater ex causa ingratitude potest priuare filium legitima.*
- 172 *Creditoribus heredisarij excludunt filium à legitima.*
- 173 *Bona propria non dicuntur, nisi deducto ere alieno.*
- 174 *Filius pro consequutione legitima, non potest offerre cautionem de seruando herede illasum quando sunt debita in hereditate.*
- 175 *Legitima an detrahatur à feudo.*
- 176 *Legitima non debetur de bonis feudalibus, sed de allodialibus.*
- 177 *Vita, & militia an debeat rebello.*
- 178 *Rebellis amittit feudum pro rebellionem commissa.*
- 179 *Rebellis reputatur ac si mortuus esset.*
- 180 *Fidelitas attenditur in feudis.*
- 181 *Rebellis restituitur propter indulgentiam concessam.*
- 182 *Secundogenitus rebellis restitutus recuperat alimenta vitam, & militiam praeteritam,*

H tam,

- tam, & futuram.*
- 183 Restitutio reponit restitutam in ea iura, in quibus antea erat.
- 184 Rebells restitutus an recuperat feuda alienata, in tertios possessores.
- 185 Casus rebellionis non videtur esse casus captiuitatis.
- 186 Lex post liminii G. de captiu. & post lim. reuers. quomodo procedat.
- 187 Restitutio non trahitur ad ius alteri quassitum.
- 188 Restitutus ex gratia recuperat feuda, & reponitur in illud ius, quod penes ipsum erat, ante delictum.
- 189 Libertus siue patronus deportatus, & postea restitutus recuperat iura amissa iuris patronatus, & petendi contra tabulas bonorum possessionem.
- 190 Vassallus delictum committens, propter quod, immediatè ad dominum reuertitur feudum, restitutus per Principem recuperat feudum.
- 191 Sententia adulterij lata contra uxorem, statim ipsa dos marito quesita efficitur.
- 192 Mulier restituta aduersum sententiam adulterij recuperat dos.
- 193 Lex fin. G. de senten. pass. & l. siue libertus ff. de iure patron. explicantur.
- 194 Ius vite, & militia, ex rebellionis patrata, est extinctum.
- 195 Restitutus recuperat vitam, & militiam, etiam futuram.
- 196 Decisioes Fracisci Albertini aduocati tunc temporis i signis enunciantur.
- 197 Decisio B. l. in cap. primo qui cur vend. an intel. vend. refertur.
- 198 Ius comde tenens alicui ob venditam propria in iura, non venit in generali concessione facta alteri.
- 199 Ius vite & militia an amittat propter rebellionem.
- 200 Rebells amittit omne ius, quod competebat suis antecessoribus.
- 201 Rebells debet esse notorius, ad finem amittendi omne ius.
- 202 Rebells notorius quid sit.
- 203 Fiscus absque sententia potest capere bona rebells.
- 204 Bona rebells transit in fiscum, absque apprehensione.
- 205 Rex potest de facto occupare bona rebells.
- 206 Rebellionis quomodo probetur, & quot testes sint necessarii.
- 207 Rebellionis non tollitur, quando rex fecit gratiam de persona.
- 208 Rebellionis remissa per Regem non per hoc cessatur remississe feudum amissum ipso iure per rebellionem, nisi de nouo Rex reconcederet feudum.
- 209 Rebellionis committitur per conpirationem aduersus personam, & statum Principis.
- 210 Affectus punitur non sequente effectu in materia rebellionis.
- 211 Rebellionis committitur non solum ex acta proximo, sed remoto.
- 212 Pœna mortis, & confiscatio bonorum est danda rebello.
- 213 Consilium sufficit in rebellionis.
- 214 Rebellionis probatur per coniecturas, & presumptiones.
- 215 Tortura est danda rebello, etiam absque Indicis, vel saltim leuioribus.
- 216 Rebellionis arguitur ex confederatione cum inimico.
- 217 Rebellionis arguitur quando à naturali eius Principis obedientia se subtraxit, & hunc hostem parauit.
- 218 Rebellionis arguitur ex sola suspitione confederationis.
- 219 Differentia est inter conirationem, & conpirationem.
- 220 Penitentia in aliis criminibus admittitur, fallit in crimine lesa maiestatis, & rebellionis.
- 221 Penitentia non excusat penam, quando enim pena ipso iure imponitur.
- 222 Scientia sola in delictis rebellionis, absque reuelatione punitur.
- 223 Consciens criminis rebellionis, punitur, ut particeps.
- 224 Rebellionis facit amittere iura ciuilia Ciuitatis, specialia Regni, & beneficium iuris communis.
- 225 Probatio, nulla est maior, quam in confesso.
- 226 Confessio ubi adest ibi relaxatio omnium probationum.
- 227 Confessio maiorem probationem facit quam quodlibet publicum instrumentum.
- 228 Confessio criminis inducit infamiam confesso.
- 229 Restitutus ex gratia recuperat omnia iura feuda, & actiones, quæ penes fiscum resident, non autem recuperat bona in tertios alienata.
- 230 Gratia Principis, absque alterius preiudicio, & in iniuria interpretanda est.
- 231 Restitutio intelligitur de illis bonis, quæ sunt penes fiscum, non autem comprehendenda illa, quæ alienata, & alteri quassita medio tempore.
- 232 Clausula saluis iuribus alienis, semper intelligitur in qualibet dispositione Principis.
- 233 Clausula non obstantibus concessionibus factis, quid operetur.

CAPVT VI.

An facta speciali Renunciacione de Fendo Renuncians teneatur ad onera ipsius fendi.



Dest igitur in hoc capite optima dispositio texti. in l. cū fructuarius ff. de usufruct. l. sed si forte §. labeo ff. si seruit. vendicetur, in quibus textibus disponitur, quod renūcians rei, exi-

mit se ab onere, quod propter rem ipsā incumbit, quos tex. sequuntur communiter DD. cum enim renuncians priuatur re, quæ est causa oneris, & proinde cessante oneris causa, cessare quoque debet effectus, Alber. in d. l. cum fructuarius, facit ad hoc etiam texti. in l. pampilio §. finali ff. de legat. 3. vbi sublato emolumento per renunciacionem, sublato etiam esse debet, onus annexum, quod sequitur Bald. in pralud. feud. nu. 12. & propter cōmodum, quod ex re percipitur, onus inducitur, l. 2. §. vidualis ff. ne quid in loco publico, ergo cessante comodo, cessare debet, & onus, l. generaliter C. de Episcop. & Cler. l. fin. §. cum lex ff. de repud. & deficiente causa & forma, debet eius esse deficere l. quero §. inter locatorem ff. locati, l. fin. C. de liberali caus. Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alienand. quasi. 78. num. 12. quādoquidem resignans officium, in manibus eius, qui illud tribuit, dicitur se liberare à publica sollicitudine, l. fin. in principio C. de sens. Ciuit. & facit tex. in l. quod si noli in principio ff. de edilit. edict. ibi ceterum poterit euitare præstationem venditor, si nolit hominem recipere.

Quæ quidem iura, in onere reali procedunt, quod propter rem ipsam, cui renunciatur incumbit, & quoties res cui renunciatur, est sola, & immediate causa oneris tunc semper onus, cum ipsa re transit, nam illud onus reale euitatur ab eo, qui vult rei cedere, dicta l. usufructuarius, & ibi Bart. & ideo usufructuarius renuncians usufructum, non erit cogendus ad onus, ad quod alias teneretur ratione ipsius usufructus, l. cū fructuarius ibi Bal. l. si absente ff. eod. l. si ex duobus circa finem ff. de noxal. act. Bar. in l. cotem §. fin. nu. 14. ff. de publicanis.

Quibus accedit, quod rei renuncians, liberatur à tributis debitis, ratione ipsius iei, l. omnes C. sine censu. vel reliqu. l. quero

ff. de usufruct. legat. l. prædiis ff. de iure fisci l. imperatores, ff. de public. & veftig. l. neque stipendium ff. de impens. in reb. doctal. fact. Alber. in l. sed an vltro §. is autem ff. de negot. 9 Hinc est quod collecta imponitur personæ pro rebus, & est naturaliter onus rerum, forma iter personarum, vt per Egidium Thomat. in suo tractatu de oneribus, & collectis num. 4. fol. 4. Ann. conf. 60. per totum lib. 1. Affict. cap. 1. §. & plaustrorum col. 2. vers. circa secundum que sint regalia. Cephal. conf. 317. num. 22. & 42. vol. 3. Roland. à Vall. conf. 66. nu. 16. volu. 1. quod sit onus incertum ab initio, & extra ordinarium, Aegi d. Thom. in d. tract. fol. 17. nu. 2 in fine, & fol. 26. Bald. conf. 312. volu. 3. ideo cedens fundo liberatur ab onere collectæ, vt per Bar. in l. his cum quo ff. de aqua plu. arcen.

Verum aut loquitur de muneribus, merè personalibus, aut de collectis, quæ imponuntur personis pro rebus, vt dixit Caput. de regim. Reipubl. fol. mibi 35. cap. 7. num. 10. & 11. Primo casu collecta, iam imposita, non euitatur per renunciacionem incolatus, l. incola iam muneribus, & ibi glos. & Bart. ff. ad municipalem, secus si collecta non fuerit imposita, siquidem potest quis renunciare domicilio, l. nihil ff. ad municipalem, glos. & Bart. in dicta l. incola, nam onera quæ ratione incolatus sustentantur cessant ratione incolatus renunciacionis, latè scribit de hac materia Fab. de Anna conf. 60. per totum.

Altero casu, cum collecta imponatur personis, pro rebus; & sit onus incertum ab initio, & extraordinarium, Balz. de feud. tit. 56. rub. qua sint regal. §. extraordinaria collatio num. 5. vers. quando imponantur Andr. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 53. num. 2. Cardin. Paris. conf. 25. primo aspectu dicendum videtur num. 90. & 91. lib. 1. Castrenf. conf. 89. Possit quis dicere quod statutum num. 2. lib. 2. vers. sed ad hoc respondetur Bald. in l. omnes 3. C. fin. cens. vel reliqu. fund. compar. non poss. num. 9. Bar. in l. unica C. de mulier. in quo loc. muner. sexui congruetia vel honores agnoscant. lib. 10. num. 37. & in l. bi qui 2. ff. de iur. immunit. num. 5. & sic cedendo fundo, quis liberatur ab illis oneribus, Bart. in l. his cum quo ff. de aqua plu. arcen. Thomatus de collect. nu. 4. fol. 4. Luc. de Penn. in l. 1. C. de indict. lib. 10. n. 3.

Quæ adeo renunciatio procedit, quando simpliciter fit, quoniam illa renunciatio, quæ fit, ad hoc, nè subeat oneribus, non tenet, glos. in dicta l. incola, cuius opinio approbata communiter videtur, Roman. conf. 161. in fine. Verum quando cedens alteri renunciat, & in alterum

transit res, cui renunciatur, tunc renun-
 14 cians euitat onus, siquidem res, semper
 transit, cum onere suo, *Bart. dicta l. incola,*
Natt. cons. 315. in fine, ex quibus vides,
 15 quod onus soluendi collectas, possesso-
 ribus incumbit, *l. fin. C. sine cens. vel reliq.*
 de cuius materia collectas scripsit *Fracisc.*
Ansaldo. in tract. de iurisdic. secul. in tit. de
muneris imposit. & esact. par. 5. tit. 3. cap. 1.
de collectis. Ita etiam dicendum, erit in
 16 feudis, & renuncians feudis, onus tran-
 sit, cum ipso feudo renunciato, per vul-
 gatam regulam, quod res semper cum
 onere suo transeat, prout *l. inter debitorē,*
ubi glos. ff. de pact. dixit Consta. de remed.
subsid. rememed. 37. illat. 1. num. 3. Natt.
cons. 71. cap. 1. de censib. glos. ad finem sub
verbo tributo in cap. non minus 4. de im-
mun. ecc. cap. cum non sit in homine 33. de
decim. cap. ex litteris 5. de pignoribus in fine,
cap. quanto 18. de usuris cap. rationis ordo 9.
distin. 100. cuius illatione quæritur quod
 17 nam onus in feudo constitui possit, &
 primo constitui potest dos, quæ quidem
 dos dicitur onus feudi, vt dixit *Isern. in*
constit. in aliquib. col. 7. in antiquis, vers. sed
si dicamus, dicit Andr. in cap. si aliquem nu.
10. subdens num. 14. deberi ex visceribus
 18 feudi, *Fab. de Ann. cons. 73. num. 8. cum seq.*
 eo modo, quo femina, simul vocatur cū
 masculo ad successionē, omnium hono-
 rum, etiam feudalium, vt in *constitut. in*
aliquib. vers. hæc igitur, l. presenti, & in fine,
verbis, ibi omnibus bonis, ubi Affl. num. 34.
 19 loquens de paragio, hæc iura currunt de
 iure Longobardorum, quod ius in ciui-
 tate Menepecudum Apuleæ practicatur,
 quod vulgo dicitur Foggia, & Luceriz.
 Currit etiam tale ius in Ciuitate Salerni
 in qua, aliqui ciues viuunt cum iure Lō-
 gobardorum, aliqui vero cum iure Ro-
 manorum, prout dixit *Afflic. in repet. cō-*
stit. Regni in aliquib. in tit. de praestand. sa-
cram. lib. 1. num. 8. in rubr. 60.
 Seruatur etiam tale ius in Ciuitate
 Bari, vt dixit *Dominus Pratus discept. fo-*
rens. cap. 37. num. 20. per quod ius disponi-
 20 tur, omnes simul ad hæreditatem, & suc-
 cessionem venire, *Fabius de Anna cons. 4.*
num. 2. & 3. ad differentiam iuris Franco-
 rum, per quod disponitur, masculum,
 21 præferri feminæ, *Anna cons. 4. num. 2. quā-*
 do ipsæ dotatæ sunt de paragio, Primus
 genitus præfertur. Secundogenito; nihi-
 22 lomius secundogenito debetur vita, &
 militia, vt dixit *Rouit. in pragmat. 24. sub tit.*
 23 *de feud. num. 1. & loco paragii talis vita, &*
 militia succedit, *Reg. de Ponte cons. 79.*
 24 *num. 4. & 7. & dicitur onus fendi, vt in-*
 tra *Anna consil. 4. num. 18.*

25 Quæ quidem vita, & militia debetur
 iure constitutionis Regni, ex quo præ-
 dictæ constitutiones, omnia feuda indi-
 26 uidua statuerūt, dum per prius erāt diui-
 dua, & in his feudis de iure communi
 feudorum, omnes fratres æqualiter suc-
 cedebant, *cap. 1. §. præterea datus de*
prohib. feud. alien. per Federic. & feudista
 omnes in *cap. 1. §. omnes filij si de feud. fuer.*
controuer. inter dominum, & agnat. & in
cap. 1. vers. sed cum hoc de his, qui feud. dare
 poss. hodie verò per ius constitutionis in
 aliquibus in *tit. de filij Comit. vel Baron. &*
in constit. vt de success. in tit. de success. nqu.
 27 *feud. lib. 3. successio solummodo primoge-*
 nito defertur, non autem aliis, quod in-
 tellige in feudo ex pacto, & prouidentia,
 vel hæreditario, non autem in feudo no-
 uo empto à patre, eo mortuo pretii ero-
 gati partem, filiis secundo genitis com-
 petere, non alia actione, nisi iurē colla-
 tionis, ex consuetudine præscripta, sic in
 Regno iudicandi, quæ à vulgariissima
 Theorica sumpit originem, *Andr. in*
cap. imperialem §. præterea ducatus num. 39.
de prohib. feud. alien. per Federic. Minad. in
constitut. in aliquibus num. 3. Arn. filius
cons. 16. num. 10. Loffred. in dicto §. præterea
ducatus, ubi Montan. num. 128. & num. 131. r-
 ratio adducta per *Afflic. in dicto §. Ducatus*
num. 27. si pecunia non esset erogata à
 patre in emptione feudi reperiretur in
 arca, & post mortem patris, reperiretur
 in patrimonio burgenatico, in eo pre-
 tio, non solum primogenitus, sed omnes
 filij, æquis portionibus succederent, vn-
 de cum reperitur cōsumpta in emptio-
 ne feudi, quod ex lege Francorum, vt
 indiuisibile ad solum primogenitū per-
 uenit iustum, & conueniens est, quod dū
 non potest diuidi feudum, communicet
 frater primogenitus, cum secundogeni-
 to extimationem illius, *Marin. Frecc. de*
subfeud. lib. 3. in tit. de different. inter feu-
dum ex pacto, & hæreditario fol. mihi 458.
vers. sicut si pecunia, Franc. de Amic. de feu-
in tit. de his qui feud. dare poss. fol. 97. in cap.
quod incipit, & ratio istius in fine, Marcell.
 28 *de Mauro in suis allegat. allegat. 52. num. 4.*
Camill. de Medic. cons. 124. num. 8. & Dom.
Reg. Capyc. Galeota in addit. in principio, &
 sic pretiū feudi noui inter omnes filios,
 æquis portionibus diuidatur.
 29 Diximus supra, non alia actione peti
 posset, quam iure collationis, hoc axi-
 oma intelligendum esse, dummodo non
 constet de contraria voluntate patris
 collationem nimirum prohibentis,
 etenim cessat prorsus collatio, quoties
 pater, illam prohibuerit, & non solum
 ex-

expresse, *text. in authent. ex testamento C. de collat.* sed etiam tacite, *lex præsumpta illius mente, siue ex probabilibus cōiecturis, vt habetur in l. ex parte §. intestato ff. famil. erciscund. Cephal. conf. 183. nu. 6. lib. 2. Dac. conf. 59. num. 2. vers. sed tamen diligenter, Dacian. respons. 2. 2. num. 15. volum. 2.*

30 ratio est quia collationis materia recipit declarationem, & interpretationē à voluntate patris, si appareat de voluntate eius, de cuius bonis agitur, nam etiam, si sumus in casibus, in quibus debet fieri collatio, illa tamen cessat si appareat de voluntate, etiam cōiecturata patris, *Craff. lib. 2. recap. sentent. in art. Collatio honorum. quæst. 3. num. 2. Aus. Gamm. decis. Lusit. 3. 3. num. 12. Cassan. relatum ab Arisim. Tapat. lib. 2. tit. 642. cap. 5. in principio, Mangil. trac. 31 de impur. quæst. 19. num. 5. & euidens etiā dicitur voluntas, quæ ex cōiecturis deducitur, l. licet Imperator 76. ubi las. ff. de leg. 1. Lato Molin. de Hispan. primog. lib. 2. c. 4. num. 39. Petrus de Salazar. de usu, & consuet. cap. 12. num. 69. quæ cōiecturata voluntas dignoscitur quando pater voluit, vt inter liberos, non seruetur æqualitas, cum collatio, non ad alium finem à legibus sit introducta nisi ratione æqualitatis inter liberos seruandæ, ac discordiæ, & inuidiæ, inter eosdem euitandæ l. vt liberis, & l. illud C. de collat. latè Cagnol. de hac materia in l. si emancipati C. de coll.*

33 Et licet *Reg. Rouit. in illa sua decis. 38.* dicat respectu actionis, non deberi iure collationis, quod quamuis pro maiori parte notantium, in illa causa fuerit habitum pro vero, quod hæc pars prætij in feudis nouis, nullo pacto collationis iure deberi possit, ex quo termini verè repugnat, & quod *Andr.* loquutus fuerit improprie; attamen, quia maiores nostri, semper hanc *Andr.* Theoricam sequuti fuerunt, quod scilicet debeatur hæc pars prætij, iure collationis, *Afflic. in eod. §. præterea ducatus num. 30. vsque ad 39. Camer. ibid. lit. Q. & lit. R. Lipar. ad Andr. in dicto §. præterea in apostill. incipiente §. fin. lit. Q. in fine, & non alia ratione, nulloque pacto est ab ea recedendum.*

34 Quantum autem attinet ad uitam, & militiam, quod dicatur onus feudi, sufficit dicere, quod ipsa dicatur annua præstatio in pecunia, quam primogenitus tribuere tenetur, secundogenito eius vita durante, cum nulla transmissione ad hæredes, vt explicat *Rouit. in dicta pragm. num. 4. Gallup. par. 3. cap. 4. Petr. Gregor. in quæst. 1. num. 3. in suo tract. de vita, & mili-*

35 *ta,* dixit quod vita, & militia idem dicatur, quod alimenta ita *Andr. de Ifern. in*

36 *constit. comit. & vita ponitur de per se pro alimentis, quia vna cum vita finiuntur, l. cum hi §. modus ff. de transact. Minado. in conf. 2. num. 6. vers. nec extinguitur, sicut & militia ponitur p. seruitio militari quod pro prædictis alimentis secundogenito præstare tenetur, glos. in dicta constit. Comit. Afflic. decis. 138. & decis. 152. in glos. fin. §. dominus ff. de usufruct. l. firmis in fine ff. quando dies legat. cedant, DD. in l. 1. C. de legat. Bal. in l. si ita expressim ff. de condit. & demonstrat.*

37 Verum liquidanda videtur, ex fructibus ipsius feudi, tempore mortis patris, quam conclusionem firmavit *text. in constit. Comit. ubi Andr. col. 2. in verbo audiui magnos peritos fol. mibi in nouis 243. col. 1. num. 7. Afflic. decis. 152. num. 2. Reg. de Ponte conf. 79. num. 1. et 2. et §. 4. de assensu Regio num. 28. et 29. de Franc. decis. 61. nu. 1. Petr. 38 Gregor. quæst. 3. num. 4. adeo vt secundogenitus teneatur fructus capere à primogenito, non autem propria autoritate illos capere, permillum videtur, vt dixit *Affl. in dicta decis. 152. et probat Petr. Grego. in dicta quæst. 3. num. 4. et quæst. 5. num. 4. et 11. num. 5. sequitur Paris. conf. 53. num. 45. vol. 4. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 2. num. 60. Surd. conf. 155. num. 3. et alios.**

39 Nam subdit *Franc. de Amic. loc. cit.* quod vita, & militia sit præstatio comoditatū, quam fructuum, quia debetur ex fructibus separatis à solo, prout etiam sequitur *Molles. in conf. 9. nu. 8. Gallupp. citat. 2. 3. c. 4. nu. 32. 33. et 34.*

40 Eius quãtitas determinari non potest, vt dixit *Andr. de Ifern. in constit. comit. cū in ipsa variæ fuerit opiniones, tamen asserit, quod circa vitam, & militiam, certam determinationem, & decisiuam quantitatem assignari non possit, quæ*

41 *vita, & militia moræ assimilatur, vt dixit Afflic. de prohib. feud. alien. per Feder. lib. 3. fol. 707. num. 19. §. præterea ducatus, quæ definiti non potest, l. mora ff. de usuris, vnde caurius ipse dicit, quod in causis vitæ, & militiæ concordia dirimi posse, & sic Iudex laborare debet in partibus cōcordando, quando huius causæ controuersia eueniret, nam quando concordia*

42 *inter partes nullo modo prosequi potest, iudex secundogenito, pro vita, & militia, assignabit tertiam partem valoris, quod contingeret, si succedisset, duæ aliz vero partes, maiori natu remanebunt, de quibus partibus lex, & mos francorum, ob prærogatiuam primogenituræ ipsum venerari voluerunt, vnde si feudum ducentum valet, & viuatur iure francorū primogenitus habebit centum,*

cum, & postea habebit duas partes de aliis centum; & pro vita, & militia frater minor ducatos triginta tres, & sic vita, & militia erit, sicut legitima in portione, quæ tertia pars, partis est, quam haberet si succederet, vt *Ausben. Nouiss. C. de inoff. testam. sequitur. Rouit. num. 4. Franc. de Amic. de his qui feud. dar. possunt §. sed hic pulchrum num. 7.*

Nam quādo sunt ultra tres, nēpē quatuor, quinque, &c. Vita & militia erit medietas partis, quam habiturus esset si succederet, vt notatur in dicta *Ausben. nouiss.*

44 Verū talis diuisio subordināda est, habito respectu ad fructus: qui percipiebantur tēpore mortis patris, nulla facta mētionē de corporibus reintegratis, post mortē patris, quia in ipsi, vita, & militia nō debetur, cū expressē adsit *tex. in l. si patronū ex debita §. ex duobus ff. de bonis liber. in fauorem cuius iudicauit S. C. Neap. In beneficium primogeniti, vt refert *Franch. decis. 61. num. 11. teste Affl. dec. 382. exemplo legitimæ, quod etiam si bona testatoris erant in lite, deinde data legitima à testatore ipsa bona acquisiuit per sententiam; non augent prædicta bona legitimam, ex eo quia legitima debita consideratur solummodo respectu bonorum, & patrimonii, quæ erat tempore mortis patris, per l. si patronum cit. & l. cum queritur ff. de inoff. testam. Reg. Ioan. Franc. de Ponte cons. 79. num. 2. & 4 lib. 1. &**

47 ita legitima debetur ex substantia defuncti, & non secundum numerum reddituū *l. sancimus §. repletionem C. de inoff. testam. Angel. in l. papinianus §. vnde si quis ff. eodē;*

48 Item legitima non est quarta hæreditatis, sed quarta bonorum, vt dicta *l. Papiannus §. quarta, & dixit Alex. in 2. volum. cons. 150. & alios apud DD. num. 3.*

49 Auctis tamen corporibus feudorum, debet augeri etiam vita, & militia, quāuis *Reg. de Ponte* defendat negatiuam partem, in *cons. 79.* nihilominus pro affirmatiua bene scripsit *de Franch. decis. 61. num. 13. & 14.* ea ratione, quia ius superueniens ex causa de præterito, auget patrimonium, & conualldat iudicium cōsuluit *Alex. 177. num. 2. volu. 2. & cons. 44. num. 3. vol. 7. Surd. decis. 44. num. 22. Peregr. de fideicommiss. art. 41. num. 6. & fusius in art. 36. num. 20. insignis, ac sapientissimus Bartholomæus de Capua in constitut. Regni generalia iura, Cappy. decis. 16.* igitur si ius de præterito, siue ex causa de præterito, auget patrimonium, imo etiam fructus illius, & successiue augetur vita, & militia.

Ita autem, cum æquiritatis ratione statueret, quod in causa diminutionis patrimonii, diminuatur vita, & militia, vt dixit *Vinc. de Franch. decis. 61. cit. num. 19.* ita & à pari ratione.

51 Vnde vides, quod pro onere feudi, assignatur vita, & militia, cum de sui natura sit cum feudo transire, *Meritiss. Marchio Torell. Reg. Capic. Latr. in suis consult. consult. 111. num. 3. lib. 2. ibi vita, & militia*

52 dicitur onus reale feudi, & per hoc distinguitur à paragiō, *Afflic. num. 20. Andr. de Isern. in constit. comit. in 2. lect. in princip. Paris de Put. de reintegr. feud. tit. de finib. feud. cap. 4. num. 7. Camer. in cap. imperialem fol. 102. sub lit. M. Giurb. decis. 24. num. 24. Mastrill. decis. 101. nu. 11. lib. 2. Franch. decis. 10. Affl. decis. 43. & 138. num. 2. Andr. in constit. in aliquibus col. 9. Capitulum Regni alienationis actus Neapod. in consuetud. si qua mulier in verbo de bonis num. 22. Paris. de Puteo in tract. de integrat. feud. rub. 176. num. 7. & 10. Fab. de Ann. cons. 4. num. 51. lib. 1. & transire videtur in filium, Andr. in cap. 1. §. quid ergo, de inuestitura de re aliena facti, ubi *Loffred. idem iudicatum fuisse respectu dotis, Camill. de Medic. cons. 119. num. 17. Anell. de Amat. cons. 12. num. 25. Fab. de Ann. cons. 4. num. 18. Bambas in cap. qui clericus num. 192. si de feud. defunct. Camer. in dicto cap. imperialem, fol. 14. lit. B. Ioseph. Camia in cap. si aliquem in verbo onere nu. 3. vers. in verbo in antiquis num. 553 Andr. de Isern. in cap. 1. §. quid ergo num. 6. de inuestit. de re alien. fact. Molles. cons. 9. num. 11. & quia onus reale, cum feudo ipso transire *l. emptor C. de hered. vel act. vendit. l. heres in omne ius ff. de acqui. hered. Minad. in constit. in aliquib. num. 13.***

53 & *decis. 10.* nō videtur onus feudi, quod debetur ex corpore feudi, sed onus quod solui debet ex fructibus ipsius feudi, tempore mortis patris, & numerum filiorū, *Andr. in constit. comit. Camer. in cap. imperialem fol. 50. lit. B. Affl. decis. 252. num. 2. per tex. in l. fundi Trebet. ubi Bart. ff. de usufru. legat. Paris. cons. 55. num. 45. vol. 3. Surd. cōs. 155. num. 3. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 2. num. 6. late probat Petr. Greg. loco cit. quaest. 3. sequitur Reg. Moles. decis. 10.* Imo subiungit non esse onus ex feudo, sed propter feudum deberi; sequitur & refert *Capan. de iure releuii quaest. 14. nu. 101.*

54 Et conceditur actio contra possessore illius feudi, pro tali vita, & militia, *Afflic. decis. 43. Andr. de Isern. in constit. comit. & statuit Robertus Rex in illa declaratione incipiente alienationis actus, Camill. de Medic. cons. 123. num. 14.* etiam præterita, vt *Neapod. in consuet. quod si aliquis, num.*

num. 33. tenet *Camer. in dicto cap. Imperia-*
lum, dicto fol. 50. lit. E. & fol. 102. lit. M. quem
probat, & refert Camill. Salern. sub num. 33.
 55 *in apostilla, incipiente.* Ea ratione, quia
 vita, & militia iure actionis debetur, vt
 constat ex declaratione facta per Regem
 Robertū, quæ incipit alienationis actus,
 quæ declaratio est posita inter Capitula
 Regni, vt dixit *Franch. decis. 714. Affl. decis.*
162. num. 2.

56 Non solum conceditur actio, secun-
 dogenito pro vita, & militia, contra
 primum possessorem, sed etiam contra
 tertium, vt de fructibus feudi, etiam sol-
 ueret vita, & militia in specie notat *Ca-*
mill. Salern. supra cit. Andr. de Isern. in consti-
in aliquibus in 6. col. vers. quid si desinat ha-
bere feudum, Minad. dicta constit. fol. 18. &

37 per talem vitam, & militiam frater se-
 cūdogenitus præfertur creditoribus pri-
 mogeniti: prout meritiſſimus *Reg. Capyc.*
Latr. Marchio Torell. n. 3. & 5. lib. 2. consult.

58 111. & talis actio cōceditur quoq; si fra-
 ter secūdogenitus diues esset, quia talis
 vita, & militia, nō cessat ēt si de corū bo-
 nis viuere posset, quia vitā, & militiā se-
 cūdogenitio tribuere, est feudum exone-
 rare, sicut dare paragium sorori, *Andr. in*
constit. in aliquib. & in constit. comit.

59 Alia autem ratio, quia vita, & militia
 est portio feudi, & loco talis portionis
 succedit, in quo non excluditur, vt dixit
Mofes. in cons. 9. nu. 10. sequitur Reg. Franc.
de Ponte de potest. prorg. in tit. de assens.

60 *Reg. §. 4. num. 29.* & non succedit loco ali-
 mentorum, quia si succederet loco ali-
 mentorum, posset officio iudicis effici,
 quod non debeat fratri diuiti, vt *l. si*
quis a liberis §. 2. & §. alimenta ff. de liber.
agnosc.

Et sic vita, & militia succedit loco ali-
 mentorum secundum communem opi-
 nionem *DD. & secundum Vinc. de Franch.*
decis. 61. bene explicat, quomodo intelli-
 gatur, & intelligitur quoad extinctionē,
 quia sicut alimenta exunguntur, ita &
 vita, & militia, communiter id asserunt
DD. & ita intelligendus est Affl. decis.
222. num. 5. & sic vita, & militia non est

61 transmissibilis ad hæredes, sed sequuta
 morte secundogeniti, reuertitur ad fra-

62 trem primogenitū, sicuti in usufructu,
 diuisim debito, pluribus fratribus; super
 prædio mortuo vno ex ipsis usufructua-
 riis, usufructus, aliis, nō restituitur, nisi
 proprietario, *l. dominus ff. de usufruc. Bart.*
in l. 1. C. quādo non pet. par. Surd. de aliment.
tit. 9. quest. 5. num. 6. & Bal. in l. si ita ex-
pressim ff. de condit. & demonstrat. vbi dicit,
 63 quod legatum alimentorum, non trans-

mittitur ad hæredes, *Dec. corf. 311. num. 3.*
 64 vbi dicit, quod alimenta finiuntur, cum
 vita eius, qui est alienus, & non possunt
 transmitti ad hæredes, ex quo eorum
 subiectum est anima, & corpus, *Bald. in*
auth. cui relictum C. de indiū. viduit. Alex.
 65 *conf. 18. vol. 5. num. 17.* ratio est quia ali-
 menta personam respiciunt, & ea quæ
 66 sunt personalia, non transmittuntur ad
 hæredes, *Surd. de aliment. tit. 1. quaest. 1. &*
 67 sic alimenta. non transeunt ad filios fra-
 tris, ita nec vita, & militia, *Affl. in constit.*
comit. vbi Andr. de Isern. & Affl. quod non
 68 tenetur primogenitus dare vitam, &
 militiam filii secundogeniti, quia illa vi-
 ta, & militia debetur fratri tantum, &
 non filio fratris, cum de iure feudorum
 non egrediatur persona fratris secundo-
 geniti, *Bal. in l. fin. C. de hered. instit. sed*
 69 vnum notabile videtur, quod dicta vita,
 & militia debita secundogenito, si fuit
 absens per plures annos, per quam ab-
 sentiam non fuit sibi præstita dicta vita,
 & militia, transmittitur ad suos hæredes,
 quia dicta vita, & militia debetur iure
 actionis, & ex legis dispositione, ideo fi-
 lius hæres patris, poterit petere illud,
 quod poterat petere pater defunctus, *l. 1.*
C. de hered. act.

70 In ipsa vita, & militia, non tribuitur lo-
 cus iuri accrescendi, cum mortuo secū-
 dogenito, illa vita, & militia reuertatur
 ad primogenitum, nec accrescit aliis
 fratribus, vt *Andr. de Isern. in dicta constit.*
vt de successione. & in constit. Comit. sequitur
Bal. in l. 1. C. quando non petentium, eo mo-
 do, & forma, quia vitalicia videtur talis
 vita, & militia.

Eadem ratio in alimentis diuisim de-
 bitis, currit super prædiis, quia proprie-
 tarius accrescunt, & illi succedunt *l. do-*
mus §. fin. ff. de usufruct. vnde vides, quod

71 nulla penitus alienatio vitæ, & militiae

72 assensu valeat cum sit portio feudi dixit
Andr. in constit. Diua memoria, per text in
l. fin. C. de re alien. non alien. l. querebatur ff.
ad legem falcidiam, & l. si mulier C. de con-
dit. ob causa data, nam fructus talis vitæ, &
 militiae possunt alienari, donec viuit se-
 cundogenitus, cui debentur vt *Affl. supra*

73 *num. 24. vers. item vita. item subdit, valere*
 etiam remissionem factam primogenito
 de tali vita, & militia, sine assensu; dū mo-
 do inter successores nicta remissio ver-
 setur; quia inter ipsos valet, secundum
Andr. in dicta constitut. & in cap. 1. de
alien. feudi patern.

74 Vita, & militia, frater secundogenitus
 consequitur, absque vlla exceptione,
 vt in dicta *Constit. Comit. vbi Affl. in 4. no-*
 tab.

75 *fat.* & si super illa fuerit proposita quaestio, vel lite, potest petere à fratre suo primogenito, quod interim alimenteretur, & ipsum providere debet de pecunia, pro litium expensis, vt dixit *Affl. in dicta cons. sit. Comit. Vrsillus ad Affl. decis. 10. num. 4.*

76 Imo vsque ad sententiam definitivam, *Ludou. Molin. de primogenit. byspan. lib. 1. cap. 16. num. 29. Surd. de alim. tit. quinto q. 8. Menoch. de praesumpt. lib. 1. quaest. 35. nu. 34. Gratian. discept. forens. cap. 236. num. 38. lib. 2. Castill. cap. 27. num. 17. lib. 3. (cum summaria cognitione) vt glos in l. fin. C. de alend. lib. 6. in l. si quis à liberis §. si vel parens ff. de liber. agnoscend. Cappell. Tholosan. decis. 77. Guid. Pap. decis. 561. Ludouic. decis. Perus. 46 p. 1. Molin. de primogen. Hispanorum lib. 1. cap. 16. ex num. 29. cum seq. Cephal. conf. 128. vol. 1. Rebuff. in tract. de sent. prouis. in praesat. Afflic. decis. 11. Corn. conf. 85. num. 2. vol. 3. Lupus in cap. per vestras §. 39. de donat. inter vir. & vxor. ad quam summariam cognitionem, vnus testis sufficere videtur, prout dixit *Bart. in extrauagant. ad reprimen. verb. summaria*, vel tantum ipsius partis iuramentum, vel fama, l. fin. tit. 19. partic. 4. l. 7. tit. 12. part. 3. in med. *Couar. pract. quaest. cap. 7. num. 8. Castill. lib. 3. controuers. cap. 27. num. 21. Sesse, decis. arag. 13. num. 8. Gratian. discept. forens. lib. 3. c. 236. num. 43. cap. 567. num. 15. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 2. par. 4. d. num. 1. vsque ad 52. & 53.**

78 Ea ratione quia vniuersale iudicium appellatur ad instar dotis, & petitionis haereditatis, vt dixit *Matthesill. singul. 120. est quoque rex. in l. si instituta ff. de inoff. testam. qui rex. loquitur de Nepote necessario, amplianda sunt in filio, Mansuer. in sua prax. tract. de possess. §. item, & recedentia, Rebuff. tom. 1. tit. de sentent. art. 1. num. 7. sequitur *Surd. q. 111. nu. 2.**

79 Quae quidem iura amplianda sunt in alimentis propriè, *Surd. quaest. 110. nu. 10.* puta quando filius agit, contra patrem, causa alimentorum, tunc iudicio pendente, debentur alimenta, nam haec ratio cessat, quando filius renunciauit haereditate paternam, & contractum rescindi petit, an interim à fratre, seu ab haerede alendus sit, cui vendidit, & renunciauit, prouidendum non esse inquit *DD. & decisum refert Ioann. Gallus in decis. Parlam.*

80 *Parif. q. 21.* ea ratione, quia remittentibus iura sua, non datur regressus *queritur §. venditor ff. de edilit. edict. & l. non videtur ff. si quis in fraudem patr. sequitur Mandell. conf. 81. num. 42 dixit Camill. de Medicis conf. 100. num. 22. cap. quamuis extra de pactis, cap. cum contingat de iure iurand. l. si quis in*

conscribendo C. de pact. cum similibus, Minad. in conf. 6. num. 16. Reg. Valenz. Valasq. conf. 165. num. 30. quandoquidem id ipsum cessare videtur, quando in renunciacione adest magna laesio, & competit beneficium legis secundae *C. de rescindend. vend. vt Cyn. dicta l. 2. cum in tali casu, non obstat renuciatio, etiam cum clausula quod sciuerit, &c. vt dixit Mandell. de Alb. in conf. 71. num. 51. 52. & 53.*

81 Prohibetur quoque in vita, & militia compromissum fieri, *Affl. cit. valet tamen sine assensu, quando sunt in differentia super quantitate vitae & militiae; quia non videtur quaestio de portione feudi, sed de fructibus in vita ipsius secundogeniti late exornat hanc quaestionem Affl. cit. num. 24. & 25.*

82 Ipsa quidem vita, & militia vires habere incipit, à die successionis primogeniti; ex quocumque titulo, siue succedat per mortem patris, siue per refutationem;

83 cum enim per talem actum refutationis videatur prauidere successioni, seu anticipare, & fieri potest per aliquem titulum, nomen, siue speciem contractus, & in proximum successurum, post *Andr. probat Praesid. de Franch. decis. 3. num. 9. Frecc. de subfeud. quaest. 17. num. 16. & in lib. 3. tit. de different. different. 25. Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de refut. feud. in princip. qui late hanc materiam examinat, & quod à tali die teneatur dixit Ann. alleg. 13. qui ita fuisse iudicatum refert in Sacr. Consil. Neap. per duas sententias, sequitur *Rouit. in pragm. 24. de feud. num. 8.**

84 nec in ipsa compensatur legatum factum à Patre, in beneficium secundogeniti, vt dixit *Afflic. in decis. 138. & ibi Vrsill. quaest.*

85 propter à quouis onere exempta videtur, etiam à solutione adohaer, *Afflic. decis. 252. num. 1. & 2. Rouit. num. 10. decisum refert Franch. decis. 20. Camill. Saler. in apostill. ad Consuet. Neapol. quod si aliquis incipiente an secundogenitus fol. 216. Bartol. de Capua de iure adhoa nu. 93. fol. mibi 425.* Imo non solum à solutione adohaer, verum etiam à releuii solutione, *Reg. de Ponte de potest. proreg. in tit. de assens. regijs §. 4. n. 30. pag. 323. ubi refert decisiones S. Reg. Conf. cum debeat ex fructibus Capic. decis. 158. nu. 8 Franch. decis. 61. Minado. decis. 10. Reg. de Ponte conf. 79. nu. 3. Ann. conf. 75. nu. 6. & 7.*

86 deductis omnibus oneribus; at vita, & militia onus videtur, *Afflic. decis. 43. nu. 138. Matrill. decis. 12. num. 11.* igitur vita,

87 & militia, vti onus, deducenda est, & minuere releuium, adeo vt, de remanentibus fructibus, medietas sit soluenda, iuxta vulgatam regulam, *Andr. de Ifern. in*

S. si.

§. *similiter in princip. vers. sunt releuia, ubi Lipar. in verbo medietas lit. O. Vincent. de Franch. decis. 121. nu. 2. & 6. Garz. Masfrill. in decis. 112. latè Frezz. de subsead. lib. 2. in vers. 3. auctoritate Andr. in c. 1. §. si mulier in hostenditiis num. 4. de cap. Conrad. plene Loffred. in paraf. feud. super cap. 1. §. sed & res per quos fiat inuestitura vers. contingit dubitari fol. mibi 20.*

88 Ea prorsus ratione quia vere fructus considerantur deductis expensis, & oneribus, & ita extimantur *Cattier. practic. quest. Canonic. quest. 1. num. 126. cum seq. Ruy. conf. 62. num. 5. & 6. vol. 1. qui subdit num. 2. quod loquitur in isto casu de fructibus non integris, Paul. Castrens. conf. 326. vers. 1. per tex. in l. vim facit ff. de vi & vi armat. l. 1. §. de eo iure ff. de aqu. plu. ar. vend. Aret. in l. diuortio §. impensa ff. solut. matrim. Negus. in tract. de pignor. 5. par. 4. memb. vers. & adde huic conclusioni sequitur Surd. decis. 294. nam de integris, non fit deductio expensarum, vt Alex. in l. fin. C. ad legem falcid. Caphal. conf. 62. volum. 1. Riminald. lan. conf. 616. num. 45. volum. 6. Afflic. decis. 252. num. 5. ubi Vrsill. 78. & 79. dixit Andr. Capan. de iure releu. quest. 14. num. 5. & 6.*

90 Ad quod etiam procedi possunt ea, quæ latè discussit *Andr. num. 7. quod in solutione releuii, semper intelligatur illa solutio de illis fructibus, qui remanent apud Baronem solutis tamen oneribus, Simon de Petr. conf. 153. num. 42. & 44. Caphal. conf. 290. num. 16. vol. 2. Mandell. cōf. 243. num. 3. & 10. Affl. decis. 252. sub num. 5. Ioann. Lopez in cap. per vestras, Rubr. de donat. inter virum col. 47. Bartol. de Capua ubi supra num. 94. & 95. quod releuium debet solui ab usufructuario, non autem proprietario prout dixit Vinc. de Franch. in decis. 131. num. 29. ratio est, quia est fructus qui propter rem percipitur Oldrad. conf. 24. Surd. decis. 31. num. 12. Ann. conf. 3. num. 35. vol. 1. Surd. decis. 200. nu. 4. & successori feudatario tribuitur facultas denunciandi mortem sui prædecessoris infra annum & soluere releuium, & si non denunciât in tempore duplicata releuii solutio ipsi imponitur pro pena, vt in cap. 1. quæ fuer. prima caus. benef. amict. Reg. de Ponte in decis. Coll. Conf. 1. Ioan. Anon. de Niger in cap. Reg. Neap. 259. num. 25. Viui. decis. 428. Capyc. in inuest. in verb. feudorū inuestitura, & in verb. feuda amittuntur vers. 55. si vassallus, Curs. iam. in tract. de feud. in 4. parte vers. 23. causa priuationis & in cap. sancimus. ubi Andr. & DD. quo tempor. miles cap. imperialem §. præterea de prohib. feud. alienat. per Peder.*

91 Verum magis, pro veriori putat esse illam sententiam, vt vita & militia, non minuat per releuium, & è contra, **92** quapropter primogenitus debet solui vitam & militiam integram, sicut integrum releuium, nullo in altero, alterius facta ex computatione; adeo vt primogenitus pro illo anno, omnia onera sentire videatur, quod autem suadetur, tum auctoritate rerum iudicarum, tum ex rationis firmitate.

Pluries enim decisum testatur *Camill. Salern. in addit. ad consuet. quod si aliquis de aliment. præstand. in additione, quæ incipit, an secundogenitus, alias decisum refert Lipar. in dicto verbo medietas, refert quoque Masfrill. decis. 112. num. 14. sæpè iudicatum est in Regia Camera, refert Reg. Moles in suis decis. manuscriptis, decis. 10. sub tit. d. iure releuiorum, prout refert decisum sub die 26. Iulij anno 1565. in releuio Illustrissimi Ducis Adriæ, alias decisum refert Bamac. in addit. ad Frecc. in annotatione 3. num. 29. cuius verba extant apud Caput. num. 9.*

93 Nec cessare videtur finis dictæ vitæ, & militiæ, quando secundogenitus efficitur Clericus, etiam in sacris constitutus, vt dixit *Reg. Franc. de Ponte, de assensu regio §. 4. num. 28. Imo subdit num. 22. quod* **94** eo magis debetur vita, & militia, quâo inhabilis est clericus, ad seruitium præstandum, quia conceditur absque onere seruitii; sicut in femina, & recedendum **95** dicit ab opinione *Bamac. quest. 10. dum tenet quod vita, & militia non debeatur clericis, verum sustineri non potest, cū* **96** vita, & militia loco legitime debeatur, in omnibus bonis hæreditariis, in quorū valorem computantur feuda hæreditaria, vt latè supra diximus, & quod opinio *Bamac. sustineri non possit Franch. decis. 20. num. 9. Camer. fol. 102. colum. 3. lit. L. & M. cumulat innumeros Fab. de Ann. in consil. 120. volum. 2. Reg. de Ponte conf. 79. Andr. in constitut. in comitibus. & ibi Afflic. in 3. notabil. in 2. quæstion. Gugliel. de Perno conf. 11. num. 22. latissime Petr. Gregor. in tract. de vita & militia q. 7. Cannet. in cap. si aliquem pagm. 326. incip. At pulchra & nodosa quæstio Paris. de Puteo de reintegr. feud. fol. 176. Tiraquell. de primog. quest. 78. nu. 8. Camer. in cap. imperiale fol. 103. coll. 3. lit. N. & O. Bursat. cōf. 132. nu. 29. & conf. 199. num. 32. lib. 2. Franc. Marzar. conf. 22. in 3. dub. Cacher. conf. 56. col. 2. Lupus in rub. de donat. inter virum & uxorem §. 47. nu. 17. Ann. conf. 26. nu. 21. & conf. 6. num. 14.*

- 97 Nam hæc vita, & militia in generali renunciacione, non intelligitur, cum specialis de ea renunciatio requiratur, per *tex. in l. si quando § generaliter C. de inoff. testam. tamen concludit Tiraguell. in tract. de iure primogenit. quest. 75. allegat Bal. in conf. 121. æquiparando ea, quæ dicta sunt in legitima, quia ad instar legitimæ habetur, & specialis mētio requiratur, prout post omnes, dixit *March. Torel. Reg. Capic. Latr. in dicta consult. 111. nu. 25.**
- 98 Pro qua vita, & militia secundogenitis assignata, excluduntur à successione, vt est *tex. in constit. in aliquibus, vbi Affl. & Petr. Gregor. in tract. de dote de paragio, quest. 21. num. 3. vers. confirmatur*, nam eo
- 99 ipso, quod filius recepit inuestituram, quomodocumque, vt supra dictum est, remanet obligatus, ad omnia, onera, quæ veniunt ex natura ipsius feudi; vt dixit *Aret. conf. 14. & conf. 161. col. fin. Loffred. conf. 11. num. 21 & non videtur exclusus secundogenitus, neque filia femina, nisi re, & effectu paragium, vel vita, & militia soluta sit, nec sufficit ad excludendam simplex promissio per patrem, vel fratrem, argum. l. si quis id quod, ibi gloss. ff. de iurisd. omnium iudic. & dotata dicitur*
- 100 quando dos ipsa, re ipsa traditur, cum dotis contractus re perficiatur, *Bart. in l. iurisdictionum in fine ff. de pact. Alex. conf. 13. num. 13. vol. 3. & Bart. per illum tex. in l. qui volebat ff. de hered. substis. Dec. conf. 106. num. 2. vbi necesse est, quod filia cum effectu dotem ipsam consequatur, & non sufficit promissio.*
- 103 Id ipsum quod militat in filio primogenito non militare videtur in filia primogenita, nam quādo primogenita succedit, aliis sororibus dare non tenetur vitam, & militiam, sed ipsas de paragio dotare tenetur, *Andr. in cap. 1. de natura successione feud. quia ei consultum est per præstationem paragii dixit Gallup. par. 3. cap. 4. num. 40. verum existente filia in capillo, & primogenita esset dotata certè filia in capillo succederet in feudo, Andr. in cap. 1. § si de feud. defunct. milit. & per constitutionem Regni, vt de successionebus cum filia dotata non aliter esset exclusa per solam dotationem, sed propter existentiam alterius filie in capillo secundum *Bartol. de Capua in d. constit. vs de success. vers. excludunt num. 5. pag. 163. Cum. in cap. si aliquem vers. procedat pag. 352. Verum tamen poterit pater in dotationis actu pacisci, & filie reseruare ius succedendi in feudo quamuis dotata sit, cum sit proximè successura, & in vim refutationis tale pactum fieri potest cum sit**
- validum, *Affl. in cap. imperialem num. 35 de prohib. feud. alien. per Federic. Paris. de Puteo in tract. de reingr. feudi fol. 130. & 139. latè Anna alleg. 97. nam. 5. Camer. in d. cap. imperialem, Franob. decis. 71. num. 17. Anna singul. 569. Cast. conf. 342. nu. 8. vol. 2. cap. 1. de eo qui finem fecit agnat. Bald. conf. 330. vol. 3. ratio est quod quando aliqua est successura in hæreditate, etiam feuda, & est habilis potest pacisci per actum inter viuos, & reseruare successionem feudi, maxime, quando hoc sit de consensu patris de cuius successione agitur cum sufficiat cōsensu paternus, *Cagnol. in l. fin. C. de pact. num. 169. vers. tertio, Nat. in tract. de statut. exclusio femin. 2. quest. num. 50. quest. 11. latè Bruun. in eod. tract. 6. artic. princip. num. 252. vers. 13. q. pro.**
- 104 Pro dote autem de paragio non datur actio hypothecaria, sed conditio ex lege, vt expresse *Andr. in constit. in aliquib. col. 3. vers. secundum ipsam col. 2. vers. sed nunquid, Affl. decis. 162. num. 7. & in constit. fratrib. col. 4. vers. sed quaro, & Camer. in cap. imperialem, col. 2. lit. L. fol. 13. & 14. Reg. de Ponte conf. 50. num. 5. volum. 2. Napodanus in consuet. si qua mulier infra de mul. hab. fil. num. 15 Reg. Consil. Prouençalis ad consuetud. Neapolitanas obseruat. 14. tamen erit actio exemplo actionis in rescriptam, quæ rei possessionem sequitur, l. 3. § est autem personalis, & §. fin. ff. ad exhibend. vnde refert *Loffred. in §. feuda, & §. quid ergo col. 2. in fine de inuestit. de re alien. fuisse iudicatum per Serenissimum Regem Federicum, primum emptorem feudi teneri ad præstandum ipsum paragium, cum prælatione omnium creditorum Patris, ac fratris in dicto feudo, & ex *Andr. in constit. Regni in aliquib. Neapod. in consuet. si qua mulier, vers. de bonis, Camer. in cap. Imperialem fol. 8. lit. D. sed dictæ actione in rem scriptam petatur, Andr. in cap. 1. §. quid ergo num. 6. vers. vel est onus in tit. de inuestit. de re alie. fact. prout refert Dominus Consil. Theodor. alleg. 7. num. 8. Anell. de Amat. in conf. 42. num. 23. quia tamen est onus feudi, Andr. in cap. 1. num. 7. vel esset onus feudi, vt pro maritanda sorore de inuestit. de re alien. fact. & in dicta constit. regni in aliquib. vers. sed si di-***
- 105 *cannus, ibi cum hoc debitum dotis propter feudū, sit onus feudi, Cannel. in cap. si quis aliquem fol. 331. num. 10. subdens nu. 14 deberi ex visceribus feudi, quem refert Consil. Ann. conf. 75. num. 8. post omnes Anell. de Amat. dicto conf. 42. num. 10. ideo*
- 106 pro paragio filie debito, quilibet possessor feudi tenebitur, ad *tex. in l. matrem §. cum autem ff. de eo quod metus causa,*

Gramm. decis. 90. latissimè Marcell. de Mau-
ro in allegat. 35. vers. ad totam argumentū,
 107 & licet nonnulli voluerunt possessorē
 feudi teneri tantummodo in subsidium
 facta discussione bonorum, ex *Afflic. de-*
cis. 162. Dominus Theodor. ubi supra nu. 12.
 tamen Sac. Consil. nouissimè recessit à
 prædicta discussione, prout iunctis aulis
 promulgatum, & decisiū refert D. *Mar-*
ebio Belmontis Reg. Carolus de Tapia in
decis. Sac. Reg. Consil. 48. ibi Sacrum Con-
 siliū decreuit bene fuisse decisiū, quod
 esequatur contra tertium, pro rata vna
 vna cum fructibus paragij, ad rationem
 ducatorum quinque pro centenario
 cum impositione perpetui silentij. Pro
 feudo tamen nulla alia actio concedi-
 tur, nisi feudalis, cum dirigatur secun-
 dum subiectam materiam, & iudicatur
 ipsa actio eiusdem naturæ, cuius est res,
 ad quem, vel ex qua, *tex. est in l. qui actio-*
nem ff. de reg. iur. l. si legatum §. si quis bonū
ff. ad Trebell. l. sciendum §. diuersa ff. ad tre-
bell. Camer. in cap. Imperialem fol. 15. & 16.
Franch. decis. 75. & 592. Frezza de subfeud-
lib. 2. quest. 12. Fab. de Anna cons. 4. num. 77.
 vol. 1. & hæc est quando tendit circa ip-
 sius feudi proprietatē, si vero ipsa actio
 tendat ad fructus ipsius feudi, vt separati
 non dicitur feudalis ipsa actio, sed bur-
 genaticam naturam retinebit, si vero
 tendit ad feudi prætium, non enim dicitur
 ipsa actio feudalis, sed hypothecaria
 vt dixit *Amend. in addit. ad decis. de Fræcb.*
75. num. 10. Ioann. Andr. de Georg. in repet.
feud. cap. 44. num. 13. cum plurib. seqq. & n. 4.
Dom. Franc. Maria Prat. in suis discept. fo-
rens. cap. 26. nu. 36. & 37.
 108 Quantitas enim ipsius paragij, non
 certa à iure, sed arbitrariam esse volue-
 runt DD. & præcipuè *Napod. in consuet. si*
moriatur. §. 6. de paragij quantitate, ac liquida-
tione, in glos. verbo paragium num. 50. ca-
 ratione quia arbitrio boni viri statuen-
 dum esse voluerunt, vt *Isern. in col. fin. cō-*
 109 *stit. in aliquib. ibi, cum diximus de dan-*
 do paragio, non attendi quantitatem va-
 loris portionis tertix, vel etiam dimidix,
 sed illam quantitatem pro qua pari nu-
 bere possit, quæ paritas respectu condi-
 110 tionis, & familiæ, & ideo sub nomine
 paragij venit cōgrua dos, & dicitur quasi
 parium gestus, vt dixit *Neapod. in dicta*
consuetud. si moriatur, in verb. paragium
nu. 51. sequitur Gallupp. par. 3. cap. 3. nu. 31.
de success. feud. ab intestat. Grammat. decis.
101. num. 63. Guid. Pap. decis. 439. num. 7.
Thefsaur. decis. 192. Franch. decis. 26. Reg. de
Ponte cons. 39. num. 26. cons. 40 num. 12. cons.

50. num. 3. & in tract. de potest. proreg. in
tit. de success. mulier. in princip. nu. 1. Peregr.
decis. 39. & 62. Caualean. decis. 5. num. 99. p. 3.
Anton. Faber in suo C. diffin. 7. num. 11. de
dotis promiss. Thefsaur. decis. 192. num. 5. Fa-
rinac. decis. 581. num. 3. com. 2.
 111 Hæc iura, è quoque procedunt, in li-
 quidatione ipsius paragij, vt dixit *Ma-*
strill. decis. 107. num. fin. & ibi in Sac. Conf.
 secundum subiectam materiam, varias
 ac diuersas paragij liquidationes, quas
 videas apud *Caput. in repet. Neapodan. cit.*
§. 6. de paragij quantitate, ac liquidatione, &
Neap. in consuetud. si moriatur in glos. para-
gium nu. 50. Thefsaur. in d. decis. 192. Peregr.
decis. 62. num. 2. & 3. vers. secundo fuit dispu-
tatum, Masrill. decis. 107. Giurba late de
hac materia in consuet. Messan. cap. 2. glos. 7.
p. 1. nu. 30.
 Vndique arbitrariam esse voluerunt,
l. 1. de iure delib. cap. de causis extra de offic.
deleg. Menoch. de arb. iud. casu 149. num. 38.
 112 Et in tali arbitrio, tria consideranda
 esse videntur, prout considerat *Neapod.*
in consuetudine si moriatur in glos. paragium
num. 50. Giurba in consuetud. messan. cap. 2.
glos. 7. par. 1. nu. 21. 22. & 23. primo faculta-
 tes, secundo dignitatem, ac parilitatem
 viri, seu mulieris, tertio denique aum-
 erum liberorum, quas etiam considerare
 videtur *Isern. in constitut. in aliquib. col. 8.*
vers. hoc denotat, & plura iura ciuilia hæc
 denotantia refert, *l. quæro ff. de iure dot. l.*
familia ff. de legat. 3. l. siue, & l. cum post §.
gener. ff. de iur. dot. nam prima causa tunc
 consideranda venit, quando agitur de
 constituendo paragio, imo non solum
 de cōstituendo verum, & liquidando, &
 ista parilitas appellatur, *l. familie ff. de*
leg. 3. quod arbitrium non est liberum,
 sed regulatum ratione, & æquitate *l. quod*
si empbasi ff. de eo quod certo loco Neapod. ubi
supra num. 50. Giurba ubi supra num. 23.
 113 Verum in tali arbitratione aduerten-
 dum esse quin tale paragium non veniat
 arbitrarium minus legitimæ, *Afflic. decis.*
160. Hartam. Pistor. lib. 2. quest. iur. par. po-
ster. q. 37. num. 10. Thefsaur. decis. 191. Surdus
decis. 61. Franch. decis. 44. late scripsit Petrus
Gregor. in tract. de dote de paragio quest. 28.
cum seq. Andr. in constit. in aliquib. colum. 9.
Neapodan. in consuetud. si moriatur, vers. eas
autem in glos. super verbo paragium, Afflic.
in constit. de success. vers. conjugato, num. 23.
vers. decimo notatur, Salicet. in anth. res que
C. commun. delegat. Alex. cons. 7. num. 7. vol. 2
Curt. senior cons. 27. nu. 43. & cons. 37. nu. 6.
Benedict. in cap. Raynutius, in verbo duas ha-
bens filias, de testament. Soccin. cons. 150.
Loffred. cons. 26. col. 4. vers. prefatis. non ob-
 1 2 *stant,*

- Bart. Curt. iun. conf. 73. volum. 2. Camill. de Medic. conf. 25. nu. 9. cum ipsam excedere debeat ad hoc vt habeat naturam veri paragij. est text. in Anth. res qua, vbi Salicet. num. 2. C. commun. delegat. & Authent. nouissima colum. fin. C. de inoff. testam. l. sanctimus in fine, in vers. quinimo C. de nupt. tradit Alex. conf. 69. sub dubio 1. colum. 1. lib. 1. conf. 7. viffs colum. 3. lib. 2. conf. 83. viso statuto lib. 4. Socc. conf. 183. col. 1. Corn. conf. 197. circa principium colu. 3. lib. 1. & in conf. 107. col. fin. lib. 2. & conf. 180. visa renunciacione. Dec. conf. 379. num. 14. aduertit & quoque Anton. Capic. in apostill. ad consuet. si moriat. verbo an mulier excludatur pro quo vide Socc. conf. 288. cum sequenti vol. 2. & Corn. conf. 115. vers. non ergo. vol. 3. bene Bart. in l. quero ff. de iure dot. vbi non restringitur arbitrium boni viri, vt non possit dotem congruam arbitrari esse minorem legitimæ, sed simpliciter, attentis dignitatibus, & facultatibus testatoris, & numerum filiorum, voluit idem Angel. per illud tex. in Authent. de restit. & ea qua parit in undecimo mense §. quamobrem, & Bal. in Auth. res qua in 3. col. C. commun. delegat. & quoad dotis congruitatē, nullum aliud*
- 114** requisitum attendendum est, nisi Ciuitatis mos; & secundum mos ipsius Ciuitatis procedendum est, vt *Corn. conf. 3. vol. 3. Dec. conf. 26. colu. 3. Paris. conf. 62. col. fin. in principio vol. 2. per text. in l. quero ff. de iure dot. l. si filij ff. de legat. 3. Paris. conf. 63. n. 50. lib. 2. Port. cōf. 6. n. 27. vers. quibus n. 49 conf. 92. n. 103. & conf. 38. n. 15. Mascard. de probat. conclus. 570. n. 12. igitur æquiualeere debet legitimæ, vt *Crauet. conf. 236. nu. 3. Simon de Petr. de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 1. dub. 5. Franc. Niger Cyriac. controuer. 71. num. 43. lib. 1. & contr. 507. num. 8. lib. 3.**
- 115** Tale autem paragium, legitimæ locū obtinere videtur, & in eius locum subrogatur, *Napod. in consuet. si moriat. vers. paragium num. 56. & num. 85. Camill. de Medic. conf. 11. nu. 7. & conf. 75. num. 10. Andr. de Ifern. in constit. in aliquib. Afflic. dec. 160 Camill. de Medicis. conf. 59. num. 16. Loffred. conf. 26. nu. 15. Minadois conf. 2. nu. 5. Ifern. in constit. in aliquibus col. penult. vers. & si verum, Afflic. decis. 160. Reg. de Ponte conf. 65. num. 5. & seq. Anna conf. 70. num. 13. Vnde conueniens est vt dixit *Socc. dicto**
- 116** *conf. 16.* quod subrogatus naturam sapiat eius, in cuius locum subrogatur, *l. parabolani, & ibi Bal. C. de Episcop. & cler. & per Bart. in l. 1. C. de princip. agen. in reb. lib. 13.* Imo succedat loco legitimæ, adest *Ifern. in constit. in aliquib. col. 7. vers. quid si frater, & col. sequenti in tit. de success. filiorū,*
- 117** & frater enim tenetur ad illud *Paragium*, non vti dos sed tanquam legitimæ portio, & sine onere, illi competere videtur, *Campeg. tract. de dote 26. quest. 5. part. princip. tenet Bart. in l. Titio centum §. Titio genero, vbi scripsit concordantes in penult. colum. ff. de condit. & demonstrat.*
- 118** consequenter enim sequitur, quod sicut legitima debetur deducto ære alieno à toto corpore hæreditatis, *l. papinianus §. quartam, & ibi DD. ff. de inoff. testam Fräch. decis. 62. in prima par. Instituti ratio postulat,* quod paragium eoque debeat deducto ære alieno, totius feudi, & sic debetur deducto prius onere seruitij militaris, & aliorum onerum, totius feudi, pro quibus feudum reperitur obligatū, de quo vide *Affl. decis. 252. & 128.*
- 120** Id ipsum, filiis debetur in bonis paternis, maternis, vel aliorum ascendentium, vt latè videbis in *constitut. in aliquibus*, procedit quoque dicta cōstitutio, in omnibus descendētibus, venientibus ad successionem patris, vel matris, vel aliorum ascendentium vniformis, & tenentur dicti successores, exclusis feminis dare paragium de bonis paternis, & maternis, ita dixit *tex nostræ constit. ibi (de bonis paternis, & maternis) nam licet dicta constitutio in principio iubeat maritari, & dotari de paragio filias; deinde in dicto §. eas autem in penam succedere feminas, & petere posse viriles portiones, verum etiam in linea Collaterali, ad hoc vt excludat sororē, frater post mortem patris, dotare debet ipsam secundum paragium, de bonis paternis, nam talis dotatio, propter onus ei à constitutione impositum, inhabilitat ipsam sororem ad succedendum ipsi fratri, vna simul ad feudum, vt latè *Ifern. in constit. vt de success. in verbo filij autem fratrum col. 3.* ibi constitutio hæc repellit sororē, tantum debentem habere paragium de bonis fratris, & ea ratione tenetur, vt dixit *Caput. in repet. consuet. si moriatur par. 11. §. 5. nu. 7.* quia per mortem patris, fuit*
- 122** factum patrimonij fratris, ex illa regula, quod mutata persona, mutatur qualitas bonorum, & status rei, vt *Reg. Rouit. in conf. 100. per totum lib. 1. l. 1. C. de imponend. Iucratiuo descript. Ansaldo. de iurisdit. par. 5. tit. 3. cap. 3. num. 33. fol. 520. Reg. Consil. de Georg. alleg. 23. num. 27. l. paulus alias per procuratorem ff. de acquir. hered. l. fin. in fin. ff. de inoff. test. l. sed si plures §. 1. ff. de viig. & pupill. Anna alleg. 70. num. 34. l. 1. §. veteres, & ibi glos. magna ff. de acquir. possess. l. 1. C. de legit. hered. in glos. vlt. vers. quod autem indubitatum est.*

123 Nam circa considerationem huius paragii, quibus personis debeat, videas plenissimè apud *Ifern. in constit. quamplurimum, col. ult. & in constit. in aliquibus, latè apud Petr. Gregor. in tit. de dote de paragio, quest. 4. usque ad 20.*

124 Verum vnum notandum an moniali debeat tale paragium, ita ac si monialis non esset; *Respondet text. in §. sed & hoc presenti, Auth. de sanctiss. Episcop. sequitur Bart. Bal. & Paul. de Casstr. Afflict. decis. 348. ubi Vrsill. num. 2. Neapodan. in consuet. si moriatur sub num. 66. fol. 99. quod legato facto mille aureorū, si nuperit, quia centum si monialis efficiatur, decedit text. quod mille deberi, si monasterium ingrediatur.*

Dispositio enim dicti §. sed & hoc presenti, operatur quod cōditio illa, opposita in tali legato, habetur p̄ nō opposita.

Veruntamen non deficiunt, qui con-

125 trariam tuentur opinionem, quod legatarius venire debeat iuxta dispositionem testatoris, fundantur in *l. si ff. ad Tre-*

126 *bell. ibi, mens testatoris taliter præsumentia, qualiter ex verbis apparet, secundum rectum eorum sensum, vt Bart. dicta l. fin. Peregrin. de fideicommiss. art. 28. num. 80. addo tamen Spin. specul. testamen.*

127 *glos. 1. par. 1. num. 1. & 2. ibi standum erit dispositioni testatoris, quando iuri se cōformatur, & alios DD. & Peregr. citat.*

Et quod standum erit ipsius dispositioni adest *Bal. in auth. nisi rogati 2. col. in fine C. ad Trebell. cap. relatum, & cap. cum esset de testam. Tiraquell. tract. de priuileg. caus. col. 1. fundatur in l. condition. primum locum, ff. de condit. & demonstr. & in §. disponat Auth. de nuptiis, ibi maximum standum erit dispositioni testatoris.*

128 Verum omninò procedendum est, cum dicto text. §. sed & hoc presenti, stante quod fundatur ex optima ratione, quia causa spiritualis non debet esse deterioris conditionis temporali prout DD. in dicto text.

Nam si subsisteret opinio, quod deberentur omnia duo legata, multum fauorabile esset causæ piæ; Primo enim quando testator dixit lego centum Bertæ, si matrimonium cōtraxerit, illa particula, si matrimonium contraxerit, habetur vt non opposita, ita ac si dixerit, lego centū Bertæ, nulla conditione adiecta, & debetur tale legatum, in alia particula dixit quinquaginta, si monasterium ingrediatur, quæ cōditio, si monasterium ingrediatur venit adimpleta, & debetur. tale legatum, ratione adimplementi facti, per ingressum monasterii, & sic de-

bentur omnia duo legata, bene autem ex rationibus illatis, subsistere posset talis opinio, si in contrarium non opponeretur *tex. in l. titia 99. alibi 100. ff. de condit. & demonstr. & in summario dixit tale tex. quod contraria opinio non sit audienda.*

129 Verum quicquid sit, sufficit si ipsi moniali assignetur paragium, habito respectu monasterio, *Molfes. ad cōsuet. Neap. p. 3. de succ. ex testam. quest. 8. num. 33. & consuetudini Ciuitatis, tunc sufficit, quia ipsi assignatum est, id, quod solitum est, assignari monialibus, quoniam ex hoc iustum dicitur paragium prout dixit *Pres. de Francb. dec. 44. Rouit Reg in conf. 42 n. 4. & decis. refert in conf. 44. in fin. sequitur Anna alleg. 70. nu. 13. alleg. 81. & 117. Reg. de Ponte conf. 65. ex num. 2. 5. 6. 7. ubi cita, And. Napod. & Det. in plurib. cons. loquentes, & c. in terminis nostra constitut. in aliquibus & iterum in conf. 75. num. 5. & conf. 50. nu. 4. lib. 2. Loffred. conf. 26. Lanar. conf. 10. num. 2. & 3. Maur. alleg. 68. nu. 5. Marcell. de Mauro conf. 35. num. 2. & 3. Conf. Ann. conf. 6. nu. 10. Viu. decis. 9. num. 1. & decis. 187. num. 6. & 7. decis. 484. num. 2. & 3. Molfes. tom. 1. ad Consuet. Neapol. par. 4. q. 15. num. 6. Anton. de Alex. Nacler. Francb. Maricon. Salern. Couar. Molin. Thesaur. Mantica Surd. Bru. Gizz. decis. 37. num. 52. Reg. de Curt. in 3. p. par. cap. 2. num. 42. cum seq. latè de hac materia scripsit Dux Regine Reg. Capic. Galeota in controuers. 15. & seq. lib. 2. qua stante dotatione facta amplius renunciatione nullā permissum dicere nō est. Intellige supradicta si filia ingressa esset monasterium viuente patre, si enim pater mortuus esset ante eius ingressum in monasterio tunc ex iuris dispositione integrū paragium habere debet ac si in seculo maneret dum mortuo patre statim illi acquisitum fuit ius in toto illo paragio, *Petr. de Gregor. latè de hac materia in trac. de dote de paragio quest. 10. num. 9. & q. 13. nu. 5. Salern. in dicta consuet. si moriatur sub num. 67. fol. 102. in addit. incipiente monialis ex doctrina Bart. in l. Titio centum §. Titio Genero num. 8. ff. de condit. & demonstrat. Caucant igitur fratres, & sint solliciti, vt assignent sororibus paragium ingressarum, & ab illis obtineant renunciatione in amplissima forma.***

130 Nam redeundo ad materiam paragii, quæritur quid dicendum, si fructus percepti, antequam assignetur paragiū, seu eius supplementum, computetur in dicto paragio.

In quo quæsito, multum supra posita vrgent, eo modo, vt cum ipsis dicendum sit, quod paragium loco legitimæ succedat,

- 311 dat, vde subsequenter videtur, quod fructus ipsius legitimæ, non computentur in eius supplemento, *l. scimus §. repletionem C. de inoff. testam. Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 69. Ann. in add. ad alleg. 70. Preses Reg. Cam. Anell. de Amato conf. 39. num. 30. & 35. Ruyn. conf. 56. num. 4. lib. 2. Menoch. conf. 8. col. ult. Natt. conf. 156. n. 11. Boer. decis. 3. nu. 17. Curt. sen. conf. 39. nu. 7. Socc. conf. 57. nu. 39. lib. 4. Dec. conf. 590. nu. 8. Corn. conf. 265. lib. 3. Alex. conf. 7. col. 3. lib. 2. conf. 88. num. 15. & conf. 127. lib. 6. Alex. conf. 69. lib. 1. Bald. conf. 222. lib. 4. l. etiam C. de iur. dot. l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dot. fact. l. si marito §. fin. ff. solut. matrim. l. item veniunt §. fructus ff. de petit. heredit. Cyn. & Bald. in l. non est C. fam. ercisc. Tiracquell. in l. si unquam C. de reuocand. donat. in verb. suscepit liberos num. 97. & licet in*
- 132 dote computentur fructus, nihilominus in hoc differt dos, à legitima, & Trebellianica, *l. mulier §. cum proponeretur ff. ad Trebell. quam sequitur Napodan in consuet. si moriat. & in apostill. A. de Alexand. vers. quando filia, sequuntur communiter DD.*
- 133 Filix autem siue sorori, eo ipso, quod sit nubilus debetur tale paragium; & tempore contracti matrimonij, vt per *Vine. de Franch. decis. 559 num. 1. Andr. Minad in constit. in aliquib. in 7. notab. nu. 9.*
- 134 Et licet eo tempore debeatur paragium, attamen illomedio tempore, fructus non debentur à fratre; nisi contracto matrimonio per sororem, quandoquidem, ex tunc debitor constituitur, & non antea, & licet *Anna allegat. 70. dicat paragium succedere loco legitimæ, & quod fructus non debeantur, sed alimenta loco fructuum, tamen contrananc opinionem fuit iudicatum in Sac. Reg. Consil. Neapolitano, vt per Vincent. de Franch. dicta decis. 559 num. 14. & Ioan. Andr. de Georg. allegat. 11. num. 6. quæ ratio*
- 135 cessare videtur in legitima, quia legitima debetur vna cum fructibus, à die mortis defuncti, *Beniten. decis. 37. num. 9. Anton. Gaill obseruat. 120 Menoch. conf. 25. 54. & 55. Vincent. de Franch. decis. 374. n. 2. & decis. 16 num. 13. & debentur sine vlla interpellatione, aliter non præstando hæ-*
- 136 res dicitur, in mora legali, & tanquam debitor morosus teneri ad fructus, *l. videamus §. in ceteris quoque bonæ fidei ff. de usur. late Mangil. in tract. de imput. quasi. 9 num. 41. quia quando lex tempus deter-*
- 137 minatum ad præstationem certæ rei statuit, prout legitima, in qua mortis tempus assignatur in ipsa necessaria non videtur aliqua interpellatio, ad constituen-
- dum hæredem in mora, quia tempus in-
- 138 terpellat pro homine, & debitore moroso, *l. vinum vbi Alex. num. 3. Dec. num. 9. ff. si cert. pet. l. hominem ff. mand. l. quoties in dies, vbi DD. omnes ff. de verb. oblig. lex enim statuit, quod sequuta more patris, filius dicitur creditor in legitima, inducens exactiorem virtualiter, & separationem à bonis paternis, l. omnimodo l. sicut C. de inoff. testam. l. magnū. C. de contrahend. & committend. empt. cum legitima sit ius vniuer-*
- 139 sale, in qua filius dicitur hæres secundū quid, hoc est secundum substantiam hæreditatis *Bal. in l. non est C. famli. erciscun. Fabius de Anna conf. 76. num. 5. cum vocetur quota, & portio, dicta l. papinianus §. quarta; ideo fructus ante moram per-*
- 140 cepti augent legitimam, hæreditatem aliaque iura vniuersalia, *Bar. in l. ex facto ff. de herd. instit. sic in simili videmus,*
- 141 quod in petitione hæreditatis veniunt fructus cum ipsa hæreditate, cū sit quid vniuersale *l. 1. C. de petit. heredit. l. item veniunt §. fructus ff. eod. tit. & per consequens,*
- 142 potest peti legitima vna cum fructibus prout late dixit *Natt. conf. 156. num. 6. Alex. conf. 127. lib. 6. per totum, & conf. 69. num. 3. lib. 1. vbi concludit deberi legitimam vna cum fructibus, à tempore mortis defuncti, Auth. nouissima C. de inoff. testam. l. papinianus §. vnde si quis ff. de inoff. testam. glos. in l. fideicommissaria, in glos. 1. ff. ad Trebell. & notabiliter declarat *Bal. in l. non est C. famli. ercisc. Alex. conf. 88. col. 3. lib. 6. l. as. conf. 104. col. 3. lib. 4. & ita tradunt cōmuni consensu, glos. & Bal. in l. fideicommissariam ff. ad Trebell. Bald. conf. 221. lib. 4.**
- 143 vbi dicit nunquam stare posse legitimam sine fructibus, *Ripa in l. fideicommissariam ff. ad Trebell. Alex. conf. 69 num. 3. vers. supersecundo lib. 1. Capra conf. 6. num. 8. & conf. 83. num. 14. & conf. 14. & conf. 153. num. 10. Corn. conf. 265. num. 12. lib. 1. Marzar. conf. 38. num. 85. Ruyn. conf. 56. num. 2. lib. 2. Natt. conf. 156. num. 6. lib. 1. Gabr. conf. 45. num. 5. lib. 1. & conf. 108. num. 5. Petra de fideicom. quest. 15. nu. 117. Menoch. conf. 77. num. 13. late Cuch. in tract. de legit. instit. de legit. pleno iure relinq. num. 10. Peregr. de fideicommiss. art. 36. num. 69. Surd. conf. 128. num. 4.*
- 144 Ideoque si fructus vna cum ipsa legitima veniunt, iuris ratio postulat quod ipsam augere debeant, *Barb. in dicta l. ex facto, Socc. sen. conf. 57. num. 4. lib. 4. eo ipso,*
- 145 quod debeatur in corporibus hereditarijs, *l. scimus §. repletionem, vers. ex ipsa substantia patris C. de inoff. testam. Doct. ff. nostre ætatis Marchio Torell. Reg. Capic. Latr. in suis decisionibus, decis. 49. num. 17.*

sequitur *Ias. conf. 181. lib. 2. Bertran. conf. 31. num. 14. lib. 4. Ruyn. conf. 59. num. 20. & 21. lib. 4. Alex. conf. 127. num. 4. Capbat. conf. 189. num. 11. & ante predictos glos. in cap. Rainaldus, in verbo portiones, extra de testam. Paris. conf. 45. nu. 2. & 6. lib. 7. Mangil. in tract. de imputat. & detract. quest. 9. nu. 32. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus ampliat. 11. C. de inoff. testam. Honded. conf. 62. lib. 1. & conf. 66. lib. 2. & ita fuisse iudicatum in Reg. Camera, refert Ioann. Andr. de Georg. in alleg. 40. cum sit quota bonorum, & non quota fructuum, auct. nouissima C. de inoff. testam. Alex. Imol. & DD. in l. ita tamen §. si patronus ff. ad Trebell. & consequenter illi fructus qui oriuntur ex ipsis*

146 corporibus, sine mora, & sine interpellatione, ratione illius dominij debentur, ita decisum refert in Sac. Reg. Conf. Vinc. de Franch. decis. 16. nu. 16. Imo etiam si essent consumpti bona fide, Alex. in l. cum fideicommissio ff. ad Trebell. l. ita scilicet §. usuras ff. de legat. 2. l. in minorum C. in quibus caus. Stephanus Banch. in cap. Raynupt. post volumen Guglielm. de Benedict. vers. quarto num. 7. Socin. conf. 57. num. 39. Ruyn. confil. 55. vol. 2. Grat. conf. 79. vol. 2. num. 23. Mangon. decis. Florent. 35. num. 18. & 19. Suarez in repet. l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. ampliat. 11. Decis. Lucens. 85. in fine; Bertran. conf. 141. volum. 2. priorum, in 3. quaesito, ita decisum refert idem de Georg. in dicta allegat. in fine num. 37.

147 Et licet nonnulli Doctores tenuerunt, ad hoc, ut debeantur isti fructus; necessarium requiri moram, tamen verior illa opinio videtur, illos deberi, nulla existente mora, prout Socin. in conf. 17. num. 33. volum. 4. Cuch. de legit. in verbo eiusus portio nis ut sup. num. 10. fol. mibi 322. Boer. decis. 3. num. 17. Iraquellin l. si unquam num. 116. C. de reuocand. donat. Benintend. decis. 37. Gail. obseruat. 140. num. 14. & 15. lib. 2. vbi dicit esse ab omnibus approbatam, glos. in l. in fideicommissariam 18. ad Senat. Consul. Trebell. Curt. iun. conf. 327. num. 14. Franch. in dicta decis. 16. num. 13. vbi Amendol. in addit. num. 9. Surd. decis. 23. num. 26. vbi late

148 de hac materia; Et petita legitima, etiam si nihil dictum sit de fructibus, ipsi fructus tanquam accessorij sequuntur principalem; & in consequentiam etiam petiti censentur, & ita inquit Alex. conf. 127. num. 4. lib. 6. & conf. 69. lib. 1. Mangil. in tract. de imputat. & detract. quest. 9. num. 42. & 43.

149 Quae ratio cessat in fructibus perceptis, ante restitutionem fideicommissi, qui fructus ad grauatum pertinent, late Ripa in l. in fideicommissariam ff. ad Trebell.

l. quod ius ff. de legat. 3. Simon de Petr. in tract. de interpret. ult. volunt. carta 347. & seq. Mantie. de coniect. ult. volunt. lib. 7. tit. 6. per totum, l. cum ita in principio ff. ad Trebell. 150 Angel. in conf. 331. nam tunc tales fructus in restitutione, vna cum fideicommissio venirent quoties a testatore id expressum fuisse, ut dicta l. in fideicommissariam, nam si non id expressum fuisse currit quod fructus ad eum pertinent ad quem res pertinet, l. fructus ff. 151 de rei vendic. & sic fructus omnino ad grauatum spectant pendente conditione, est text. in l. in principio ff. ad Syllan. Petra de fideicom. quest. 15. num. 348. vers. & quod attinet.

Quod totum limitatur quando in grauato mora praecesserit, l. mulier §. si heres ff. ad Trebell. & ibi Bart. & Castrenf. imo 152 nec etiam sufficit, quod possit restituere. At requiritur interpellatio, omnibus, §. si seruum qui est col. 2. ff. ad Trebell. Alex. in l. in fideicommissaria col. 2. vers. in ea glossa. ibi quando negligentia ff. ad Trebell. Corn. conf. 158. circa finem lib. 3. plenè Castrenf. conf. 214. num. 3. vers. breuiter lib. 2.

153 Et quod dicitur de fructibus legitimæ, extenditur etiam ad supplementum, in eius quoque petitione veniunt fructus a die obitus, prout in legitima, absque vlla mora. Anton. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. num. 39. usque ad 42. vbi dixit quod etiam si fructus bonæ fide ab heredibus, siue ab aliis essent consumpti, & percepti, ad eorum restitutionem, & æstimationem teneretur, prout docet Bal. in d. l. non est, Capra conf. 6. num. 8. Alex. conf. 134. num. 38. lib. 6. ut dictum est supra.

154 Et licet nonnulli Doctores damnaverint dictam opinionem, ex regula, quod bonæ fidei possessor faciat fructus suos, l. qui bona fidei, & l. quasitum ff. de acquir. rer. dom. l. fructus ff. de usur. l. quarta §. post litem ff. fin. regund. l. si usufructuarius, ff. quemadm. usufruct. amit. Peregrin. tract. de fideicom. art. 49. num. 10. est enim bonæ fidei 155 possessor loco domini, l. qui scilicet ff. de usur. Bal. in repet. l. celsus nu. 18. ff. de usuc. 156 quia bonæ fidei veritati æquiparatur l. bona fides ff. de regal. istr.

Sed his non obstantibus a sententia primo loco relata, non esse recedendum, tam in iudicando, quam in consulendo, dum est communis, & vera prout refert Vincent. de Franch. decis. 16. qui ita decisum refert in Sac. Consil. die 28. Iulii 1574. quod liquidetur vna cum fructibus a die mortis patris præter DD. allegatos Bertran. conf. 145. lib. 1. late Petr. de fideicom. quest. 17. num. 117. Peregrin. de fideicom. art.

art. 36. num. 69. Dec. cons. 79. lib. 1.

157 Ratio quare fructus non impurentur in legitima, ea est, quia mortuo testatore vel patre legitima intellectualiter detrahitur, à singulis corporibus hereditariis, *l. quoniam in prioribus C. de inoff. testam. to*, absque villo facto hominis, ideo imputatio cessat, cum iam euulsa sit à prædi-

158 ctis corporibus, & debitum exactum non recipit compensationem, ita in dicta *l. in fideicommissaria, sub num. 39.* & antecum, fuit ratio ponderata à Bald. in *l. sci-mus num. 5. C. de inoff. idem Bal. sentit, in l. filium quem habentem, num. 10. C. famil. cr. cisc. Peregrin. in tract. de fideicom. art. 36. nu. 120. & art. 49. num. 41.*

159 Dubitandum non est, quia legitima non sit portio successionis, & sic ius vniuersale, & ideo fructus veniunt, *l. item veniunt §. fructus ff. de petit. hered. in omnibus verò, quæ vniuersitas est, fructus veniunt, l. si marito §. fin. ff. sol. matrim. l. quod dicitur ff. de impens. in reb. dotat. fact. & l. etiã C. de iur. dot. & Bal. in cons. 222. super 1. in 4*

160 vbi præcisè inquit, quod legitima nunquam debet esse, sine fructibus, qui non

161 debentur ratione moræ, sed iure dominij, seu vsus rei debite hanc esse magis communem opinionem, *Surd. decis. 25. num. 25. Ruyn. cons. 56. num. 4. lib. 2. Surd. cons. 128. num. 3. & 4. Alex. cons. 7. lib. 2. & cons. 88. num. 5. & cons. 127. lib. 6. Coru. cons. 265. lib. 3. Decian. cons. 79. lib. 2. Menoch. cons. 8.*

162 Qui fructus restituendi filio, vna cum legitima, diuersimodè sunt rati, prout latè de hac materia *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 9. per totum*, tamen ad rationem quinque pro quolibet centenario valoris legitime, & ita determinauit *Rot. Roman. decis. 571. num. 1. par. 2. Recentior. Merlin. decis. Rotæ Lucens. 33. num. 21. & decis. 70. num. 12. Reg. Fab. Capic. Galeota Dux Regina lib. 2. controu. 9. nu. 7.* eo modo si legiti-

163 ma esset relicta in pecunia, etiam fructus filius petere potest, & interesse lucri cessantis, *Couar. var. resol. lib. 3. cap. 4.* & ita fuit dictum in *Rot. Romana Saluiani 20. Nouemb. 1591. coram Orano vers. quando erim pecunia, Merlin. decis. Lucens. 48. num. 19. 20. & 21.*

164 Pro quibus fructibus, & legitima, filius præfertur in bonis defuncti, creditoribus hæredis, quia legitima, & fructus

165 respectu patris, habentur quasi, vt æs alienum testatoris, vt dixit *Angel. in l. papinianus, §. si quis impubes col. 2. vers. nota*, quod quarta ff. de inoff. testam. est enim legitima quasi debita filio etiam in vita patris, vt *tex. in l. & quia ff. pro socio, & in*

l. final. §. fin. antem perpetui C. de Curat. furios.

166 Et sicut filius præferatur pro legitima creditoribus hæredis, ita etiam, & pro fructibus, cum fructus accessorii videantur ad dictam legitimam, *l. l. de iur. ff. qui potior. in pign. hab. & secundum hanc opinionem fuisse decisum, dicunt Adiacentes ad Affl. decis. 162. & pro prædicta legi-*

167 gitima, & fructibus ipsius competu actio hypothecaria, sic voluit *Paul. de Monte Pico, in repet. l. in quartam col. 44. vers. sed ista solutio, n. 139.* quem sequitur *Alexandrin. cons. 156. num. 2. & dicta l. Lucius Vincent. de Franch. in decis. 274. num. 2. vsque ad 12. & decis. 246.*

168 Estimatio autem legitime, debet fieri tempore mortis defuncti, in illis facultatibus, quæ tempore mortis reperiuntur, *l. papinianus §. quarta ff. de inoff. testam. l. cum quaritur. & Auth. nouissima C. ecc. l. etiam §. fin. & l. si patronus §. si ex bonis ff. de bonis liber. Alex. cons. 103. num. 15. vol. 2. Neapod. in consuet. si moriat. vers. paragr. Andr. de Ifern. in constit. in aliquib. col. 8. & 12. Bal. nouell. in suo tract. de dote in 16. priuileg. Affl. decis. 160. Lucas de Penn. in l. 2. in fine C. de prædi. & omnib. reb. nauic. Gram. decis. 57. num. 6. & Franch. decis. 61. nu. n. 4.*

169 & potest iudex dictam legitimam liquidare in pecunia, *Menoch. de arbitr. iudic. casu 163. Ioseph Ludouic. decis. Lucens. 78. num. 39. meritißimus Reg. March. Torell. in dicta decis. 49. num. 18. & decis. 36. num. 1.* quod intellige, possit eam liquidari in pecunia, quando cohæredibus non expediat illam dari in corporibus, *dicta decis. 59. num. 17.* cum in vita defuncti nullum

170 ius competat filiis, nam licet dicatur debita, quia in illa, non potest pater filiũ defraudare, nisi ex causa ingratiitudinis, *Bart. in §. si quis Auth. de hered. & falc. Abb. cons. 65. lib. 1.*

Ratio est, quod non competat ius filiis viuente patre cum sit quota donorum, & debeatur post æs alienum, & post mortem ipsius patris, *Osasc. decis. 172. num. 15. Gram. decis. 101. num. 65. Iacob. Put. decis. 237. lib. 2. Minsinger. obseruat. 25. cent. 4. Maranta in suo speculo de ordine iudic. disp. 19.* Imo, & funeris, impensa sint deducenda, *Cassan. in consuet. Burgun. tit. de success. §. 2. glos. 4. l. 8. §. 4. ff. de inoff. testam. l. 5. C. ad Trebell.*

171 Hinc est quod creditores hereditarij excludunt filium à legitima, si æs alienũ totum exaurit patrimonium, *Osasc. decis. 148. uum. 12. Franc. Marc. quest. 433. Andr. Gaill. obseruat. 119. num. 11. lib. 2. Crauett. cons. 219. & cons. 165. Ias. de action. in §. item si quis*

si quis in fraud. num. 50. & hoc sanè intelligas in ære alieno necessariò; secus involuntario, Ioseph. Ludouic. dec. Lucens. 28.

173 num. 17. Ratio est, quia bona propria nō dicuntur nisi prius deducto ære alieno, *tex. in l. sub signatum §. bona ff. de verbor. signif. & in l. non amplius in principio ff. de leg. 1. deducto igitur in primis hoc ære alieno, in reliquis bonis paternis filius habet legitimā, Gaill. lib. 2. obser. 119. n. 13.*

Ei in tantum hoc est verum quod legitima debeat deducere ære alieno, quod

174 etiam si filius voluisset offerre cautionem de seruando hæredem illæsum nō possit, vt notata per *Vincent. de Franch. decis. 127.*

175 Hinc infertur ad quæstionem vtrum legitima detrahatur à feudo, in quo solus primogenitus succedit, & dicitur quod non, quia feudum de sui natura diuidi non potest, *Reg. de Ponte in sua lectura feud. in tit. de his qui feud. dar. poss. lect. 7. nu. 33. fol. 63. vt inde legitima detrahatur, tamen si fuerit feudum nouum emptum à patre, tñc legitima capitur in pecunia, de extimatione feudi, Capic. decis. 2. nu. 1.*

176 *Cranett. conf. 256.* nam ipsa legitima nō debetur de bonis feudilibus, sed de allodialibus, *Franc. Marc. quæst. 335. Roland. conf. 71. num. 58. vol. 2.*

177 Denique pro totius materiæ vitæ, & militiæ complemento videndum est nūquid rebello vita, & militia debeatur, & an restituto recuperet ipsam, tã futurã, quam præteritam, & quid si feuda, super quibus debetur alienata fuerint, concedatur actio aduersus tertiu possessorem.

178 Certum est quod pro crimine rebellionis ammittitur feudum, dixit *Rosental. de feud. cap. 10. in tit. de caus. ex quib. feud. amittant. conclus. 35. num. 21.* verum etiam sit inhabilis ad succedendum in feudo, *l. quis*

179 *quis C. ad l. Iul. maestatem, & reputatur ita ac si mortuus esset l. 1. §. fin. ff. de bonor. possess. contra Tabul. sequitur Afflic. 180 decis. 6. nu. 4.* eo maxime cum in feudis nulla maior ratio attendatur, quam fidelitas, prout dixit *Andr. in cap. 1. §. præterea si vassallus vers. sed quid si pater col. 3. qua sit prima caus. benef. amittent.* cum fidelitas sit basis fundamentū, & propria substantia ipsius feudi *Camer. de feud. fol. 3. lit. F & G. Pres. de Fräch. in dec. 213. n. 3. Reg. de Pöto in sua repetitione feudali lect. 14. n. 8. de success. feudi, & tribuere videtur locus cæteris successoribus in gradu dixit Gallup. de feud. par. 3. cap. 2. num. 49.* loquendo vero de illo rebelle declarato iam rebelle, quæ regula etiam procedit si delictum notoriæ esset, *Andr. in cap. 1. de feud. sine cul. nō*

amitt. Bal. in tit. de pace constante, vers. publici in sine allegat Capyc. in. decis. 19. num. 7. Lucas de Penna in l. 2. C. de different. lib. 12. Rosental. citat. supra.

181 Contra tamen hoc crimen, solet aliquando admitti indulgentia, & ea concessa rebellis restituitur; quod totum, ampliandum est in secūdogenito rebelle ex Principis indulgentia restituitur, & recuperat vitam, & militiam, ad quod adducitur casus, *in l. is cui ff. de aliment. & cibar. legat. vbi is cui annua alimenta*

182 *relicta fuerunt in metallum deportatus, indulgentia restitutus, recuperat alimenta præterita, & consequenter futura, qui casus optimè facit circa vitam, & militiam, cum talis vita, & militia loco alimentorum reputetur, & ad instar illorū debetur, vt per Andr. de Isorn. & moderni in Constit. Regni Comit. & quod recuperet tam futura, quam præterita in terminis concludit Affl. in dicta constitut. Regni Comit. in 4. col. quæst. 5. facit etiam dispositio dictæ l. his cui, per quam dispositionem restituitur rebellis, ita ac si nunquam fuisset rebellis, & omnia iura, & bona, quæ apud ipsum erant, ante rebellionis tempore recuperat, l. 1. C. de sentent. pass. ex*

183 illa Regula, quod restitutio reponat restitutum in ea iura in quibus antea erat, *Andr. de Isorn. in cap. 1. de vass. ill. decrepit. etat & probatur in l. imperialis §. 1. C. de nup. & ibi notat Bal. in 2. lectura, vbi per illum text. infert ad statutum de banditis non eligendis ad officia, quia si restituti sint, non solum tollitur nomen Banni, sed etiam reliquiæ nudi nominis, trahunt communiter DD. in l. Gallus §. & quid si tantum de liber. & possib. & Canoniste in cap. inter de maior. & obed.*

184 Attamen tota difficultas remanet numquid restituatur rebellis, etiam circa bona alienata in tertios possessores, & contra ipsos concedatur actio.

185 In quã difficultate cum negatiua respondendum esse dicunt Doctores quoniam casus rebellionis non videtur esse

186 casus captiuitatis, & procedit *tex. legis post liminij C. de captiuis, & post limin. re. vers.* quia *tex. d. l. post liminij* solummodo procedit in captiuis, quod multū diuersum est à rebellionem: quæ omnia intelligenda, quãdo non ex crimine feuda alienata fuerunt, quando quidem clarum est quod restitutio non trahitur ad ius alteri quæsitum, quod ius quæsitum alteri originem non trahit à crimine, & condemnatione, sed à nouo pacto, & contractu inuito inter fiscum, & tertium; verū si acquisitio facta penes tertium, immediate

- 188 diatè causam trahit ab ipsa condemnatione, tunc ex gratia restitutus, illa feuda recuperat, ac si penes fiscū essent, & reponitur in illud ius, quod penes ipsum erat, ante delictum, & eo modo ac si nunquam fuisset feuda in alium translata, voluit *Bal. post Cyn. in dicta l. Gallus S. & quid si tantum col. penult. & ibi communiter DD. per tex. in l. suū libertus ff. de iure patron.* in quo text. disponitur, quod siue libertus, siue patronus deportetur, & postea restituatur, quod recuperat iura amissi iuris patronatus; & petendi contra tabulas bonorum possessionem; probatur in *l. fin. C. de senten. pass.* & inde dixit *Andr. de Ifern. in cap. 1. de vassallo decrepit.*
- 189 *etat.* quod si vassallus delictum commisit, propter quod immediatè ad dominum reuertitur feudum, restitutus per Principem recuperat, prout consuluit
- 191 *Anchar. in conf. 408.* Item lata sententia adulterij, contra uxorem; statim ipsa dos marito quaesita efficitur per *text. in cap. plerumque de donat. inter vir. & uxor. ex*
- 192 ipsa restitutione, statim recuperat illā, voluit *Angel. in l. si pater filium ff. de adopt. refert;* & sequitur *Alexand. in dicto S. & quid si tantum dicta l. Gallus,* vbi dixit quod si ex forma statuti bona homicidæ applicari debeant, pro dimidia hæredibus occisi, restitutus postea recuperat, etiam talia bona, sequitur *Aretin. in dicto S. & quid si tantum, & communiter DD. ibi,* & Canonistæ in dicto cap. inter quatuor de maior. & obediē. & hoc sine dubio procedit in casu de quo dubitatur, quod qui habuit à Principe concessionem ex delicto, quod patrasset nullo modo fuit offensus, quia tunc facta restitutione recuperat indistinctè, etiam post apprehensionem iura alteri quaesita, & isti sūt propriè termini dictæ *l. fin. C. de senten. pass. & dicta l. suū libertus ff. de iur. patron.* & facit quia, quando Princeps ex voluntate sua facit causā quod alicui ius quaeratur, tūc tale ius, sola voluntate auferri potest; secundum *Angel. in l. Lucius ff. de euis. & ita per prædicta concludit Galeaula in repet. dict. S. & quid si tantum in 14. col. quia ex*
- 194 rebellionē patrata, ius vitæ, & militiæ esset extinctum, & quaesitum immediatè, iuxta *tex. in l. quisquis C. ad l. Iul. maiest. & in cap. Regni nuper apud tranum,* & bona proditorum, & non ex aliquo nouo
- 195 contractu, nec is qui concessionem habuit à Principe ex tali crimine, fuisset offensus, & ideo restitutus recuperat pristinam vitam, & militiam, & consequenter, etiam futuram iuxta *text. in d. l. is cui ff. de aliment. & cibar. legat. & in hoc du-*
- 196 bio non erit noua decisio; cum pluries sit decisum, tam in causa Reuerendissimi Archiepiscopi Archirōsini, cum Excellentissimo Comite Zorellæ, & Regio fisco, quam in causa Fabritij de Guarino cum Regia Curia.
- 197 Quibus ad confirmationem accedit *decis. Bald. post Oltrad. in cap. 1. in penult. col. in vers. formatur cap. 4. cur vendi.* vbi firmat quaestionem, quod si Comes concessit militi in feudum Castellaniā cū quarta omnium mouentium, equidem debebant amittere bona, quia offenderunt Comitem, an in dictis bonis miles
- 198 debeat habere quartam, arguit pro, & contra, & tandem decidit quod nō, quia illud quod competit alicui, ob venditā propriæ iniuriæ, non venit in generali concessione facta alteri, & hoc vt habeat Dominus saltem suæ iniuriæ vltionem;
- 199 per iura per eum allegata, ergo cum ius vitæ, & militiæ competens alicui ob prætersam rebellionem, & iniuriam factam eius Curia fuisset deuolutum, sequuta postmodum alienatione non facta mentione de prædicto iure, non esset alienatum, sed ipse Curia reseruatum, quod superueniente indulgentia, & restitutione Principis, cēsetur ipsi restitutum, per iura, & rationes superius allegata.
- 200 Nec omittendum est in hoc capitulo aduertere, quod rebellis amittat omne ius, quod forte competere possit ex persona suorum antecessorum, *l. quisquis C. ad l. Iuliam maiest. cap. qui sint rebell. in clementin. pastoral. de re iudic. cap. 1. ex quib. caus. feud. amitt. in cap. 1. S. porro, quæ sit prima causa beneficij amitt. in cap. 1. S. sancimus, quo tempore miles cap. bona proditorum cap. nuper cap. ex frequenti, cap. die mercurij, Lucas de Penna in l. 1. C. de pet. bon. subla. lib. 10. & in l. nullus 2. & 3. colum. & armorum vsus, lib. 10. & in l. cum allegatis C. de re milit. lib. 12. & in l. 1. C. de cōducl. & procur. lib. 12. & Andr. de Ifern. in cap. quæ sint regalia, in verbo, & bona committentium crimen lese Maest. & in constit. Regni humanitatis.* Et ad finem admittentur
- 201 di omne ius requiritur quod sit Notorius rebellis erigendo vexilla inimicorū, vel morando continuè cum inimicis, *Andr. in cap. sancimus quo temp. miles, & in cap. quæ sint regalia, & in verbo, & bona committentium crimen 16. colu. Luc. de Penn. in l. cum allegatis C. de re milit. lib. 12. Bal. in l. 1. C. de sedit. & in cap. Regni incipiente nuper apud tranum Marti. Lau. in suo tract. de crim. lese Maest. in 40. conclusione, & Fabius*
- 202 de Anna *conf. 12. dixit Notorium rebellē cum nuncupari qui in actu cōtinuo fuit*

reperit, & culpa deprehendatur in co
 actu contra Regem, *text. in l. hoc autem
 in verbo constare ff. ex quibus caus. maior.*
 late de hac materia Regens de Ponte
decif. 22. num. 8. & per totam l. amissione §.
§. deficiunt ff. de capit. dimin. Card. in clem. 2
de re iud. Martin. Lau. de crimine laesa ma-
est. in 26. notab. Barb. conf. 11. volu. 2. Soc.
conf. 37. in 3. vol. Bart. in extrauag. qui sint
rebell. in verbo tenore, & in hoc casu, ex
 203 erectione vexillorum inimicorum, absq;
 sententia Rex, seu fiscus capere potest bo
 na, *Andr. de Isern in cap. sancimus prima col.*
quo tempore miles, Bal. in cap. Imperial. §. cal-
lidis in fine de probib. feud. alien. per Feder.
vbi allegat Iacob. de Belui. in Auth. de incest.
nupt. & clara sunt iura capitulorum Re-
gni proditorum, & alia similia l. 3. C. de
seru. f. zit. l. 1. C. de comere. & mercat. l. 1. & 2
C. ad l. Iuliam maiest. Andr. in cap. 1. §. porro
qua sit prim. casu benef. amitt. l. cuiusque do-
lo ff. de l. Iul. maiest. Mart. Lau. in suo
tract. de crimine laesa maiest. in 4. conclus. Lu-
cas de Penn. in fin. C. de delato lib. 10. Nec
 204 requiritur citatio, & possessio, transit
 enim in fiscum sine apprehensione, vt
 firmat *Lucas de Pen. cit. in l. 1. C. de pet. bon.*
subl. & in aliis locis supra allegat. cum nul-
lus iuris ordo, nec citatio, nec sententia
 205 requiratur, sed de facto potest Rex au
 ferre, & occupare etiam de iure commu
 ni bona ipsius rebellis, *Andr. in cap. 1. §. san-*
cimus il secundo, quo temp. miles, & plura
congerit Soc. in conf. 9. in 6. col. volu. 3. & de
iure Regni sunt Capitula.
 206 Ad probandum autem rebellionem,
 quot testes requirantur alii dixerunt es
 se necessarios quinque testes summæ
 opinionis iuxta *text. in cap. 1. quot testes*
sunt necessarii ad probandam ingrati-
tudinem, alii dicunt sufficere duo, vt in l. in
numeris ff. de testib. & ita concludit Andr.
in dicto cap. 1. in principio. & in vers. non dam-
netur in tit. quot test. sint necess. ad probandam
ingrati tudinem, & in cap. 1. §. sancim. il secō-
do quo tempore miles simpliciter dixit,
 quod rebellio etiam notoria probatur
 per duos testes.
 207 Neque rebellio tollitur quando Rex
 fecit gratiam de persona, *Andr. in tit. que*
sint regal. in vers. & qui vt ab indign. in fine,
 quem refert. & sequitur, etiam *Lucas de*
Penn. in dicto cap. bona proditorum in vers.
teneantur; imo si Rex expressè remisit
 208 culpam, & rebellionem, si tamen feudū
 erat amissum ipso iure, ex rebellionem re
 missa in obtinēdo de nouo feudū necesse
 est, vt de nouo Rex reconcederet feudū,
Andr. in cap. 1. prima colum. vers. cum domi-
num.

209 Committitur namque rebellio non
 solum per rationes supra notatas, verum
 etiam propter conspirationem aduersus
 personam, vel statum Principis, *Bud. in*
annot. ad l. 3. ff. ad l. Iul. Maiest. Decian. in
tract. crimin. lib. 7. tit. 6. in princip. & in hac
 210 materia rebellionis punitur affectus,
 non sequuto effectu, *l. 1. & l. 3. ff. ad l. Iul.*
maest. glos. in §. 1. vers. moliri institut. de
public. iudic. & hoc plene probat Decian. trac.
crimin. lib. 7. cap. 35. Farin. quest. 115. inspect.
4. Foller. in prax. crimin. in verbo item qui
commisit crimen laesa Maiest. n. 69 Gramm.
voto 19. num. 4. & decif. 74. & ex solo tenta-
 tato fabricandi monetam fuit punitus in
 dicta *decif. 74. & Guid. Pap. decif. 344. Angel.*
in dicta l. 1. ff. ad dictam l. Iul. maiest. dicit
 ex solo consilio occidendi potestatem
 211 Bononiæ fuit punitus, cum non solum
 ex actu proximo, sed remoto committat
 tur rebellio, & crimen læsæ maiestatis, vt
 212 habeat locum pœna mortis, & publica
 tionis bonorum, quia sufficit consilium,
 213 absque alia exequutione, *Angel. in l. 1.*
§. hac autem verba in fin. ff. quod quisque iur.
vbi Is. Andr. de Isern in cap. 1. §. si vero vo-
luerit vassallus. col. 1. de capit. qui cur. vendi-
dit, sequitur Loffred. conf. 21. num. 8. Capoll.
conf. crim. 17. Galcan. optimè in conf. 65. in 4.
dub. nu. 55. & in l. 1. & 3. ff. ad l. Iul. Maiest.
Rota Auen. 92. in decif. diuers. vbi plura de
 214 hac materia, & hoc crimen per conie
 cturas, & præsūptiones probatur, & pro
 215 dicitur ad torturam etiam absque in
 diciis, vel saltem leuioribus, *Gig. de crim.*
laesa maiest. tit. quom. & quos probetur q. 29.
Angel. in tract. de malefic. & ibi addentes
in verbo, che hai tradito la sua patria, Decian.
consil. 13. num. 53. volum. 1. Bald. in l. qui-
cumque in fine, num. 25. ff. de seru. fugit. Fa-
rinac. in tract. de indit. ad tortur. quest. 37.
nu. 95. Baiard. ad clarum in §. laesa maiestas,
num. 25. veh. homini illi, qui de hoc cri-
 mine, ne dum imputatus, sed adum
 bratus est, post *Afflic. in tit. que sint rega-*
lia in §. bona committentium in vsibus
feud.
 216 Ex cōfederatione autē cum inimico
 arguitur rebellio, *Bal. in cap. 1. in principio*
col. fin. vers. modo hic quib. mod. feud. amitt.
Minad. conf. 13. num. 17. Imo sola suspicio
 217 confederationis, facit casum rebellio
 nis, *Bal. in l. quicumque C. de seru. fugit.*
 218 Quæ quidem rebellio etiam arguitur
 quando a naturali eius Principis obe
 dientia se subtraxit, illique se hostem pa
 rauit, *Oltrad. conf. 43. quaritur num. 8. &*
 posset condemnari pœna vltimi suppli
 tii; in quā etiam venit confiscatio bono
 rum, *Farinac. quest. 113. inspect. 5. num. 74.*

- qui alios offeret *Campag. super Cap. Regni, nuper apud Tranum. num. 41.*
- 219 Sed aduerte, quod datur differentia inter coniuurationem, & cōspirationem, in coniuuratione enim interuenit iuramentum. Conspiratio autem dicitur multorum conuentio, ad status, vel dignitatis alterius subuersionem, *glo. in cap. per tuas, in verb. conspiratio de Simon. & in cap. petitio de Simon. Archid. in cap. coniuurationem 11. quæst. 1.* Sed omnes diriguntur ad vnum finem; & ad vnum puniendi
- 220 modum, prout est vltimi supplicii; & licet in aliis criminibus re integra pœnitentia admittatur, ita vt pœnitens puniri non possit, tamen in crimine læsæ maiestatis, & rebellionis ipso iure, nullaque sententia expectata in penas incurrit, *Bart. & alij scribentes in l. qui falsum ff. de falsis, & in l. si quis non dicam rapere C. de Episco. & cler. & in l. 1. C. de rapt. virg. & in cap. ad*
- 221 *abolendum, de hered. quando enim pœna ipso iure imponitur pœnitentia non excusat, glos. in clement. in agro, §. quia vera in vers. ipso facto de statu monac. Bul. in Authent. habita C. ne filius pro patr. Alex. in l. 1. ff. de his qui not. infam. & in l. si infulam ff. de verbor. obligat. in 21. fallent. Marfil. singul. 326. Socc. iun. conf. 105. num. 4. col. 3. Decian.*
- 222 *lib. 7. cap. 40. num. 3. & 7. augetur motiuū sola enim scientia, absque reuelatione, punitur tex. in l. quisquis C. ad l. lul. maiest. voluit Bart. in l. utrum ff. ad Pomp. de parr. Socc. conf. 22. vol. 1. Capyc. decis. 130. num. 65. Brun. conf. 28. num. 2. & 7. latè Lau. in tract. de crim. l. se maiest. quæst. 13. num. 53. Ifern. in cap. 1. proterea in princip. quæ sit prima causa benef. amitt. Gig. in tract. de crimin. læsæ maiest. sub rubr. de pluribus, & variis quæstion. quæst. 2. Affl. in cap. 1. §. committentium num. 273. quæ sint regal. Consciens enim huius criminis, punitur, vti participes, Socc. iun. conf. 105. num. 42. vol. 3. Anch. conf. 273. & 439. Crauett. conf. 224. num. 7. Baiar. ad Clar. in §. læsæ maiest. vers. 40. committitur, qui alios allegat.*
- 224 Istud crimen rebellionis facit amittere non solum iura ciuitatis, & specialia Regni, sed etiam beneficium iuris communis, & illis vti non potest *Castrens. in l. 1. ff. de hered. instit. Loffred. conf. 5. num. 21.*
- 225 & hoc non solum procedit in attinto, sed maiori ratione in confesso, cum nulla sit maior probatio *l. generaliter ff. de nō num. pecun. Cōfessionibus quis cōtradicare nō pōt ē in criminalibus l. confessionibus ff. de interrog. act. l. 1. ff. de cōfess. nam vbi adest confessio ibi relaxatio omnium probationū, Bal. conf. 354. lib. 1. & confessio*
- 227 maiorem probationem facit quolibet
- publico instrumento, & quibuscumque testium depositionibus, *Bal. conf. 192. lib. 3. Aym. conf. 61. num. 3. & 171. num. 4. pro quo facit, quia sicut per deprehensionē crimen efficitur notorium; ita per confessionem, Innoc. in cap. per inquis. glos. 2. in fine de elect. Bart. in l. scriptus ff. de relig. & sumpt. fun. Bal. in l. properandum in fine C. de iudic. Affl. decis. 176. Andr. de Ifern. in consti. Regni si damna clandestina 5. Alex. ad Bart. in l. si confessus ff. de confess. Guid. Papa decis. 446. sub num. 2. Gramat. decis. 31. num. 8. Borell. in summ. decis. tom. 2. lib. 3. tit. de con-*
- 228 *sess. num. 35. & per solam criminis confessionem, quis efficitur infamis, Bald. in l. 1. ff. de his qui notan. infam. ibi quod nullum genus probationum infamat, nisi probatio quæ fit per confessionem, DD. in l. quoniam, & l. istus fustium ff. de his qui not. infam. & in cap. super his de penis, Bar. in l. infamem ff. de publ. iudic.*
- Verum quod dictum est supra de rebelle restituto ex gratia recuperare omnia iura; Videndum est numquid recuperet iura in tertium translata.
- 229 Pro qua parte quæriti certum est, quod restituito ex gratia recuperat omnia iura, & feuda, & actiones quæ penes fiscum resident, non autem recuperat bona in tertios alienata, se uauu. n. recētiorem scribentia n. opinione. n. quia quod ex gratia fit nunquam in iuris alteri quæriti præiudiciū retrotrahitur; *Scribentes in l. Gallus, §. & quid sit tantum ff. de liber. & posth. sequitur Bal. in l. iura constitui in fine ff. de legib. & l. 1. nu. 65. C. de sacrosac. eccles.*
- 230 *Cū semper principis gratia absque alterius præiudicio, & iniuria interpretanda sit, text. in l. 2. §. ne quid à Principe ff. ne loco publ. l. ne auus C. de emancip. liber. etiam si minima fuerit iniuria, & præiudiciū, vt dixit Dec. in cap. quæ in ecclesiarum num. 16. vers. quartus casus de*
- 231 *constit. Imo licet in illa restitutione veniant omnia bona, non tamen comprehendi videntur illa quæ alienata, & alteri quæsitā medio tempore fuerunt, l. quod si minor §. scruola ff. de minoribus, Andr. de Ifern. in cap. unico nu. 4. de vassall. decrep. etat. Ann. in repet. dist. cap. num. 206. cum sequent. sequitur Crot. in repet. dist. l. Gallus, §. quid sit tantum num. 57. quod non solum iura tertiis quæsitā in re, sed etiam non recuperat illa in spē, vt dixit Dec. in conf. 525. num. 8. ad quod faciunt etiam, ea, quæ dixit Dec. in conf. 588. nu. 19. quod*
- 232 sub qualibet dispositione principis, sēper subintelligatur clausula saluis iuribus alienis, ex quo fit, quod nunquam comprehendi possint concessa per prius al-

23 alteri, etiam si adsit clausula illa, non obstantibus concessionibus factis, semper intelligitur de illis concessionibus inualidis, ut dixit Dec. in cons. 640. num. 10. Curt. iun. cons. 158. num. 30. & 164. nu. 23.

S V M M A R I V M.

- 1 Institutio dupliciter consideratur.
- 2 Cautela Reg. Franc. de Ponte in tit. de successione mulierum exponitur.
- 3 Clausula raro manente pacto, quid operetur.
- 4 Maritus promittendo uxorem renunciaturam, excluditur à more purgatione.
- 5 Regens Ioannes Franciscus Sanfelicius laudatur.
- 6 Maritus simpliciter obligans se mulierem renunciaturam, non tenetur præcisè ad pgnam, secus quando absolutè se obligat.
- 7 Maritus obligans se mulierem ratificaturam, non tenetur, nisi ad diligentiam faciendam.
- 8 Promittens aliquid fieri, debet fieri quod sit de iure validum.
- 9 Promissi, semper intelligitur, cum clausula, rebus sic stantibus, & rebus in eodem statu permanentibus.
- 10 Iuramentum positum in promissione, non tribuit aliquid ipsi promissioni.
- 11 Promittens aliquem renunciaturum, si ille qui renunciaturum decedat, non tenetur.
- 12 Fideiussor, non tenetur ad pgnam, mortuo reo.
- 13 Nemo ad impossibile tenetur.
- 14 Mors adueniens ex culpa promittentis renunciaturam, non euitat pgnam, nec ab ea liberatur.
- 15 Promittens renunciaturum, si decessisset, & euidentissime constat de mora ipsius promittentis, non excusatur à damno, & interesse.
- 16 Mora inducit delictum.
- 17 Interpellatio, quando est necessaria.
- 18 Promissor quando sine interpellatione constituitur in mora.
- 19 Maritus promittens in capitulis matrimonialibus an excusatur faciendo suum posse, & an teneatur ad interese.
- 20 Filii an possint impugnare renunciationem matris, venientes uti heredes patris, qui promisit ipsam matrem renunciaturam.
- 21 Actus semper censetur, quod daret in partium conuentionibus.
- 22 Cautela Reg. de Ponte in tit. de success. mulier. practatur etiam in monasteriis, promittendo renunciationem monialium in amplissima forma.
- 23 Renunciatio in præiudicium monasterii habetur pro facta.
- 24 Monasterium dicitur exclusum per renunciationem ope exceptionis.
- 25 Filia mortuo patre ab intestato, nullo heredeproxiore existente, an admittatur ad successionem, non obstante eius renunciatione.
- 26 Renunciatio facta per filiam, censetur facta fauore masculorum natorum.
- 27 Filia renuncians admittitur ad successionem, deficiente persona contemplata, non obstante renunciatione.
- 28 Renunciationis causa reducit ad non causam.
- 29 Pater non præsumitur voluisse in suis bonis extraneos admittere, & propria personam filie repulsare.
- 30 Filia renuncians in beneficium matris, vel patris, pro ipsis, & heredibus renunciaffet, ipsis deficientibus ab intestato ex iuris necessitate filia admittitur non obstante eius renunciatione.
- 31 Renunciatio semper censetur facta fauore masculorum.
- 32 Causa deficiente, debet deficere effectus.
- 33 Soror monialis an admittatur ad successionem sui fratris decedente ab intestato, non obstante eius renunciatione.
- 34 Renunciatio cessat, cessante causa finali.
- 35 Renunciatio cur fauore masculorum censetur facta.
- 36 Finis renunciationis quid sit.
- 37 Donatio facta cum causa, an ea cessante bona donata reuertantur ad donantem.
- 38 Argumentum de renunciatione, ad donationem validum est.
- 39 Renunciatio comprehendit causam testatantum, non vero intestati.
- 40 Iura magis subueniunt filiis, in retinenda substantia patris, quam aliis heredibus.
- 41 Affectio testatoris non cadit ad extraneos, & ignotos, sed ad coniunctas personas.
- 42 Affectio testatoris vincit affectum legis.
- 43 Renunciatio facta in beneficium patris, an contemplatione filiorum facta fuerit, vel saltem sub libera disponendi facultate de bonis in beneficium patris renunciantis.
- 44 Filia an venire possit contra institutionem à patre factam.
- 45 Filia an habeat regressum in bonis à se renunciatis.
- 46 Filia succedens contra voluntatem patris, an teneatur ad onera ipsius patris decedentis.
- 47 Testamentum annullatum ob defectum heredis, an cetera firma maneant.
- 48 Agnatus succedens in feudo ultimi morientis, contra voluntatem ipsius, an teneatur ad onera ipsius feudi, & ad relicta in eius testamento.
- 49 Opinio Præsidentis Vinc. de Franch. in dec. 1. enunciatur.
- 50 Clausula codicillaris quid operatur.
- 51 Clausula codicillaris, non auget voluntatem

testatoris, nec extenditur.

- 52 Opinio Reg. de Ponce in conf. 13. nu. 19. enunciatum.
- 53 Opinio Gizzarelli in decisione 28. enunciatum.
- 54 Feudum ex pacto, & providentia quo iure conceditur.
- 55 Successor in feudo hereditario, quid habere debeat.
- 56 Legitima non debetur collateralibus, persona turpi non instituta.
- 57 Feudum hereditarium acquirere censetur acquisivisse pro aliis suis successoribus.
- 58 Succedens in feudo contra voluntatem defuncti, an teneatur ad onera contracta in vita ipsius defuncti, an vero ad legata.
- 59 Succedens cum clausula tam ex testamento, quam ab intestato, an teneatur ad onera, & legata.
- 60 Doctrina Iacobi de Beluis explicatur.
- 61 Successor in feudo ex pacto, & providentia, ad nihilum gravari possit.
- 62 Successor in feudo hereditario, tenetur ad onera etiam ultra vires, si non confecit inventarium.
- 63 Legatum factum à patre filia, an reducat renunciationem ad actum nullum.
- 64 Confensus quando censetur revocatus.
- 65 Consensus usque ad mortem revocare potest.
- 66 Causa intestati seu successionis ab intestato, an comprehendatur in renunciatione.
- 67 Filia exclusa per statutum, nihilominus pater potest eam instituere, vel aliquid legare.
- 68 Renuncians non prohibetur sapere ex testamento.
- 69 Renunciatio facta per filiam patri, & fratribus de non succedendo ex testamento, vel ab intestato, potest nihilominus ex testamento succedere, quia instituendo censetur pactum remisisse.
- 70 Successio ex testamento non impeditur filia, siue sit in toto siue in parte.
- 71 Pactum in renunciatione oppositum, an sit reale, vel personale.
- 72 Medietas bonorum antiquorum servata forma Consuetudinis Neap. an spectare possit nepotibus non obstante matris premortuae renunciatione.



CAPVT VII.

Filia an venire possit contra Institutionem à patre factam, non ob stare Renunciatione, & veniendo an teneatur ad onera, & legata facta à Patre.

Institutio dupliciter consideratur, alia voluntaria, alia necessaria; necessaria respectu filia, voluntaria respectu instituendi exteram personam, prout dixit Franc. Barr. in tit. de instit. lib. 2. nu. 2.

In hoc capite utraque species habetur, cum adsit filia, & altera persona instituta.

Verumtamen vis huius capituli consistere videtur in solimodo patris facultate, si habeat, vel non habeat facultatem instituendi exteram personam, & excludendi filiam virtute renunciationis sibi, & in sui beneficium factae, quandoquidem si renunciatio fuerit facta, cum solitis clausulis, & in forma praesupposita supra in cap. tertio, & etiam, cum cautela tradita à Francisco de Ponte in tit. de success. mulier. nu. 10. & 11. hoc est (quod maritus per vim pacti, & de proprio omne, & quicquid mulier, ultra suas dotes habiras consequi vellet, de proprio reficiat, promittendo uxorem renunciaturam, etiam in valida forma, & cum clausula rato manente pacto) quae clausula operatur, ut praecise maritus teneatur, ut l. ubi pactum C. de transact. & licet ipsum compelli, ad contractus observantiam, l. qui fidem, & ibi glos. & Bart. ff. de pact. Angel. in §. actionum num. 34. institut. de action. & per ipsam clausulam etiam excluditur à morte purgatione, ut Alex. in l. si in suu ff. de verbor. obligat. ex dispositione tex. in l. penult. C. de pact. & l. sancimus vers. nisi pacta C. de fideiussor. Afflic. in decis. 174 num. 4 & decis. 20. dixit è quoque meritissimus ac sapientissimus nostris temporibus, Regens Ioannes Fraaciscus Sanfelicius, non solum doctrina peritus sanctitate praeditus, verum etiam integritate, & bonitate munitus ac omni auro venerandus, in suis locupletissimis decisionibus, decis. 175. num. 2. Ricc. collect. 973. lib. 4.

Quae sanè intelligenda non sunt, quando simpliciter se obligavit, sed quando absolute obligans, se ad penam in contractu

- eractu promissam teneri voluit non quidē de facto alieno obligatus, sed ex proprio, iuxta *text. in l. impossibile ff. de reg. iur. habet glos. in § si quis alium, in verbo effecturum institut. de inutilibus stipulat. sequitur Paris in conf. 109. per totum lib. 1. & conf. 110. in fine, Maranta disput. 7. num. 7. relato, & sequuto a Ludouic. in dec. Perus. 27 num. 8. & 23. equidem de tali obligatione intelligendum, & loquutum fuisse de Ponte cit. cum dicat in fine, quod ex tali cautela sublata sint omnes difficultates.*
- 7 Simpliciter obligatus, quod aliquis ratificet, solum obligatus videtur ad diligentiam faciendam, non autem, vt præcisè ad illud interesse, quod peruenire potuisset ex ipsa ratificatione; seu actu non sequuto teneatur *Feder. de Sen. in conf. 117 sequitur Paris in conf. 109. num. 6. tradit è quoque Laurent. Kirchou. in comm. opin. centur. 3. conclus. 47. sequitur Andr. in cap. sicut, ex litteris, de iur. iur. Abb. in c. Gemma de sponsal. Couarr. & DD. apud eum in c. quamuis pactum de pactis in 6. Gomez. in §. in personam num. 27. instit. de offic. Bar. in l. si ita stipulatus fuero §. passum ubi Alex. ff. de verbo. oblig. Paul. de Cast. in conf. 178. vol. 2. Obligans autem se facturum, curaturum cum effectu, illa prorsus verba important, vt cum bona fide, & sine fraude faciat diligentiam suam, vt promissio obseruetur, quoniã, se ad impossibile obligare videtur, prout etiam dixit *Paul Emil. Gall. in tract. de except. except. 4. num. 6. in tit. de renunciatione.**
- 8 Promittens enim facere; tenetur illud fieri, quod sit de iure validū, prout dixit *Capic. in decis. 98. num. 7. sequitur Afflic. in decis. 295.*
- 9 Dummodo tamen res semper, in eodē statu maneat, nulla de nouo superueniente causa, puta si ille qui renunciaturus erat, præmoriatur, an ex tali causa promittēs remaneat etiam obligatus; Quod autem non ita currere debet, quia semper in promissione inest clausula rebus sic stantibus, & aliquo non superueniente de nouo, etiam si illa promissio iurata sit, cum iuramentum non tribuat aliquid ipsi promissioni, vt satis supra exploratum est, *cap. quemadmodum, cap. clericus extra de iure iur. cap. cum inter de renunciat. DD. in l. fin. ff. qui satisfacere cogant. l. quæro §. inter locatorem, ff. de locat. l. quod seruus ubi DD. ff. de condit. ob caus. l. fin. ff. ad municipal. l. fin. ff. de non numer. pecun. igitur, & dum omnis promissio, ita subintelligitur, certum est, quod promittens*
- 11 aliquem renūciaturum, & decedat, promittens non tenetur, nec etiam ad pe-
- 12 nam, argumento eorum, quæ dicitur in fideiussore, qui non tenetur ad poenam, mortuo reo per *tex. in l. si decesserit ff. qui satisfacere cogant. ubi Bart. & Paul. de Cast. num. 9. vers. ex istis collige, Alex. num. 3. Alberic. num. 6. Ias. num. 1. Paul. de Cast. in l. sed si quis num. 2. vers. si tamen ille fideiussor mortuus erat ff. si quis caution. & in dicta l. 2. §. in fideiussorem nu. 4. ff. qui satisfacere cogant. & Bart. in l. si vero, pro condemnato num. 1. in fine ff. eodem, Orat. de Castill. inter consil. crimin. vniuers. 163. num. 1. & num. 3. lib. 1.*
- 13 *Gabriel. in conf. 160. num. 19.* quoniam tales promissiones de facto personæ coherentes, extincta persona, extinguuntur etiã ipsæ, & sic ad impossibile agitur, ad quod impossibile nemo tenetur, *l. si quis graui ff. Sen. Conf. Syllan.*
- 14 Quæ omnia intelligenda sunt quando mors non per culpam, & dolum ipsius promittentis eueniret, quoniam in tali casu, eius pœna, semper indemnis referuatur, nec ab ipsa promittēs liberabitur, *l. si cum §. homo ubi etiam glos. in verbo perit ff. si quis cautionibus; sequitur Cyrill. in summa criminali par. 1. rub. 13. de fideiussor. §. 4. num. 3. vers. nisi homo, Farinac. in quaest. crimin. sub rubr. de carceribus, & carcerat. quaest. 34. num. 35. sequitur Emil. Gall. supra cit. nu. 20.*
- 15 Nec inquam liberabitur promittens. renunciaturum quando ille qui renunciaturus erat decessisset, & euidentissimè constat de mora ipsius promittentis, tūc promittens, excusari non potest, de omni damno, & interesse de communi opinione, testatur *Crotus in l. si quando num. 469. & 454. G. unde vi, Bal. in l. si vero pro condemnato num. 1. & 3. ff. qui satisfacere cogant. sequitur Albert. in l. si decesserit nu. 13. ff. qui satisfacere cogant. Gandin. in tract. de maleficiis sub tit. de aliquib. quaest. variis num. 16. vers. ad contrarium videtur, Franc. Erculan. in tract. de cautel. de non offerend. captiuos, sub eod. cap. 23. num. 16. & sequenti, Bossius in pract. in tit. de carcerat. fideiuss. comitt. num. 66. & Farinac. in dicta quaest. 34*
- 16 *num. 36.* qui de communi opinione testatur; Mora enim inducit delictum, secundum *glos. communiter approbatam in l. si mora ff. solut. matrim. testatur Roman. in tract. mora in 5. par. nu. 163.*
- 17 In hoc enim casu, non est necesse interpellatio, & petitio, quoniam sufficit, vt extraiudicialiter factum sit, est *tex. in l. qui Romæ §. cohæredes num. 2. ubi Ias. nu. 9. Alciat. nu. 21. & ibi Aret. ff. de verbor. oblig. glos. & Bar. in l. Titia seio §. usuras in verbo interuenisse ff. de legat. 2. Menoch. in tract. de arbitr. iudic. casu 220 num. 26. & 45. qui de*

teriori opinione fatetur, de communi è quoque opinione, testatur *Felin. in cap. ex litteris num. 8. de constitut. Bauer. in tract. mora par. 2. num. 2.*

18 Quandoquidem talis promissor, sine interpellatione constituitur in mora, ut tradit idem *Menoch. cit. in dicto num. 20. Gozad. qui de communi opinione testatur. & apud ipsum Menoch. videbis, & alios Crauet. in conf. 64. num. 1. conf. 192. num. 17 & conf. 246. nu. 1.*

19 Equidem per talem promissionem, factam à marito in dictis capitulis matrimonialibus non excusatur faciendū suū posse, vna cum minis, & verberibus, quoniam omninò ad interesse tenetur prout dixit *Franch. in decis. 624. num. 13. 14. & 15 & ibi Ricc. & alij addentes apud ipsum, dixit Marant. in suis disput. disput. 7. per totam, sequitur etiam Gramat. in suis quest. post decision. quest. 2. sequitur Boer. in decis. 3. dixit Neapod. in consuet. si moriatur fol. mibi 86.*

20 *vers. & si in hac materia.* Eo quidem modo, quod facta renunciacione ab vxore, non possunt, nec etiam filii, vti hæredes ipsius patris impugnare dictam renunciacionem, quia obseruare debent factū defuncti, *l. cum à matre C. de rei vendic. quoniam si ipsi impugnare voluissent, matris renunciacionem, adhuc tenerentur vti hæredes patris ad interesse, vnde meritò repeliuntur ab agendo, per regulam l. vendicantem ff. de euid. adducens optimam rationem, Neapodan. in dicto*

21 *loc. cit.* quod in conuentionibus partium semper censetur, quod actus duret, *tex. in l. si venditor in principio ff. de seruis exportand. in his autem, quæ habent actum successiuum, non sufficit adimpleuisse nisi duret Ias. & Aret. in l. si quis heredem circa finem C. de instit. & substit.*

22 Ipsa eadem cautela amplianda etiam videtur, in monasterio, prout ferè semper practicatur, in renunciacionibus monialium, in quibus solet, monasterium promittere monialis renunciacionem in amplissima forma, ut ponderat *Regens Rouit. in conf. 42. num. 4. vol. 1. quæ renunciacionis promissio, duo copulatinè operatur, ut adnotauit Reg. Rouit. cit. in conf. 44. nu. 23. & 24.*

23 Primo operatur quod illa renunciatio habeatur pro facta in præiudicium ipsius monasterii; secundo denique operatur exclusionem illius monasterii saltem opè exceptionis, ex regula *tex. in l. iuris gentium §. igitur nuda C. de par. & talis promissio multum operatur, eo quod si in aliqua renunciacione facta à moniali, non adsit ipsa promissio facta à mona-*

sterio, non habebit eandem vim, ac habebit illa in qua interposita fuerit ipsa promissio, ut optimè adnotauit *Reg. Rouit. in dicto conf. 42. num. 10.*

Verum deueniendo circa capituli dubium, decessit pater nullo alio successore necessario præterquam illa filia, quæ taliter renunciavit, instituit enim pater exteram personam.

25 Ad cuius acpituli euidenciam sciendū est primo, patrem decedentem ab intestato, nullo hærede proximiorè existente venit filia, non obstante eius renunciacione: ut optimè scripsit *Napo. in consuet. si moriatur in verbo ipsi successores num. 31. & 32. vers. sed quid si fecit promissionem, & in num. 36. dixit filiam vti legitimam hæredem ad talem patris successione vocari tamquam in eadem renunciacione inclusa ex illis verbis (ibi secus si esset sola tunc enim vti legitima sibi ipsi succedit, &c.) sequitur *Cayc. & Frecc. in addit. ad Consuetud. si quis vel si qua, Bald. conf. 437. quædam puella lib. 1. Angel. conf. 52. Dominus Lilius sub nu. 2. vers. nec obstat dicta per Ioann. Angel. Pisanell. ibidem in addit. incipiente, Bartolus, circa finem, vers. quod quando pater, adnotat. *Capic. in reuol. ipsius consuet. 3. par. 6. §. num. 12. ibi, quando persona de cuius hæreditate, & successione agitur, non habet alium proximiorè; tunc à quouis iure, illa persona renuncians, necessario admittenda videtur, ex dispositione iuris communis, siue municipalis, non obstante eius renunciacione, Bald. conf. 437. volum. 1. Angel. conf. 52. & post Aret. Crauet. Par. Loffred. & alios fundat Reg. de Ponte conf. 39. nu. 1. Ias. conf. 49. num. 3. & 4.***

26 Et licet pater tempore rennnciationis ei factæ per filiam nullos habeat filios masculos, lex tamen, iuris ratione postulante, præsumit renunciacionem, fuisse factam, tantummodo fauore masculorū nascendorum, & ideo si illi, non nascantur, filia renuncians admittitur, etiam contra patris testamentum, quia deficit persona contemplata, & præsumpta, *Gomes in l. Tauri 2. num. 12. latè Guttier. in cap. quamuis pactum de pactis in 6. in verbo omninò seruari num. 2. Molf. in tit. de renunciat. quest. 3. num. 12. Bald. conf. 437. dubit. 1. vol. 1. Alex. in conf. 29. col. penult. vol. 3. Dec. in conf. 230. in fine, & conf. 509. colum. 3. vers. & hoc idem suaderi videtur Mart. de legal. success. par. 1. quest. 14. art. 1. Ioann. Guttier. verbo omninò seruari num. 14. Marant. disput. 10. num. 27. in principio Capic. in decis. 190. Reg. de Ponte conf. 39. cum aliis relatis per Francisc. Molin. in tit. de ritu nupt. lib.*

lib. 3. quaest. 85. num. 7. & quaest. 92. num. 26. Lanar. conf. 49. Mastrill. post alios relatum in decis. 65. nu. 14. Grass. de success. §. success. quaest. 10. num. 11. & 12. Reg. Rouit. conf. 43. num. 1. volum. 1. & decis. 10. num. 8. & 9. & decis. 22. num. 6. Thomas decis. Rota Maur. 50 num. 62. & 65. & sequenti, Anton. Gomez. ad l. Tauri 22. num. 11. De filiis autem primi matrimonii intelligenda est renunciatio, & eius causa, non autem de filiis secundi matrimonii, quia exclusio renuntiationis esset adeo iniqua puntualis est in hoc autoritas Francisci Aretini in conf. 91. secundum quam opinionem per Senatum Parisiensem fuit iudicatum refert Boerius decis. 184. & propterea deficientibus contemplatis personis admittitur filia renuncians, ex doctrina Andr. in cap. 1. in principio de eo, quod fin. fecit agnat. bene Bal. de collat. in quaest. 5. Capic. decis. 190. num. 2. & latissime Vrsill. ad Affl. decis. 161. num. 5. vers. qua omnia post Marant. disput. 10. nu. 14. vers. sed si tempore mortis patris, Couar. in dicto cap. quamuis pactum 3. par. §. 3. sub num. 4. vers. 4. Cessantibus autem dictis personis causa renuntiationis, reducitur ad non causam, unde cessat eius effectum, l. prima ff. de conditione sine causa, l. nihil interest ff. de naut. fen. glos. in consuet. ff. quem nostrum, & ibi Afflict. in 3. notab. & in §. in praeteris in 2. notab. quib. mod. feud. amitt. Tiraquell. in tract. cessante causa n. 14. & proinde talis renuncians, ita succedit, ac si nullatenus renunciasset, l. iuhemus C. ad Vell. l. si de certa C. de transact. l. si actionem C. de pactis, Andr. in cap. de eo qui finem fecit agnat. num. 2. in vers. renunciatio, Affl. in cap. 1. §. Titius num. 14. si de feud. defunc. milit. Ripa in l. qui Romae §. duo fratres n. 39. ff. de verbor. obligat.

Quapropter notat Bal. in his tacitam vocationem filiae in conf. 347. per text. in l. conficiantur ff. de iure codicillorum; Imol. conf. 1. volum. 2. vers. pro hac parte. Ludouic. Bolog. in cens. 35. adest decis. March. Torel. Reg. Capic. Latr. 3. in ordine num. 25. & 26.

29 Nec ipsi filiae descendentes obtare videntur, si adsunt, quoniam verisimile non videtur, patrem voluisse in suis bonis extraneos admittere, propria persona filiae repulsa, argumento l. cum acutissimi C. de fidelicommiff. cum similibus notat Gomez in l. 22. Tauri num. 12. & Berog. conf. 70. num. 10. vol. 2.

30 Imo etiam si filia renuncians in matris, vel patris beneficium, etiam pro ipsis, & haeredibus renunciasset, ipsis deinde deficientibus ab intestato, ex iuris necessitate ipsa filia renuncians admittitur,

ad illorum successionem, non obstante sua renuntiatione, quoniam euanescente videtur omnis finis, seu omnis renuntiationis causa, etiam si renuntiationis causa, etiam si renuntiationis esset non solum personalis, verum etiam realissima, prout Bal. in l. pactum num. 9. vers. quarto quero C. de collat. Paulus de Castr. ibidem num. 6. vers. item queritur, Dec. in dicta l. num. 9. Salicet. in l. pactum quod dotali nu. 5. vers. aut paciscitur filia, C. de pact. Imol. in l. qui superstitis 93. in principio, vers. item tertio sicut ff. de acquir. hered. Roman. in dicta l. num. 1. vers. secunda est, Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta 61. num. 12. vers. alias limitationes ff. de verbor. obligat. Ripa in dicta l. §. duo fratres num. 89. Butticell. in d. l. stipulatio num. 32. vbi Bologn. nu. 93 Philipp. Franch. in cap. quamuis num. 10. de pact. in 6. vbi Nat. in limit. 8. de Benedict. in cap. Raynupt. in vers. duos habens filias nu. 297. de testam. Couar. in cap. quamuis pactum 3. par. §. 3. ante num. 4. vers. 16. Gomez ad l. Tauri 22. num. 12. vbi eruditè loquitur Telliuz Fernandez ad dictas leges, & l. 6. Tauri num. 44. & 45. Molfes. ad consuet. in tit. de renunc. quaest. 1. num. 28. & quaest. 3. nu. 17. 18. 19. 20. & 21. vbi quod plus est loquitur in renuntiatione facta per pactum de non petendo idem in quaest. 14. num. 15. eodem tit. Lelius Caput. ad consuet. si moriatur p. 3. §. 6. num. 17. vbi pluries decisum refert, sequitur Marant. in disputat. 10. num. 15. ibi si filia bonis paternis renunciat, viuo patre, & masculi extant, & postea moriantur admittitur filia: ad successionem non obstante eius renuntiatione, iuxta repetentes supra cit. late scripsit de hac materia, & in terminis Vasq. in suo tract. de success. creation. progress. lib. 1. & 2. in ordine dicti lib. 1. §. 18. requisit. 29. limit. 1. n. 176. add. Angel. conf. 52. Roman. conf. 168. quo-

31 niam talis renunciatio censetur facta, favore masculorum, vt tenet Soccin. in conf. 85. col. fin. volu. 1. Afflict. & Vrsill. decis. 178. in 3. dub. Capyc. decis. 190. Lanar. conf. 49 Gaspar Thesaur. quaest. forens. 90. lib. 2. Frac. Becc. conf. 74. num. 20. cum plurib. seq. igitur

32 deficiente causa, necessariò deficere debet effectus, iuxta tex. in l. adigere §. quamuis ff. de iure patronat. Surd. decis. 252. num. 4. & in consil. 446. num. 20. lib. 3. Vrsill. ad Afflict. in decis. 161. num. 5. Reg. de Ponte in conf. 39. num. 1. & sequ. lib. 1. Molfes. in commentar. super consuet. Neapolit. tit. de renunc. quaest. 1. nu. 28. & seq. & q. 2. nu. 5. DD. & praecipue Bald. in l. pactum quod dotali nu. 3. C. de collat. vbi etiam Dec. num. 9. l. si pater ff. de hered. institut. l. generaliter C. de Episc. & Cler. Ancharan. in conf. 47. num. 4. Dynus conf. 6. num. 2. vers. prate-

L rea,

rea, Angel. conf. 346. sequitur Molina de Hisp. primog. lib. 2. cap. 3. num. 146. Michael Craff. in tract. de success. §. successi ab intestato, quæst. 10. n. 15. Hartam. Pistor. lib. 4. quæst. 9. iuris q. 6. nu. 56. vers. quando enunciationis tempore, sequitur Paul Galier. de renunci. lib. 1. cap. 10. nu. 21. vsque ad finem, Merlin. de legit. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. ubi latè Marta de success. legal. par. 3. quæst. 6. art. 1. num. 7. Mieres de maioratu par. 4. quæst. 1. limit. 1. num. 103. Seraph. de priuil. iur. priuil. 21. num. 24. Corbulus de iure emphiteut. in tit. de causa priuationis ob renunciationem nu. 17. Bæz in tract. de non melior. dotib. cap. 6. n. 4. Const. de facti scientia, & ignoran. in tit. aut sciebat, aut ignorabat cent. 1. d. et in l. 30. nu. 16. Fontanell de pact. nu. cent. 2. claus. 9. glos. unica par. 1. num. 75. Bal. conf. 937. lib. 1. Crauet. conf. 42. Roland. conf. 76. num. 34. lib. 3. Alex. conf. 29. num. 4. ibi non videbitur alienam posteritatem suæ antepone- re, per text. in l. cum acutissimi C. de fidei- commiss. & alios videbis text. ibi relatos, Paris conf. 26. num. 19. & 20. lib. 3. Imo etiã si adesset realissima renunciatio adhuc ipsis non obstabit, Philipp. Corn. in conf. 291. lib. 4. per totum, omnino legendus, Ann. alleg. 21. nu. 20. Camil. de Medic. conf. 20. Gabr. conf. 138. num. 11. vbi dicit indubita- tum esse casum, Iacob. Gall. conf. 64. nu. 8. Ea ratione succedit, quia receditur à quouis pacto, etiam iurato, vt DD. apud Nicol. Boer. in decis. 204. num. 27. Cap. c. decis. 190. num. 2. Viu. decis. 216. num. 8. Surd. conf. 252. Vers. ad Aff. et. decis. 161. num. 4. Faber in suo C. tit. de pact. conuenet. super dote defi- nit. 12. & in tit. de errorib. pragmat. deca. le 13. errore 9. circa finem, Mastrill. decis. 65. nu. 14. & 17. Rot. decis. 38. num. 1. Ferrer. in ad- dit. ad Guid. Pap. decis. 192. Hi omnes vni- co ore procedunt dicendo, quod cessat finis, propter quem, fuit facta renuncia- tio, nempe quod facta fuerit favore fra- truum; Imo illis deficientibus iuris ratio postulat, vt etiam renunciatio deficiat, alia quidem ratione, quoniam nunquam præsumitur pater propriis substantiis fi- liis priuare; & extraneis concedi, vt latè infra.

33 Imo & ea, quæ dicta sunt; multo magis dicenda erunt, favore alicuius pie- caule, iuxta text. in §. sed hoc presenti. Authent. de sanctiss. Episcop. cum spe- cialiter Doctores relati loquantur in- ingrediente in Monasterio, prout loqui- tur Rex de Ponte in conf. 39. num. 1. vers. quo ad primum punctum lib. 1. loquitur in re- nunciatione monialis ob ingressum, & similiter obligat, conf. Bal. Angel. & Salic. supra cit. Dixit è quoque Reg. Lanar. in

conf. 49. in principio, vbi in puncto scripsit pro Reali Monasterio Sanctæ Claræ, ex persona sororis Beatricis Medici, quæ re- nunciauerat ex causa ingressus, ad exclu- sionem Portiæ Medici eius sororis, mor- tuo Fabio fratre. pro qua obtinuit, vt col- ligitur, & ex notatis per Dom. Pres. de Franch. decis. 40. in qua causa fuit Com- missarius, vt ex decis. cit. nu. primo vers. & ita eum. referente iudicauit Sac. Reg. Consil. Neapolit. per Doctores supra- relatos, Thor. in compendio decisionum in verbo renuuiatio facta per monialem tom. 1. adest è quoque alia decisio per No- uar. relata in quæst. forens. quæst. 67. n. 5. qui etiã refert decisionem factam in Sac. Reg. Consil. Neap. pro reali Monasterio Sanctæ Claræ, & alios apud citatum Consiliarium Theodor. alleg. 36 per totam, & præcipue sub num. 12. Bal. conf. 369 lib. 3. Tellus Fernan- dez in ll. Tbauri l. 6. à num. 5. vsque ad 63. Corn. conf. 272. lib. 3. Ceuall. consult. decisus 96. num. 10. par. 2. Cancer. variar. resol. lib. 3. tit. 15. num. 11. vers. & insuper sit certum Monasterium, Couarr. in cap. quamuis pacti par. 3. §. 3. nu. 4. circa finem vers. nono. idem omnino locum obinet, de quâ Couar- sententia, latè dubitare videtur Vasaq. lib. 2. de success. cryt. §. 8. num. 116. tamen Couarr. acerrime defendit Franc. Motin. in lib. 3. quæst. 92. à num. 22. vsque ad 38. post omnes scripsit Marius Cutillus de donat. contem- plat. marimon. tract. 2. discursu 1. nu. 3.

34 Igitur cessante causa finali, semper ces- sare videtur renunciatio, quia cum re-
35 nunciatio semper favore masculorum facta censeatur; ea ratione ad hoc vt bona
36 in familia conseruentur, & hic proprie videtur finis renunciationis, vt notat Couarr. dicto §. 3. num. 4. ante vers. hoc vero, & magis punctualiter, in vers. 5. si tempore, quo filia dote accepta, cessante tamen hac finali causa, cessat renunciatio, Reg. Sanfelicius in 1. lib. dec. decis. 15. nu. 5. Quod
37 dictum est in renunciatione idem am- pliandum est in donatione cum causa, apertè ex dispositione tex. in l. in iure ff. de iure dot. & in l. 2. & 3. C. de bonisq. liber. vbi cauetur, quod donatario præmoriante, res donata reuertitur ad donantem, re- fert Ioann. Maria Nouar. in par. 1. quæst. fo- rent. quæst. 67. nu. 6.

38 Ampliatur in renunciatione, quia optimum est argumentum, de renuncia- tione, ad donationem, cum renunciatio censeatur donatio, l. contra iuris §. donatio ff. de donat. l. si mulier ff. de donat. ob caus. Dec. in l. postquam liti num. 11. C. de pact. Ripa in l. si vnquam quæst. 11. C. de reuoc. dona. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 4. num. 8. Auend.

Auend. in tract. de metu cap. 3. num. 45.

- 39 Ex his autè apertè constat, renunciatio nē cōprehēdere, causam testati, nō vero intestati, nā ab intestato, optimè filia admittitur ad hæreditatē, & ad hoc vt filia non succedat patri ab intestato, debet expressè in renūciatione exprimi, quod si ipse decedat, sine filijs bona sua ad extraneos transeant, exclusa propria filia, dicta *l. cum acutissimi*, *l. cum Anus ff. de condit. & demonstr. l. generaliter. C. de instit. & substit.* quo non expresso commune votum parentum est, ad filios hæreditatem confluere, *l. scripto in fine. ff. unde liberi, l. nam & parons ff. de inof. testam.* & sic magis iura subueniunt filijs in retinenda substantia patris, quam alijs hæredibus, *l. suus quoque, l. & si sub cōditione & nepotes ff. de hæredib. instit. vide. Alex. conf. 29. num. 4 lib. 3.* ad quod accedant ea quæ pulchrè dixerūt *Bal. & Castrens. cōf. 57. n. 37. & 41.*
- 40 ibi maiorem affectionem ad coniunctas personas, quam ad extraneos, & ignotos, in quibus regulariter, non cadit affectio testatoris, ex quibus verbis motus fuit *Reg. Galeot. Dux Regina Controuer. iur. lib. 2*
- 41 *controu. 17. num. 9 fol. 162.* quod affectio testatoris vincat affectum legis *Cassus, conf. 57. n. 37. & 41.*
- 42 Attamen quantum attinere videtur, ad Capituli seriem prospiciendum est, si ipsa renunciatio facta in beneficium patris, fuerit facta filiorum contemplatione, vel saltem sub libera disponendi facultate de bonis, in beneficium patris renūciantis.
- Quod facta fuerit favore filiorum, arguitur primo si pater tempore renūciationis habebat illos; secundo si non habebat, & erat ipsi spes habendi, quandoquidem ex hoc omninō renūciationem licet in ea non exprimaturs causa, nihilominus illorum favore factam fuisse arguitur.
- Si autè pater nullos habebat filios, tēpore renūciationis, nec etiam spem ipsam habendi, & finis ipsius renūciationis fuit, vt liberè penes patrem facultas fuerit disponendi de bonis renūciantis, tunc
- 43 enim filia, non venire poterit contra institutionem à patre factam, circa extraneum hæredem, nec conceditur ipsi locus succedendi, vt *Honded. in conf. 29. nu. 111. volu. 1. Paul Galler. in tit. de renunciat. tom. 1. lib. 2. cap. 5. num. 26. Iacob. Gall. in conf. 64. nu. 20.* quoniam quando constat, vel ex coniecturis, vel ex aperta contrahentium voluntate voluisse instituere extraneum hæredem, tunc ipsa filia semper exclusa censetur, nec regressum ha-

bere spectabit in bonis à se renunciatis. vt *Bal. in l. pactum quod dotali quæst. 8. nu. 6 C. de collation. Castrens. in l. 1. §. inde Neratius num. 2. ff. ad Trebell. Paris. conf. 20. nu. 23. & sequenti num. 51. vol. 3. Surd. in conf. 244. num. 12. vol. 2. latè scripsit Menoch. in conf. 6. per totum vol. 1. & Laurent. Pin. in conf. 69. num. 12. dummodo tamen instituta nō fuerit à patre turpis persona prout in specie figurat casus, *Cancer. variar. resolut. cap. 15. de renūciatione.**

- 44 Circa aliam capituli partem, an filia succedens contra voluntatem patris, teneatur ad onera ipsius patris. decedētis, in quā capituli parte, pro certo omninō videtur, filiam succedentem contra voluntatem patris teneri ad onera ipsius patris. *Franch. decis. 704 & decis. 1. Reg. Lanar. conf. 80. nu. 34. Reg. de Ponte de potestate proreg. in tit. de assensu super dote §. 3. n. 16. l. ser. in cap. 1. num. 5. de inuestit. de re alien. fact. & in constit. si quis post litem in verb. feudalia circa medium, & ibi Afflic. num. 10. Reg. de Ponte conf. 13. 52. & 88. & in repet. feud. lect. 21. Regius Consil. de Georgio in repet. feud. cap. 46. Reg. de Ponte conf. 13. & 52. de Curtis in 1. par. de feud. cap. 14. nu. 60. Reg. Conf. de Georg. alleg. 20. Ann. alleg. 126. vbi Conf. filius in addit. conf. 4. num. 44.* quia licet testamentum annulletur ob hæredis defectum per *Auth. ex causa C. de liber. præter. sequitur Clarus in recept. sententiarum lib. 3. de testament. quæst. 52. num. 5.* ubi arduam dicit esse quæstionem, & multum Imperatoris decisione indigere, vt sentire videtur *Salic. in l. fratres num. 9. C. de inoff. testam.* Verum communis opinio, quod in tali casu, locum habere non possit, dispositio *Auth. ex causa C. de liber. præter.* sed vna simul, cum institutione corruantur omnia legata, & fideicommissa teste *Ias. in dicta l. fratres num. 3. Roland conf. 87. num. 11.* quæ communis opinio intelligenda videtur in fratre, instituta turpi persona in eius testamento, in quo alio fratri conceditur beneficium, dictæ *Auth. ex causa, vt idem Roland. in dicto conf. 87. num. 1. sequitur Ceuall. commun. contra com. quæst. 826. num. 8.*

In alijs autem institutionibus in quo cōtingit præteritio filiorum, illud testamentum solummodo quo ad institutionē infirmatur, cetera denique firma manēt, & ita communiter tenent DD. (nemini contradicente) tenet *Paris. conf. 60. nu. 12.* habet è quoque *Imol. in l. filio præterito nu. 30. ff. de iniust. rupt. sequitur Iul. Clar. in dicta q. 52. num. 1.*

- 45 In feudis autem, quando agnatus contra voluntatem vltimi morientis succedit

dit, non tenetur ad onera ipsius feudi ultimi morientis, quæ opinio habetur ex *text. in cap. Titius si de feud. suar. controuer.* ex doctrina *Isob. de Baldis. in cap. 1. an Agnatus, ibidem Bald. & alij glos. in consuetudine, ut de success. voss. ex utroque parte habent, caterique fundorum interpretas, à Bambr. ac annumerari in dicto cap. Titius num. 18. Fabius de Anna in conf. 131. num. 6. lib. 2. Anna alleg. 126. dy 96. Menoch. conf. 464. num. 30. & 31. lib. 5. qui omnes unico ore procedunt dicendo, agnatum proximiorum succedentem in feudo, contra defuncti voluntatem, non teneri ad relicta in testamento ultimi morientis, quam sententiam magis conatur, secundum quamplurimes iudicatum, adeo quod capituli pars magis interpretata, & practicata, & decisa cum ex vrbis feudorum constet.*

- 49 Alia opinio referre videtur *Pres. Vincent. de Franch. in decis. 1. per text. in l. copator §. cum existimaret ff. de legat. 2. & l. 1. §. fin. ff. de legat. 3. qui text. adeo supponunt, testatorem illum, quem ab intestato succedere de iure sciuisse, ut dicto §. cum existimaret, quæ opinio vno tantum casu subsistere possit, quando in testamento appositâ esset codicillaris clausula, quæ clausula codicillaris, repetit dispositionem factam in testamento venientibus ab intestato, cum de sui natura sit, testamentum confirmare, & ipsum corroborare, iuxta resoluta per *Valasc. conf. 183. nu. 12. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 364. num. 20. Prinsæ decis. 157. num. 9.**
- 51 *par. 1. recent.* nec voluntatem testatoris virtute ipsius clausula augeti videtur, ne quicquam illa voluntas extenditur, ut dixit *August. Barbof. in tract. variis in tit. de claus. vsufrequent. claus. 21. num. 21.* idcirco omnia onera, & legata debentur à venientibus ab intestato, & idem effectum operatur talis clausula codicillaris, ac si dixisset, quisquis mihi hæres erit prædicta facito, ut loquitur *text. l. plures ff. de legat. 3. vbi si plures hæredum sint gradus, & scriptum sit, hæres meus dato ad omnes gradus, hic sermo porrigitur, quæ text. sequitur glos. in l. ex duobus §. 1. ff. de vulgar. qui sol. opinio secundum *Franc. Aretin. ibi sol. fin.* pro qua opinione *Franc. tex. in l. si quis cum nulla ff. de iure codicil. & licet latè contraria opinio, contrarium dicat prout tenet glos. in l. eam quam verbo simpliciter C. de fideicom. vbi *Pedilla glos. 20. & in l. qua conditio ff. de condit. & demonstr. & pro hac opinione in l. qui liberis §. hoc verba ff. de vulgar. vbi illa verba, quisquis mihi hæres erit, tantum comprehendit***

hæredes scriptos, quicquid sit de hoc videas *Cruas. comment. contra eum, quæst. 826. num. 3.* quod prima opinio magis verior sit tam de iure communi, quam Regio intellectu, testatoris voluntate, quæ voluntas seruanda dicit in omni euentu, quod casu negati non potest, quin opinio *Pres. de Franch. decis. 1. num. 16. vsque ad 27. subfiliat. ut voluit Bambr. conf. 204.* pro qua opinione etiam se subscribere videtur *Reg. de Ponte in conf. 13. num. 19. 25. & 26. & alios refert decisiones in conf. 52. & conf. 88.*

- 53 Verum *Gizzarell. in decis. 28.* contrariè tueretur, quod non tenetur, quamquam in decis. casibus loquatur, tamen omnimodo constat ex eius oppositione, de quibus casibus loquatur, nam maximè distinctio *Gizzarell.* fundatur in feudo, ex pacto, & prouidentia, & in feudo hæreditario, ut dixit, & sequitur *Bambrac. in dicto cap. Titius si de feud. suar. controuer. num. 1.* in quo feudo successor illius grauari non potest, quia illud feudum non habetur iudicio defuncti, sed ex prouidentia Regis, dicit feudum ad successorum iure proprio haberi, & consequenter ad onera illius non tenetur.
- 55 Nam vnum notandum est, quod successor in tali feudo, duo copulatiua habere debet, primum, quod sit de sanguine, & hoc recipit pactum alterum ut sit hæres, non tantum primi decedentis, sed etiam ultimi morientis; hæc omnia intellige, quando in tali feudo adest successor in linea descendenti; nam si successor est in linea collaterali, & venit in feudo grauatus tenetur, imo & cogi potest ad vendendum pro integro feudi valore, feudum ipsum, etiam quod nihil ipsi instituto remaneat ea ratione, quia collateralibus nulla debetur legitima de iure, persona turpi non instituta, quæ causa ad relationem *Monteria* tunc *Præsidentis Regiæ Cameræ, & olim Consiliario Sacro Consilio, & Regente Regiæ Cancellariæ in Collaterali absentibus, ac Regentibus Marthos, & Castellet. Regente Ferdinando Fornario meo pro Auunculo Locumtenente Regiæ Cameræ, & Reg. de Ponte, qui non poterat interuenire in causa, qui alterius partis fuit aduocatus.*
- 57 In feudo autem hæreditario, primus acquirens pro omnibus aliis successoribus acquirere videtur secundum *Frecc. de subfeud. in tit. de differentia, inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, communiter sequuntur feudifera. Cætera enim videbis apud Bambrac.*

aitas. & Gizzarell. in dicta decis. 28.

58 Ad relicta enim, non sic indistinctè dici potest, teneri agnatum, prout ad onera contracta in vita, quia cum relicta sint solum ab hærede præstanda, prout dixit *Iustinianus per eadem verba in §. 1. in sit. de legat. Reg. de Ponte de hac materia in decis. 4. per totam, & in num. 28. 30. & 31. Fab. de Anna de hac materia loquens in conf. 4. per totum lib. 1. Anna alleg. 96. & 126. lib. 2. Menoch. conf. 464. num. 30. 31. lib. 5. Fab. de Anna conf. 131. num. 6.* certè quando qui capit feudum, quamuis hæreditarium, cum non sit defuncti hæres impossibile erit ad relicta teneri, vnde non erit ambigen-

59 dus succedentem in feudo hæreditario, altero ex primis duobus modis, siue ex testamento, siue ab intestato semper ad relicta obligari, cum vtroque casu, etiam ab intestato voluntas defuncti currat ad habendum hæredem, cum agnatum, quem lex feudalis vocat ad successionem iuxta terminos *ter. in l. conficiuntur ff. de iure codicill. secus erit in tertio modo cõtra voluntatem defuncti capiat feudum; sed in hoc quoque adest equiuocum, in quo multi fuere decepti, proinde distinguendo casus, & terminos, cessat equiuocum, & confusio, nam do-*

60 *ctrina Iacob. de Beluis. procedit in feudo ex pacto, & prouidentia, ideo bene dixit ad onera in vita, non teneri filium capiẽtem feudum, contra voluntatem; ex qua doctrina, rectè inferitur, & oritur consequentia, at qui capit eodem modo feuda hæreditaria, nõ teneatur ad relicta prout est communis sententia interpretum, ponderauit Andr. in cap. 1. an Agnatus, vbi veram affirmat Hartb. Pistor. lib. 2. quæst. 2. post. num. 6. cui adheret Camerar. prout etiam affirmat Fabi. de Ann. lib. 1. consil. 4. num. 43.*

61 Verum pro cõcordia illarum opinionum sciendum quod opinio *Iacob. de Beluis.* intelligatur de feudo ex pacto, & prouidentia, in quo certè ipsius successor in nihilum grauari potest prout satis supra explicatum est.

62 Alia verò opinio certè loquitur de feudo hæreditario in quo quilibet successor tenetur ad onera, etiam ultra vires; si non confecit inuentarium, prout dixit *Andr. in cap. 1. an Agnatus in princip. & in hoc intelligi debet opinio Brasid. de Franch. & de Pontecitati in dictis consil. 13. 52. & 88. num. 29.* scripsit etiam *Francisc. de Amicis in repet. tit. de his qui feuda dare poss. pag. 7. & 8. per totam, & in materia institutionis hæredis vniuersalis, & particularis quis ex ipsis teneatur ad onera,*

latissimè scripsit è satis fusè *Reg. Capicinus Galeota in suis controuers. controuers. 22. lib. 2. per totam, Marius Cutilas in suis decis. oration. 6. num. 1. & seq. vbi etiam latè scripsit de hac materia, & num hæres tam particularis quam vniuersalis tenetur contribuere pro rata eruditè scripsit doctissimus ille *Marchio Torell. Reg. Capys. Latino in suis consulti. consulti. 9. & 10. lib. 1.**

63 Deueniendo autem circa renūciationem, simplex legatum factum à patre filia, seu à quauis persona in beneficium cuius est facta renūciatio, reducit renūciationem ad actum nullum, quia per tale legatum, videtur reuocatus talis consensus præstitus in renūciatione, qui 65 consensus vsque ad mortem reuocari potest, si non in Institutione saltem in legato, vt scripsit *Caput. in repetitione consuetud. si moriatur part. 3. §. 6. num. 6. Cancr. dicto cap. 1. num. 36. Faber in suo C. tit. de pact. definit. 10.*

66 Cum enim in modo renunciandi nõquam comprehendatur causa testati, sed causa intestati, vnde dato, quod filia re-

67 nunciet; vel exclusa sit per statutum, nihilominus potest per patrem instituere, vel aliquid legare, secundum *Bal. in l. pactum vers. 3. quæro C. de collat. & Alex. in l. stipulatio hoc modo col. 3. in principio ff. de verb. obligat. plinius Iaf. num. 6. vbi assignat do rationem DDicit. quia renūciatio*

68 non efficit, vt renunciãns, prohibeatur capere ex testamento, *Barth. in d. l. stipulatio, hoc modo concept. num. 4. Imol. in dicta l. num. 5. ff. de verbor. obligat. Bal. in conf. 38. num. 1. lib. 2. diuisione Romana Ludouis. in decis. 85. num. 14. in quo enim DD. sublan-*

69 gunt, quod etiam si filia renunciasset patri, & fratribus nõ succedendo ex testamento nec ab intestato põt nihilominus ex testamẽto succedere, quia pater instituẽdo, cõsetur iuramentũ, & pactum remisisse, & diceretur filia, illud legatum accipere ex noua causa v3. ex testamento de qua causa, non fuit in renūciatione cogitatum, prout voluit *Iaf. in l. fin. num. 23. vers. si amplius C. de pact. V asquez in tract. de success. creat. requis. 29. num. 138. Mart. de success. legal. quæst. 14. art. 1. num. 2. Paris. conf. 95. num. 28. volum. 3. Ruyn. conf. 98. num. 8. volum. 1. Surd. conf. 355. lib. 3. nu. 14. Tiraquell. in tract. le mort saist par. 2. declarat. 8. num. 1. Gabriel commun. opin. lib. 3. tit. de iur. dot. conclus. 1. num. 26. V asqu. de success. creat. lib. 2. §. 28. limit. 1. num. 138.*

70 Nec ipsi filia impeditur successio ex testamento, siue sit in toto siue in parte, ita

ita firmavit *Bart. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. sequitur Bal. in dicta l. pactum quasi. 3. C. de collat. & ibi Dec. num. 6. Alex. num. 8. Ias. num. 13. qui dicit esse communem opinionem, Castrens. in l. fin. num. 13. C. de pact. & ibi Purpur num. 196. Paris. in conf. 69. nu. 10. & sequenti vol. 3. Ruyn. in conf. 96. num. 8. vol. 1. Menoch. in conf. 806. nu. 12. vol. 9. multos alios ad hoc allegat Tiraquell. in tract. de le morte par. 2. declarat. 8. nu. 1.*

71 Quod pactum in renunciatione appositum in dubio, semper reale censetur non autem personale, *Neapod. in consuet. si quis vel si qua de success. ab intestat. f. 133. litt. B. num. 197. Bar. in l. qui in futurum ff. de pact. Ias. in l. iuris gent. §. pactorum ff. de pact. & ita decisum habet Afflic. in dec. 350. Bal. in l. fin. C. de pact. sequitur Anton. Capic. in addit. ad dictam consuetud. verbo an illa portio, ubi ait quod renunciatio non extendatur ad remota in testamento, quia aperte esset tollere libertatem testandi, ut dixit Bal. in fine C. de pactis, Aret. conf. 93. col. 7.*

Pro ampliatione earum quæ dicta sunt in num. 25. sciendum est filiam nullo alio

72 proximiori existente non obstante eius renunciatio excludi non possit a successione medietatis bonorum antiquorum ex consuetudine Neapolitana, quod totum in nepote etiam ampliatur quando quidem vocatur ad earum successione propriamque, & ex legis providentia licet eius mater ipsis bonis renunciatum, cum in illis nullum præiudicium afferri potest prohi. dixit *Orasc. decis. 164 Thesau. quest. 90 num. 16. Ay. Cranes. conf. 127. nu. 4. Minad. in constit. in aliquibus num. 12. & quod hoc sit verum ita decisum fuit in S. R. Conf. referente tunc Regio. Conf. Reg. Ioann. Franc. Sanfelice. bon. mem. in causa fratruum de Protonobilissimis contra D. Vincentium de Montibus, Actuar. de Martino in anno 1627. mens. Aprilis, ubi dictum fuit spectare medietatem bonorum antiquorum hæredibus de Protonobilissimis in districtu non obstante matris præmortuæ renunciatio.*

S V M M A R I V M .

- 1 Dolus præsumitur ex enormissima lesione.
- 2 Dolus, & enormis lesio, quandoquidem idem esse videntur.
- 3 Dolus est sufficiens ad rescissionem renunciatio.
- 4 Dolus ex coniecturis, tanquam metus cognoscitur, & ex ipsis coniecturis probatur.

- 5 Renunciatio an subsistere possit prætextu maxima lesionis.
- 6 Tempus mortis patris, vel tempus dotis constituta attendendum est.
- 7 Contractus non rescinditur, nisi deceptio sit ultra dimidium iusti pretij, inspecto tempore contractus.
- 8 Clausula inspecto tempore contractus multum operatur.
- 9 Tempus celebrationis contractus est inspicendum.
- 10 Filia qua renunciat, an videatur exclusæ & possit à patre in testamento præteriri.
- 11 Absolutio iuramenti, in qua lesione est concedenda.
- 12 Absolutio iuramenti, non est necessaria in enormissima lesione.
- 13 Dolus arguitur, ex enormissima lesione.
- 14 Citatio partis, an requiratur pro obtinenda absolute iuramenti.
- 15 Absolutio iuramenti potest concedi in audita parte.
- 16 Citatio partis, tunc requiritur, quando iuramentum est præiudiciale.
- 17 Absolutio iuramenti, an detur sine causa cognitione.
- 18 Absolutio iuramenti an sit necessaria.
- 19 Causa legitima est exprimenda in absolute iuramenti.
- 20 Absolutio iuramenti non conceditur, cessante causa legitima.
- 21 Absolutio iuramenti est petenda, ante litem contestationem, & antequam efficiatur periurus.
- 22 Absolutio iuramenti an peti possit facta pacto in contractibus de non petendo absolute iuramentum in casu contraventionis.
- 23 Absolutio iuramenti interpositi, in pacto de non petendo absolute iuramentum, an precedere debeat absolute iuramentum de non contraveniendo.
- 24 Impedimenta quot sunt, tot debent esse remedia.
- 25 Absolutio iuramenti debet peti antequam porrigatur libellus.
- 26 Absolutio iuramenti habilitat personam ad finem agendi.
- 27 Absolutio iuramenti facta post iudicium inceptum, erit nulla.
- 28 Absolutio iuramenti post periurium an concedi possit, & cui est reseruat.
- 29 Potestas absoluendi periurium ad quem spectet.
- 30 Iuramentum an possit pars remittere, & quid si est periurus.
- 31 Absolutio iuramenti non est concedenda, quando cessit dies solutionis.
- 32 Periurus est repellendus à Iudice, à quo petitur absolutio.
- 33 Periurus non potest agere, nec stare in iudicio,

- io, & repellitur ab agendo, etiam parte nō opponente.
- 34 Auxilium legis frustra implorat, qui in ipsā legem incidit.
- 35 Periurus repellitur ab agendo, non autem repellitur ab excipiendo.
- 36 Hares videtur iurasse, quod defunctus iuravit.
- 37 Controuentio pēnalis, potest etiam incipere ab herede.
- 38 Obligatio non contraveniendi in personam defuncti contracta, illa eadem in herede defendit.
- 39 Obligatio proueniēs ex contractibus est perpetua, & transitoria ad heredes.
- 40 Iuramentum defuncti est personale, & non ligat animam heredis.
- 41 Iuramentum personale quoad obseruantiam contractus an sit reale, & ligare heredem.
- 42 Iuramentum defuncti est personale, tamen quoad obseruantiam transit ad heredes.
- 43 Dispositio personalis personam nō egreditur.
- 44 Hares vice defunctorum fungitur, & eadem persona censetur.
- 45 Iuramentum defuncti reputatur iuramentum heredis.
- 46 Hares non potest criminaliter accusari de periurio ex iuramento defuncti, potest tamen ciuilitur accusari ad penam, si non obseruauit id, quod defunctus iurauit.
- 47 Iuramentum duos effectus operatur.
- 48 Periurus in se iure priuatur actione.
- 49 Iuramenti effectus transeunt contra heredes iurantis.
- 50 Iuramentum non ligat heredem, quoad periurij reatum sed quoad obseruantiam.
- 51 Iuramenti virtus quod obligationem temporalium, transit ad heredes.
- 52 Actus iuratus per defunctum parit obligationem ciuilem, contra heredem, ut non possit contraveniri.
- 53 Probatio ratione iuramenti inducitur contra heredes.
- 54 Contraveniens actui iurato cadit à iure suo, & repellitur ab agendo.
- 55 Absolutio iuramenti, an sit necessaria in herede.
- 56 Periurus non potest amplius petere absolutionem.
- 57 Hares non obseruando contractum defuncti, an dicatur periurus.
- 58 Causa cessante, non cessat effectus consummatus.
- 59 Actio semel extincta, nunquam reuiuiscit.
- 60 Genus renunciationis dupliciter, & in hoc capite consideratur id est genus, quod ex necessitate abstringitur, & genus quod dotationem importat.
- 61 In lesione quod nam genus renunciationis attendendum sit.
- 62 Filia dotata de paragio, an possit agere de lesione.
- 63 Paragium loco legitima succedit, & minus esse non potest.
- 64 Dos debet excedere legitimam, quando agitur de excludenda aliqua filia.
- 65 Exclusio feminarum oritur, vel propter existentiam masculorum, vel mulieris maioris nata concurrentis in eodem gradu.
- 66 Exclusio inducit debitum superexistente primogenito, & loco dicti debiti paragium debetur.
- 67 Paragium est loco portionis feudi à quo quis excluditur, & posset succedere, si feudum non esset indiuiduum.
- 68 Lesio in iure variis modis consideratur.
- 69 Præitium rei, triplex esse potest.
- 70 Lesio in quinque gradibus constitui potest.
- 71 Mulier ad hoc, ut agere possit de lesione, requiritur, ut non sit certiorata de valore bonorum à se renunciatorum.
- 72 Ignorantia in minore, muliere, & rustico præsumitur.
- 73 Certioratio an requiratur in renunciatione l. 2. C. de rescind. vend.
- 74 Renunciatio legato fideicommissi siue testamento non valet nisi inspectis verbis testamenti.
- 75 Mulier in dubio, non præsumitur certiorata.
- 76 Renunciatio nunquam trahitur ad ius ignoratum.
- 77 Consensus circa ignorata, non valet.
- 78 Notarius dicitur in dolo, qui nō certiorauit.
- 79 Alleganti certiorationem probare debet.
- 80 Renunciatio siue transactio, non est facienda de testamentis, nisi illis uisū & lectis verbis testamenti.
- 81 Renunciatio fideicommissi expressa, vel tacita resultans ex transactione, pacto vel diuisione, non valet, nisi fuerit dictum uisū, & cognita fuisse verba testamenti.
- 82 Fideicommissum ad hoc ut dicatur remissum requiritur, ut paciscentes habent scientiam fideicommissi, & verba testamenti inspexerint.
- 83 Dictio non aliter naturam præcisam habent, & formam inducit.
- 84 Forma specificè impleri debet, & non per equipollens.
- 85 Iuramentum non est herba bettonica.
- 86 Renunciatio specialis, an requiratur in fideicommissi renunciante.
- 87 Forma in aliquo actu seruanda, illa deficiente actus redditur nullus.
- 88 Ignorantia præsumitur in muliere, quando agitur de abdicatione iuris competentis, uel competituri.
- 89 Iuramentum in minore, non operatur, nisi eius maiorem.
- 90 Iuramentum facit ualere actum omni modo


ut-

- meliori quo potest.*
- 91 Iuramentum, non operatur, ut possit extendi ad id, de quo specialis mentio fieri debet.
- 92 Iuramentum in minore supplet defectum aetatis, non vero voluntatis.
- 93 Promissio iurata, an extendatur ad incogitata.
- 94 Ne non censetur approbare id, quod ignorat.
- 95 Iuramentum non videtur supplere consensum, nec ampliatur obligationem in qua interponitur.
- 96 Certioratio est extrinseca solemnitas, quae non praesumitur, nisi probetur.
- 97 Scientia inducit certiorationem, & praesumitur certioratus.
- 98 Mulier certiorari debet in renunciatione sui beneficii Velleiani.
- 99 Assertio Notarii afferentis se certiorasse mulierem de suo beneficio, facit tantum praesumi, quod fuerit certiorata, sed non facit veram probationem, & admittitur probatio in contrarium.
- 100 Minor renunciatus beneficio restitutionis in integrum, debet de eius certioratione specialis mentio fieri, a hoc ut sibi praesudicet, & an renuntiatio sit nulla.
- 101 Certioratio non requiritur in minore, si renunciavit praesente curatore.
- 102 Scientia curatoris supplet ignorantiam minoris.
- 103 Iuramentum licet representat minorem, maiorem, non vero representat scientem de beneficio, & importantia renunciationis.
- 104 Minor equiparatur mulieri.
- 105 Mulier, minor, & Rusticus equiparantur
- 106 Rusticus est certiorandus.
- 107 Renunciatio generalis facta per rusticos cum verbis generalibus, an valeat.
- 108 Mulier certiorata, agere non potest; nec regressum habet in bonis renunciatis.
- 109 Cautela quae ponenda est in contractibus mulierum.
- 110 Certioratio est necessaria, etiam si mulier sciat valorem bonorum.
- 111 Notario an credatur dicenti se certiorasse.
- 112 Notario est credendum de scriptis per eum confectis, donec falsitas probetur.
- 113 Officiali credendum est attestanti aliquid circa proprium officium, quando non urget eius interesse.
- 114 Barruario credendum est dicenti aliquem intimasse.
- 115 Notario credendum est se certiorasse de valore bonorum.
- 116 Mulier opponens in iudicio, quod Notarius eam non certioravit, an est audienda.
- 117 Mulier an praesumatur certiorata a Notario ignorante quid importet Velleianum.
- 118 Ius dicitur acquisitum parti per instrumentum.

- 119 Notarius qui nescit substantiam Velleiani, an reddat instrumentum nullum.
- 120 Iudex si in statu mortis dicat nullam fuisse sententiam a se factam, an per talem confessionem cadat valor sententiae.
- 121 Notarius in extremis postus dicat se invalidè confecisse instrumentum, non praedudicat parti.
- 122 Nuncio an credendum sit, referenti aliquid evenisse vel citasse.
- 123 Differentia Nunciorum.
- 124 Contractus, aut per epistolam, aut per Nuncium possunt compleri.
- 125 Ignorantia semper praesumitur in contractibus damnosis, maxime in femina, rustico, & minore.
- 126 Filia an possit agere contra sororem, tanquam lesa de dote non congrua, & inequali.
- 127 Actio de dote eximia, an concedatur constante matrimonio.
- 128 Donatio an in totum reuocatur.
- 129 Fraus quando praesumitur.
- 130 Alienatio omnium bonorum, non solum arguitur ex alienatione omnium bonorum, verum etiam ex parte bonorum.

CAPVT VIII.

Filia an possit agere de lesione non obstante Renunciatione.

- 1 X enormissima lesione dolus praesumitur, dicitur text. in l. omnes lucius ff. de his qui in fraud. credit. l. si superstiti patre in fine C. de dolo, Bart. in l. si societatem §. arbitratorum num. 24. in fine ff. pro socio, Curt. iun. in cons. 141. nu. 10. & alios videbis DD. apud Menoch. in cons. 412. num. 1. vol. 5. quandoquidem, idem esse videtur enormis lesio, & dolus, l. 2. §. si quis sine ff. de except. doli, l. si quis cum alter ff. de verbor. oblig. Imo talis dolus sufficiens videtur, ad renunciationis rescissionem, prout Ioan. Petr. Fontanell. in tract. de pact. nupt. glo. unica, claus. 9. num. 4. Corn. in cons. 27. num. 5. vers. hoc praesupposito lib. 4. Crauet. cons. 192. num. 3. Decian. cons. 180. num. 4. vers. sed tamen. Ludovic. decis. Perustina 18. num. 55. Cephal. cons. 405. nu. 27. lib. 3. Nat. cons. 166. num. 2. & 3. Gramat. decis. 66. num. 48. Gratian. discept. forens. cap. 823. nu. 33. & 39. Clarin. in suis controuers. forens. cap. 16. num. 56. qui dolus ex coniecturis tanquam metus cognoscitur, & ex ipsis coniecturis probatur, dicitur text. in l. de pupillo

pillo §. si quis ipsi prętori, ubi *Bar.* in 5. g. ff. de noui oper. nunci. sequitur *Alciat.* in responso 162. num. 11. *Soccin. iun. conf.* 77. n. 45. vol. 1. *Dec. conf.* 219. *Anchar. conf.* 299. col. 1. *Bald. conf.* 26. vol. 3. *Bertran. tonsf.* 336. num. 6 vol. 1. dixit etiam *Vinc. de Ann. in alleg.* 114. num. 1. *Ludouic. decis. perus.* 18. nu. 55.

5 Imo nec renunciatio subsistere potest, prætextu maximè læsionis, de *Ponte in conf.* 24. vol. 1. in fine; idem de *Ponte in tract. de potest. Prorog. in tit. de success. mulier. nu.* 15. in fine, ibi semper ius est saluum, & patrimonium est indemne, si læsionem præterdit.

6 Nam sciendum est quod nam tempus attendendum sit in tali læsione, licet enim in hac controuersia multum DD. elaborauerunt, vtrum attendendum sit tempus mortis patris, vel tempus dotis constitutæ.

In qua dubitatione respondet *I. C. in l. 2. & in specie in l. si volutate C. de rescind.*

7 vend. ibi contractus nunquam rescinditur, nisi vltra dimidium iuxta prætij deceptio sit (inspecto tempore contractus)

8 quæ particula (inspecto tempore contractus) multum operatur, vt dixit *Fontanel. cit. num.* 17. ad quod accedat, *tex. in l. si pater 12. C. de transact.* cuius verba sunt (diuitiæ superuenientes fuerunt per euentus, & mutabilia videntur, ideo inspiciendum omnino est tempus celebrationis contractus) vt dicta *l. 2. & cap. cum dilecti, de empt. & vendit. Pinell. in dicta l. 2. C. de rescindend. vendit. 3. par. cap. 4. n. 15. Bart. in l. 2. ad finem, & l. 3. §. Diui ff. de iure fisc. Morla. in tit. de contrab. empt. quest. 18. num. 1. Gregor. Lopez in glos. 5. l. 56. ti. 5. par. 5. Tbesaur. decis. pedam. 223. Guid. pap. decis. 157. Alex. Ludouic. decis. 406. num. 15. Mozzius de contract. tit. de empt. & vendit. qui omnes DD. mouentur per text. in l. 1. §. 1. ff. si mens. fult. mod. dixer. l. 3. §. diui fratres ff. de iur. fisc. l. sancimus §. ult. C. de donat. Salyc. in d. l. 2. q. 19. Ias. conf. 54. volum. 1. Cagnol. in d. l. 2. nu. 213. vers. primum est, Decian. lib. 4. resp. 36. num. 11. quoniam prodesse non videtur, si diuitiæ superuenientes fuerunt, tam excessiuè quod in contractu veram læsionem probent, adhuc non prodest ipsi filia, quoniam tempus celebrati contractus attenditur, prout *Padill. in dicta l. 2. C. de rescind. vendit. nu.* 15. *Mantienzo in l. 1. tit. 11. lib. 5. recopilat. glos. 9. num. 9. sequitur Ioann. Bapt. Larrea in decis. Granat. decis. 69. num. 4. & in allegationibus, Allegat. 32. num. 2. lib. 1. Mascard. concl. 963. num. 9. Berou. conf. 138. vol. 2. num. 17. Menoch. casu 156. num. 35. Tbesaur. lib. 1. quest. forent. quest. 8. num. 14. Larrea alleg. 23. num. 22. lib. 1. In quo tempore læsio**

non probatur, quem casum fortiter scripsit *Barry. in tit. de legitima tit. 1. num. 9. & Faber in suo C. definitione 10. tit. de pact. scripsit Cancer. in cap. 15. nu. 65. quod licet ex 10 duabus opinionibus, tamen verius sequitur, quod semper inspiciendum sit tempus dotis constitutæ, Boer. decis. 62. Ruyn. conf. 50. 2. dubio vol 3. & conf. 502. nu. 11. vol. 4. Bursat. conf. 249. num. 18. & conf. 250. num. 67. Ias. conf. 104. col. 3. post medium lib. 4. Bald. in l. pact. quod dotali 6. oppositione C. de collat. Ripa in cap. cum M. Ferrariensis num. 28. de constitut. Couarr. cap. quamuis par. 3. §. 2. in fin. vers. regulariter tamen, & §. 4. num. 67. vers. duodecima de pact. in 6. Bereng. Ferd. in repet. l. in quartam art. 3. c. 3. num. 9. vers. intellige secundo, Masrill. dccif. 1. num. 15. Bæz de non melior rat. dot. filiab. cap. 5. num. 29. Fontanell. clausul. 5. glos. 8. nu. 9. 1. par. Paulus de Castr. conf. 210. lib. 1. Curt. sen. conf. 27. num. 3. Crauett. conf. 11. num. 14. rationem afferendo quia vbi filia in vita patris accepit legitimam, & renunciationem cum iuramento fecit, non est amplius in consideratione, an postea augeantur patris facultates, an diminuantur, quia ex eo tempore habetur pro exclusa ab hæreditate patris adeo vt possit eam in testamento præterire, vt idem *Cancer. in cap. 3. variar. de legitima num.* 16. & 17. latè *Fontanell. de pact. nupt. glos. unica par. 1. claus. 9. num. 18. Lucas de Penn. in l. his col. fin. de prædiis, & omn. reb. nau. Vinc. de Franch. in addit. ad consuetud. si mortat. in principio; vers. ad hac consuetudo. latè examinat Gabriel comm. opin. conclus. 1. lib. 4. de iure dot. & vtrum possit se à iuramento absolui.**

11 In qua absolutione præsupponendum est primo, de qua læsione agatur, nam si de enormissimâ læsione agitur, adhuc 12 non requiritur iuramenti absolutio, & necessaria non videtur, & absque illa age 13 re non prohibetur, quia ex illa dolus arguitur iuxta opinionem *Anton. de Butr. in cap. cum contingat 29. num. 12. & 13 in fine de iure iur. quam opinionem magis communem, dixit Ioseph Ludou. decis. Ferul. in 18. num. 62. post Deci. conf. 180. & infinitos quos congerit, Ant. Gagl. in tract. de absol. à iuram. par. 1. num. 10. & sequenti, & num. 25. fol. mihi 538 sequitur Ant. Gabr. commun. conclus. conclus. 1. lib. 3. de iure dotium num. 9. sequitur Paris. conf. 96. col. 8. & sequenti volum. 2. Curt. iun. conf. 48. col. 5. & sequenti, & conf. 53. & 144. col. 2. & sequenti volum. 1.*

Et quamquam plures DD. dicant, quod in hoc casu requiratur absolutio iuramenti, tamen *Anton. de Butr. in dicto cap.*

M cum

cū contingat col. 8. & in conf. 45. Abb. in d. c. cum contingat col. 16. vers. 9. casus de iure iur. Alex. in conf. 125. col. 1. & sequenti vol. 1. Cuman. in conf. 180. col. 1. in fine, & sequenti, Paul. de Castr. in conf. 196. col. 3. vol. 2. Corn. conf. 258. col. fin. vol. 2. & in conf. 133. col. 6. vol. 4. vbi tenet, quod stante enormissima læsione non sit necessaria absolutio, secus verò in enormi læsione, *Costa de remed. subsid. remed. 70. num. 27. licet Corn. in conf. 11. col. 5. vol. 3. & 179. col. fin. vol. 4. & 166. col. 2. vol. 1. non se firmet.*

Cæteræ enim limitationes, & ampliationes videas *Gabriel. citat. num. 13. per tot.*

14 Verum an in prædicta absoluteione requiratur partium citatio, in qua re duas refert opiniones *Ceuall. in commun. opin. q. 434.* ibi quotiescumque petitur iuramenti absolutio, debet præcedere partis citatio, quia contra inauditam partem, nihii definiendum est, vt in *cap. 1. de causa poss. è quoque in relaxatione dixit, quod ad effectum agendi.*

Nam communis opinio, quæ in foro versatur est, quod partis citatio non requiratur, dixit *Afflic. decis. 220. num. 10.* quæ absolutio, seu habilitatio ad finem agendi, fieri potest, parte non citata, *Ioann. Andr. in addit. ad speculat. in tit. de iur. iur. in vers. sibi autem iurasset, & Oltrad. in conf. 120. incipiente ad duplicem finem, & idem tenet Cald. in conf. 7. de iure iur. & in cap. debitorum in 9. col. vers. alia fuit practica eod. tit. Modern. Paris ad Alex. cõf. 122. lib. 2. Aym. cõf. 11. decis. Pedamont Cæberanus 125. nu. 7. Iobias Nonius conf. 57. nu. 2. Petr. I mol. lib. 1. commun. opin. cap. 43. in prima ampliat. vers. & in casu quando petitur, Riminald. iun. conf. 203. num. 81. vol. 2. Anna sing. 2. Guidon. Papa deci. 140. & 225. idem tenet in conf. suo Paul. de Castr. 216 incipiente circa primum quæsitum, vbi*

15 dixit, quod etiam inaudita parte potest concedi, & *Alex. in 4. vol. conf. 49. Petr. Anch. r. conf. 18. Lupus alleg. 20. Ios in l. ne quicquam §. vbi decretum ff. de off. proconf. & alios apud Afflic. cit. Ioseph Ludou. decis. 18. num. 9. Parlad. lib. 2. rerum quotidianarum cap. 3. nu. 55. & hæc opinio quotidie practicatur in Tribunalibus Ecclesiasticis, vt dixit *Azeued. in rubr. num. 13. tit. 3. lib. 4. Franciscus Anf. Id. latè de hac materia in suo tract. de iurisdic. ecclesiastica par. 2. tit. 10. cap. 20. per totum.**

E quoque practicatur in Tribunali Hispaniæ, vt dixit *Gomof. in tract. breuiu. nu. 40.* & ita etiam apud Gallos seruat, *Guiliel. de Benedic. vers. duas habens filias col. fin. nu. 299.*

16 Nam partis citatio tunc requiritur

quando iuramentum est præiudiciale, & agitur ad effectum tollendi in totum iuramentum, de cuius viribus meminit *Oltrad. conf. 120. incipiente ad duplicem in principio, quem sequitur, & refert Anch. citatus in dicto conf. 18. in quæst. quæ vertitur. vers. 3. Ruin. conf. 120. num. 30. volum. 1. Quint. Mandos. ad lap. alleg. 10. sub verb. ab-*
 17 *soluere, & talis absolutio in tali casu non datur sine causæ cognitione v3. sine vlla metus præsumptione, vel dolo, aut nimia iurantis reuerentia, Anch. r. conf. 382. Belam. conf. 30. num. 11. & sequenti, Alex. conf. 213. lib. 7. & hanc absoluteionem appellat DD. quæ fit ad effectum probationis in causa, vt *Rota Rom. decis. 8. alias decis. 767. de iure iur. vers. si autem, Castrens. conf. 259. col. fin. vers. posset etiam dubitari, & quod tale iuramentum requirat partis citationem, vt per Rotam Romanam in dicta decis. 8. de iur. iur. in antiquis, Oltrad. in conf. 120. in principio, Anch. r. conf. 8. num. 11. Imo non solum partis citationem requirit, verum etiam plenam causæ cognitionem, & rationem refert *Anch. r. in dicto conf. 382. retento ordine num. 4. & seq. vers. 2. aut, de hoc etiam scripsit Gallus in sua praxi S. C. par. 2. cap. 12. n. 23.***

18 Absolutio autem necessaria videtur ad enitandum periurium, cum nihil aliud sit quam libellum, ante absoluteionem porrigere, secundum *glos & DD. in iuramenti de iur. iur. notat Alex. in conf. 222. n. 9. lib. 2. & conf. 17. lib. 3. latissimè Menoch. in conf. 243. vol. 4.*

19 Ad quam absoluteionem petendam, necessariò causa legitima exprimens est, imò & ordinarius Iudex ecclesiasticus illam concedere non poterit nisi ipse causa legitima præcesserit, quæ causa legitima erit, quando allegat dolum ex proposito, vel re ipsa, & similia, *Crauet. conf. 7. nu. 3. vers. tale iuramentum nu 6*
 20 *cessante autem causa prædicta, non conceditur talis absolutio, Dec. conf. 180. num. 3. vers. & idem concludit, quod nunquam absolutio iuramenti concedatur, quando iuramentum, non esset extortum dolo, vel metu, vel super re illicita, & hæc legitimam causam esse dixit Alex. cõf. 42. col. penult. in fin. num. 19. lib. 1. Bald. cõf. 39. num. 3. vers. modo venianus lib. 3. plenè Ios. conf. 177. lib. 2. num. 6. Castrens. conf. 174. col. fin. lib. 1. Abb. in cap. rem est de voto, Roman. conf. 437. in fine.*

21 Talis autem absolutio petenda est ante litis contestationem, & antequam efficiatur periurus, dixit *Alex. lib. 3. conf. 17. Gregor. Nat. in cõf. 145. nu. 21. & cõf. 233. sequitur Card. Tusch. in lit. A. conclus. 55 sequi.*

quitur etiam Feder. de Sen. conf. 30. in fine, vers. item dico, Roman. in conf. 326. in praesenti consult. ubi in apostill. Alex. conf. 222. nu. 9. lib. 2. allegat ad hoc Petr. de Anchar. conf. 198. in fine, idem Alex. in conf. 17. num. 3. lib. 3. magis communem dixit Alber. Brung. in conf. 46. apud Tusc. alios videbis DD.

22 Verum vnum notandum remanet, in ista materia absolutionis, quod erit menti tenendum, an praestito iuramento in contractu, & factum fuit pactum de non contraueniendo, nec etiam absolutionem petere à iuramento, an possit de inde in casu contrauentionis contractus, absolutionem petere. Et quamuis tale pactum de non petendo absolutionem iuramenti valeat; adhuc ab illo, absolutio peti poterit, Bal. in repetit. l. 2. num. 91. vers. quoad primam quaestionem ff. de iure iur. Felin. c. de bitores num. 9. Ruyn. conf. 103. col. ult. vers. vel saltem lib. 4. Socc. iun. conf. 59. num. 7. lib. 3. Couar. in cap. quamuis pactum par. 2. s. 3. num. 2. vers. & ut Titius.

23 Et huius petitionis absolutio subordinanda erit v3. vt primo praecedat absolutio de non petendo dictam absolutionem, & deinde, ea obtenta, iterum petere debet absolutionem iuramenti de non contraueniendo contractui, alias absolutus nunquam dicitur ita Gramat. in conf. 25. in principio, ubi concord. in Ciui. Seraph. in trac. de priuilegiis iuram. priuileg. 84. num. 46. sequitur Roman. conf. 326. Aym. conf. 33. num. 19. Bal. in repetit. l. 2. col. 35.

24 vers. quo ad primam de iur. sur. ea ratione, quia quot sunt impedimenta, tot debent esse remedia, vt dixit Roman. in dicto conf. 326. col. 2. iuxta tex. in l. de pupill. §. pluribus ff. de noui oper. nunc. & in l. si domus de seruit. Urban. praed. glos. in cap. cum pro causa, ubi concordat de sentent. excom. cap. ex duorum de auct. & usu pall.

Et petendo absolutionem iuramenti interpositi in contractu ad huc periurus est, Anton. de Butr. in cap. 1. de iure iuran. Afflict. decis. 30. num. 5. vers. medium, Vrfill. ibidem num. 6.

25 Absolutio enim à iuramento peti debet, ante quam porrigatur libellus, Roland. in conf. 34. num. 2. vol. 1. cum dicta ab-

26 solutio habilitat personam ad finem agendi, non obstante iuramento, quia licet absolutio petatur; non per hoc, non tenetur ad observationem iuramenti interpositi in contractu, quia vires ipsius non tolluntur per ipsam absolutionem, Afflict. decis. 20. num. 9. Absolutus ad effectum agendi, & excipiendi licet à principio talis absolutio, non sit plena, tamē ex post facto per probationes factas vocata par-

te, repletur, nec est necesse petere aliam absolutionem, sed sufficit prima, quia licet fuerit concessa ad finem agendi, proficit tamen ad finem obtinendi, & peragendi, Afflict. decis. 322. num. 12. & sufficit prima absolutio ad totam causam, Minfinger. obseruat. 57. nam obtenta absolutione praedicta à iuramento, illi non dicitur contrauenire, Natt. conf. 167. & Abb.

27 conf. 8. par. 2. & adeo hoc est verum, quod obtenta absolutione periurii, post iudicium inceptum, & post libellum porrectum erit nulla, vt per Feder. de Sen. in conf. 300. quem communiter sequuntur omnes, secundum Afflict. in decis. 220. nu. 17. & plenè Roland. & Menoch. in dictis conf. quibus addo, Genuens. in praxi Cur. Archiep. Neap. cap. 4. num. 4. & sic pe-

28 tita post libellum absolutione, & post factum periurium, absolutio concedi non potest, & si de facto fuerit concessa, nulla erit, cum tantum summo Pontifici de plenitudine potestatis sit reseruata absolutio periurii, Crauett. in conf. 1. pro genero num. 7. quem sequitur Tapat. de iuram. absol. in verbo periurij, ita quod si fuerit obtenta ab inferiore non valet, Frac. Marc. quest. 386. par. 2. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 90. n. 4. Mangon. dec. florent. 119. quod

30 est adeo verum, vt licet pars in beneficium cuius, est praestitum iuramentum, possit illud remittere cap. 1. ubi Abb. num. 4. Felin. num. 2. extra de iure iur. tamen post periurium non potest amplius remittere; Bal. in Auth. quod eis in fine C. de nupt. quem communiter sequuntur omnes, per Menoch. in conf. 24. num. 17. lib. 1. conf. 343. num. 48. uol. 4. late de hac materia absolutionis, & de viribus ipsius scripsit Couar. lib. 2. var. resol. cap. 4. lib. 1.

31 Limitantur supradicta, quod non sit concedenda absolutio periurio, quando cessit dies solutionis, nam debitor per lapsum terminum solutionis promissae, & non soluit, incidit in periurium, & petendo absolutionem non debet audiri, Dec. & Felin. in cap. intelleximus de iudicijs, Neuiz. conf. 23. num. 8. Math. Brun. conf. 91. num. 1. Ripa respons. 55. num. 4. Criminald. in addit. ad pract. Tartal. cap. 1. nu. 134. & 135. Menoch. conf. 24. num. 17. lib. 1. Muscatell. in pract. par. 4. glos. 2. num. 6. Gozad. conf. 69. num. 29. Alex. conf. 17. num. 4. lib. 3. Gratian. discept. forens. cap. 470. num. 40. & cap. 579. num. 18. Marefcott. variar. resol. cap. 84. num. 17. & 18. lib. 2. Feder. de Sen. conf. 300. in fine, vers. si enim est lapsus, Ioann. Camill. Bilot. de absolut. iuram. lib. 2. cap. 14. num. 1. Roland. qui de magis communi testatur conf. 26. num. 30. lib. 3. Molfes. conf. 43. num. 8.

- Barzi. dedif. 67. num. 23. *Vlu. dec. 120. nu. 31.*
- 32 Imo ex officio repellendus est à iudice, à quo petitur absolutio, *Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 59. num. 2. Afflic. decis. 31. & l. si quis maior C. de transact. fuit dubitatum nu. 4. vers. tum etiam, & ibi Vrsill. nu. 5. Roland. à Vall. conf. 26. quoniam in successione num. 30. vol. 3. Feder. de Sen. conf. 300. factum tale est num. 2. vers. item dico in fine.*
- 33 & periurus, nō potest agere, nec stare in iudicio, sed ex officio repellitur ab agendo, etiam parte non opponente *Io. Vinc. de Ann. alleg. 28. num. 6. Vrsill. ad Affl. decis. 300. num. 5. Rolan. à Vall. conf. 26. num. 28. vbi dixit, quod hæc est conclusio iuris indubitata, illaque à plurimis DD. exornatur,*
- 34 quia frustra legis auxiliari impiorat, qui in ipsam legem incidit, *cap. quia frustra extra de vsur.*
- 35 Et licet periurus repellatur ab agēdo, vt supra diximus, non tamen repellitur ab excipiendo, *cap. intelleximus, vbi Anton. de Butr. de iudic. Alex. conf. 37. num. 8. lib. 2. Farinac. Rot. Rom. decis. 368. num. 2. ea ratione repellit agentem, quia caret actione, est text. in l. si quis maior C. de transact. specul. in tit. de Actor. §. 1. num. 16. vers. item quod est periurus, Alex. conf. 17. nu. 6. lib. 3. Neuzan. conf. 21. num. 1. Surd. conf. 37. num. 2. par. 4. in glos. per iurij num. 1. & hoc*
- 36 procedit etiam in hærede iurantis, ita singulariter firmat *Neapodan. in consuet. si moriat. vers. ipsi successores num. 38. sub rubr. de success. ab intestato, vbi dixit quod persona hæredis, non dicitur alia, sed eadem cum defuncto, adeo quod videtur iurasse, quod defunctus iurauit, & sic, si non seruat ciuilitate, periurare videtur, quod enim is, qui fecit, cuius hæres est, perinde est, ac si ipse fecisset, Ioan. Vinc. de Ann. d. 23. alleg. 28. num. 1. 2. vbi ciuile periurium appellat, & refert ita in propriis terminis tradidisse Angel. Roman. Fulges. & Aret. in l. qui super sitis ff. de acqu. hered. quib. adde Afflic. decis. 381. quædam byppolita vbi num. 7. in fine, vers. & ideo fuit votatum, dicit ita fuisse iudicatum per Sacr. Consil. & Angel. de Vbal. perus. conf. 37. 326. num. 1. quia si tenor, dixit, contractionem etiam pænalem potest incipere ab hæredem, licet defunctus non contraxerit neque in pænam incurrerit, quinimo, & si hæredum mētio facta non sit, tamen ex quo obligatio non contrahendi in personā defuncti contracta est, illa eadem in hæredem descendit, quantumcumque pænalis regulariter enim,*
- 39 omnes obligationes ex contractibus descendentes sunt perpetuæ, & transitorie ad hæredes, *Affl. d. dec. 30. nu. 4. vers. tū etiā.*
- 40 Et licet iuramentum præstitum per defunctum, sit personale, & non ligare animam hæredis, *cap. veritatis de iure iur.*
- 41 quia verū est quantum ad spiritualitatē, & quantum ad reatum periurij; diffuse hanc materiam pertractat *Ioan. Bapt. Conf. in tract. de re integra distinct. 95. num. 13. tamen quantum ad periurium Ciuile, & sic quantum ad obseruationem iuramenti, transit ad hæredem, Afflic. dicta decis. 381. num. 8. Ann. dicta allegat. 28. nu. 16. Roland. à Vall. conf. 17. vers. quia respondetur vol. 1. Ripa respons. 9. dixit Duphnes nu. 2. sub rubr. de iure emph. & de feud. lib. 2. Bal. in l. de quaestione num. 16. vers. non obstat C. de pact. Ant. Corset. in tract. de iure iur. & iuram. priuil. sub rubr. de iure priuil. num. 45. priuil. 21. Ioseph. Laddou. decis. Perus. 13. nobiles perusini num. 10. & hoc idem in effectu voluit, Præs. de Franck. decis. 83. dictum fuit num. 6. vers. item dicebatur, vbi dixit quod*
- 42 & si iuramentum sit personale ex parte iurantis, nihilominus est reale quo ad obseruantiam, ad quam hæres teneretur, plus voluit *Angel. de Vbal. Perus. conf. 326. num. 1. in fine, vers. quia si tenor, Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 57. num. 7. & Angel. conf. 326. colu. 2. vers. nec obstat Zab. conf. 137. num. 7. in fin. vers. ad secundum Castrenf. conf. 460. lib. 1. & plenius conf. 165. lib. 1. Socc. 115. vers. præterea no. 1. Castrenf. conf. 193. num. 2. Angel. Aret. conf. 46. nu. 21. quod quamuis iuramentum, seu contractus iuratus, sit personalis, adhuc etiam, quantum ad obseruantiam ipsius iuramenti, & contractus, transit ad hæredes, Ias. conf. 76. lib. 1. Card. conf. 137. Ioan. Andr. & Abb. in cap. fin. de sepult. Decian. conf. 6. n. 61. Alex. conf. 26. lib. 7. Corn. conf. 2. lib. 3. vers. & super Succ. conf. 38. nu. 2. lib. 3. Paris. conf. 54. in presenti num. 13. lib. 1. Socc. iur. conf. 67. num. 36. lib. 1. plenissime Sard. conf. 194. nu. 2. lib. 2. Castill. conf. 24. num. 60. Casbad. decis. 2. nu. 10. de iur. iur. Paris. conf. 75. nu. 23. lib. 1. Afflic. decis. 381. Bauer. in suo tract. de virtute iurament. post nam. 62. & in casu 45. Feder. de Sen. conf. 281. Castrenf. conf. 77. lib. 2.*
- 43 Nec obstat, vt ipse ait, iura quibus sacrum est, quod dispositio personalis personam non egreditur; *l. si vnus §. ante omnia ff. de pact. cap. priuilegium persona, extra de regul. iur. in 6. quia dictum iuramentum, seu contractus iuratus, per transitū*
- 44 in hæredem, non dicitur egredi personā defuncti; quia hæredes defunctorum vice funguntur, & eadem personæ censentur, ad quod etiam confert, id, quod ex *Aut. Pauli de Cast. dixit Ant. Corset. in tract. de iur. iur. sub rubr. de iuram. priuil. 45. num. 45. priuil. 21. quod hæres satis dicitur*

tur venire contra mentem, cum factum, seu iuramentum defuncti reputetur factum, seu iuramentum hæredis, & proinde dixit *Afflic.* in dicta decis. 381. in fine, 46 ex doctrina *Andr. de Ifern.* quod licet hæres non possit criminaliter accusari de periurio, ex iuramento defuncti potest tamen civiliter accusari ad penam, si non obseruat, id, quod defunctus iurauit, vt *Ioann. Vinc. de Ann. dicta alleg. 28. num. 1.* dixit 47 iuramentum duos effectus operari. Primum quia ex periurii infamia inhabilitatur persona, & hoc casu, non obstat hæredi, nec hæres opus habet remissione aliqua, nec absolutione secundum effectum, 48 vt periurus ipso iure priuetur actione, *l. si quis maior C. de transact.* Imo omni modo, & beneficio illius contractus cui contrauenit priuatur *Arnon. in dial. 88. Borgogn. Cauale. decis. Finiz. 43. num. 19. in 1. part. Cesar. Barz. in decis. Bononiens. decis. 16. per totam, Alex. conf. 83. volum. 1. Hypoli. sing. 216. Roland. à Vall. in conf. 25. num. 23. vol. 2. Honded. conf. 56. per tot. vol. 1. & pulcrè Franc. Becc. conf. 104. num. 8.* & hoc casu periurium defuncti obstat hæredi, quia 49 omnes effectus iuramenti transeunt contra hæredes iurantis, vt ipse latissime fundat, ibi num. 4. & 5. & *Ioseph. Ludouic. in decis. perus. 15. num. 10.* dixit iuramentum 50 non ligare, aut afficere hæredem quo ad periurij reatum, secus quo ad iuramenti obseruantiam vel id, quod sub iuramenti vinculo obseruari promissum fuit, quia istud proculdubio, ad hæredes transit, & ad illius obseruantiam omnino teneri hæredes, cum omnibus suis effectibus, & qualitatibus, quas à primo tempore præstiti iuramenti assumpsit, allegat ad hoc *Roland. à Vall. & Crot. & quod circumscripto, & excepto reatu periurij tantum, quod iuramentum, & omnes effectus iuramenti transeunt ad hæredes iurantis, voluerunt Anton. Corfet. sub rubr. de iuram. priuil. nu. 45. priuil. 21. Roland. in dicta l. de questione num. 16. vers. non obstat de prædicta C. de transact. Ripa in supra allegat. respons. 9. nu. 2. sub rubr. de iure empb. & de feud. & Angel. Aret. instit. de except. in princip. num. 32. vbi dixit quod speciale vinculum iuramenti morte iurantis suppositum est, dicto cap. veritatis extra de*

51 iure iur. sed virtus iuramenti, quoad obligationem temporalium transit, quem refert, & sequitur *Ioseph Ludou. in dicta decis. perus. 15.* vbi plures DD. auctoritates, ad hoc adducit; Actus enim iuratus per defunctum, parit talem obligationem civilem contra hæredem, vt contraueniri non possit, latissime fundat *Ann. dicta*

allegat. 28. num. 13. cum sequenti, & Afflic. dicta decis. 381. num. 9. Bal. conf. 471. volu. 5. & conf. 398. vol. 1. qui dixit non extinguatur effectus iuramenti id est validatio actus, validati per iuramentum, vt in *Authent. de iure iur. à mor. præst. part. princip. l. cum quis decedens §. codicill. ff. de legat. 3.* & sic 53 ratione iuramenti videtur fieri probatio contra hæredes iurantis, & dari firmitas actui iurato, & nullo modo possit contrauenire, nec per iuramentum, nec per eius hæredem *Argum. l. nam & postea §. fin. ff. de iur. iuran. & sic qualitas, quæ ab* 54 *initio assumpsit instrumentum, & propter illius inobseruantiam priuatur iure suo, & ab agendo repelitur, iuxta tex. in l. si quis maior C. de transact.* non potest mutari, aut variari, seu alienari in personam hæredis, imo illud idem instrumentum eadem semper vires habebit, contra quoscumque hæredes in proprijs terminis firmat *Ioseph Ludouic. in sepius allegata decis. perus. 15. num. 10. Præf. de Franch. decis. 83. nu. 5. vers. non enim, Crot. conf. 139. num. 9.* non mutatur ex mutatione defuncti in hæredem, vt latissime fundat *Anna dicta alleg. 28. num. 4. & 5.*

55 In casu autem heredis nulla absolutio, seu remissio requiritur, iuxta ea, quæ tradit *Ann. in dicta allegat. 28. dixit Purpurat. in conf. 402. num. 118.* quæ ratio cessat in principali debitore, seu testatore, quod etiam si vellent absolui à iuramento, non possent, absolutionem ipsam, seu habilitationem obtinere, *Feder. de Sen. dicto conf. 300. in fine, Roland. à Vall. dicto conf. 26. nu. 30. lib. 3. Afflic. dicta decis. 30. num. 4. 5. & 6.*

56 vbi dixit fuisse per Sac. Conf. decisum, quod quando quis incidit in periurium, non potest amplius petere absolutionem à iuramento; Imo plus dixit quod fuit per dictum Sac. Consil. votatum, nemine discrepante, quod si pendente iudicio super absolutione à iuramento venit dies solutionis pecuniæ promissæ non debet debitor amplius audiri; sed debet fieri solutio.

Et quamuis non defuerunt aliqui DD. qui tenuerunt, per iuramentum defuncti, non potest hæres incidere in periurium, tamen confessi fuerunt, quod licet hæres non efficiatur periurus adhuc tenetur, & cogitur seruare id quod defunctus iurauit, hanc opinionem tenuit *Angel. de Vbald. Perus. conf. 326. num. 2.* vbi dixit hæredem contraueniendo iuramento defuncti, non incidere in periurium, incidere tamen in penam, *l. si quis maior C. de transact. Angel.* omnino legendus, ibi verbis aperuissimis concludit, eadem opi-

opinionem tenuit Anton. Corset. in tract. de iure iuran. & iuram. primit. sub rubr. de iuram. primit. 21. vbi dixit priuilegium iuramenti esse transmissibile ad heredes, postea subdit non tamen intelligas, per iuramentum defuncti heredem esse periurum, sed debet seruari id, quod defunctus iuravit, & excepto reatu periurii, omnes effectus iuramenti transeunt in heredes, & tandem his verbis concludit, iuramentum esse personale, quo ad speciale vinculum animæ tantum, sed quo ad obseruantiam contractus, omnes iuramenti effectus realitatem retinent, & dicit, quod dum Bononiæ hic casus accidisset, ita obtinuit in facto, illamque opinionem, fuit sequutus Capic. decis. 174. in causa hæredum num. 13. in qua decisione subdit heredem obseruare teneri contractum defuncti, & compelli posse, ita fuisse iudicatum per Sac. Consil. ex quo condemnauit heredes defuncti ad penam ducatorum mille, quia recesserunt à societate cum iuramento, inhita per defunctum, iuxta text. in l. si quis maior C. de transact. & sic cum periurium, & caducitas ab actione fuerunt causati in personam defuncti, frustra deduci. ut regula, cap. veritatis extra de iure iur. quia in hoc casu non cadit disputatio, an iuramentum transeat ad heredes, cum effectus iuramenti, sicut consummati in personam iurantem, nullum cadit dubium, quod transeat ad heredes, ita in propriis terminis firmavit Ripa in allegat. respons. 9. num. 3. vers. præterea de iure emphyt. & de feud. libr. 2.

58 adducendo rationem, quod cessante causa, non cessat effectus consummatus l. scripto ff. unde liberi, idem voluit Ioann. Vinc. de Ann. dicta alleg. 28. num. 1. cum sequ. duplici ratione. prima quia priuatus actione amplius illam non recuperat; & actio semel extincta, non reuiuiscit, l. eius qui s. fin. ff. de iur. fisci. gloss. in l. si cum quis s. fin. ff. de furt. in l. qui res s. arcam vbi alios citat concordantes ff. de solut. Iraquell. in l. si unquam in vers. suscepit liberos nu. 191 in fine C. de reuoc. donat. Zaul. in l. heredes mei s. cum ita par. 8. num. 161. ff. ad Trebell. Andr. in cap. 1. vers. si vero probare col. 1. de contr. inuestit. Ann. alleg. 28. num. 7. Secundo, quia effectus iuramenti iam consummati in personam defuncti, non mutatur ex mutatione defuncti in heredem, illudque pluribus iuribus, & DD. autoritatibus comprobatur, Anch. conf. 282. nu. 10. Guid. Papa decis. 414. Neque in hoc casu habet locum purgatio, vel penitentia, quia penæ quæ infliguntur, per dictam l. si quis maior C. de transact. infliguntur ip-

so iure, non per sententiã; constat autem post exequutionem penarum, purgationi, aut penitentia locum non esse; ita Angel. de Vbala. in supradicto conf. 326. nu. 3. vers. secundo probatur, allegat hoc idem tenere Bart. in dicta l. si quis maior in fine, hoc etiam voluit Ripa in suo allegat. resp. 9. nu. 5. vers. nec ipse.

60 Hoc autem notandum est, quod duplex genus renunciationis in isto capite attendendum sit, genus quod ex necessitate astringitur, & genus quod donationem importat, pro genere autem quod ex necessitate astringitur, non difficultatur; quin in ipsa læsio currat, & competat etiam beneficium l. 2. C. de rescind. venait. dixit Dec. in conf. 11. nu. 6. in fine, item subiungit etiam non impetrata absolutione iuramenti, dummodo non appareat de eius certioratione, nam quando apparet, videas Dec. loco cit. nu. vlt.

Pro genere autem quæ donationem importat, læsio nunquam attenditur, cū ex liberalitate procedat, vt Crauet. conf. 160. nu. 1. & Dec. conf. 181. nu. 4. Socc. iur. conf. 52. num. 23. vol. 2. sequitur Carcer. in dicto c. 15. nu. 23. Gabriel conclus. 10. nu. 21. de iure dotium lib. 3.

62 Quærit l. C. an filia dotata de paraggio agere possit de læsione; in quo quæ sitio negatiua attendendum erit, ea ratione, quia dotata de paraggio, non censetur habere minus legitime, vt præter Neapod. in consuet. si moriatur. sequitur Marant. in 10. par. num. 20. cum paraggiu loco legi-

63 timæ succedat, & minus esse non debet, dixit Andr. de Ifern. in constit. in aliquib. col. 8. Imo quando agitur de aliqua

64 filia excludenda ab hereditate, semper dos debet excedere legitimam, vt dixit Alex. conf. 7. num. 5. vol. 2. sequitur Anton. de Alex. in d. consuet. si moriatur in principio, cum sola exclusio sit causa vt dos de paraggio debeat, Lanar. conf. 10. nu. 4. Reg. de Ponte, primus inter legistas conf. 65. nu. 1. Francb. decis. 73. num. 16. & 17. vbi allegat Capyc. Frecc. & Minad. Vincent. de Ann. allegat. 70. num. 2. & 3. Fabius de Ann. conf. 6. lib. 1. num. 3. Ifern. in constit. in aliquib. nu. 8.

65 dum illa exclusio, vel oritur propter existentiam masculorum, vel mulieris maioris natæ concurrentis in eodem gradu, & succedentis in toto feudo, vt per Constitut. in aliquib. vers. si autem ibi dum tamen de successione filii Comit. & Baron. Mb. 3. Petr. Gregor. late examinat hanc questionem in tract. de dote de paraggio quest. 1. & q. 4. quod paraggiu succedere loco legitime Ifern. in constit. in aliquib. Andr. & DD. in cap. licet de voto, Loffred. conf. 26. Fabius de

de Anna dicto *conf. 6. num. 3. lib. 1. post Camer. Tiraquell. Paris. de Put. Franch. & alios per eundem Reg. de Ponte conf. 65. & 79. lib. 1. conf. 30. nu. 4. vol. 2. Anna d. alleg. 70. nu. 13. & illa exclusio inducit debitum, super existente primogenito, & loco dicti debiti paragium deberi, ex vniuersali regula, Lanarius *conf. 70. num. 4. Franch. decis. 37. num. 16. cum seq. ubi allegat Capyc. Frec. & Minado. Intrigliol. de Feud. centur. 2. art. 73. num. 19. lib. 1. L. elius Caput. in repet. ad Consuetud. Neap. si moriatur par. 2. §. 2. nu. 9 & 22. Corset. *conf. 16. & Isern. in constit. in aliquibus num. 8. Petr. Gregor. in tract. de do-*
67 *te de paragio q. 1. num. 14. & dictum paragium esse loco portionis feudi, Canner. in cap. si aliquem §. sed quaritur num. 14. fol. mibi 332. quem refert Consil. de Anna conf. 75. num. 10. à qua quis excluditur, & posset succedere si feudum non esset indiuiduum, Petr. de Gregor. de vita, & milit. quest. 1. & in trac. de dote de paragio quest. 2. Isern. in constit. Comit. col. 2. vers. periti regnicoli num. 60. & 70. Minad. *conf. 1. nu. 44. & 67. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de vita, & milit. q. 4. lit. C. Milan. decis. 5. num. 76. lib. 1. Anna conf. 75. lib. 1. Decian. *conf. 46. nu. 20. & 30. lib. 3. Surd. de aliment. tit. 3. quest. 1. num. 39. & tit. 7. quest. 15. num. 16.**
68 Quantum ad læsionem importare videtur dicendum est, quod in iure varijs modis læsio consideretur primo ratione prætij rerum commutandarum, non consistere in puncto indiuiduo, cum non possit illud commodè definiri, vt pluris non sit, neque minoris, sed in quadam mediocritate; per gradus, latitudinem habens, vt per *Arist. in 3. phisic. cap. 2.* Quapropter, rei prætij, triplex esse potest, nempe Supremum, Medium, & Infimū; in his prætij inæqualitas, seu læsio contingere non potest, vt per *Couar. var. resolut. lib. 2. cap. 3. num. 1.* nam quando læsio
69 contingit; talis læsio, in quinque gradibus constitui potest; Primum consideratur læsio minima, seu modica; secundo magna, siue enormis; Tertio maior siue enormior; Quarto maxima, siue enormissima; Quinto magna læsio, maior, & maxima, vt tradit *Fulgos in l. 1. G. si aduersus vendit. pigno. & ibi Aret. sequitur Sfurz. Odd. in tract. de integr. restit. quest. 4. nu. 112.*
71 His præsuppositis, requiritur quoque; ad hoc vt mulier de læsione agere possit, quod non sit de valore bonorū à se renūciatarum certiorata, nam vt scribūt DD. dicunt semper certiorandam esse, *Dec. &*
72 *communiter DD. sit. quia ius ignorantie in minore, muliere, & rustico præsumitur, cum istæ personæ ignorasse præsumantur****

extrinseca eorum competentia, super ipsorum bonis, *glos. notabilis in §. . vers. sciens in Auth. de ingestis nupt. Alex. in l. sciendum num. 29. ff. de verbor. obligat. Alex. in conf. 42. num. 9. vol. 1. Mart. de leg. 1. success. quest. 14. art. 4. num. 9.* quapropter omnino certiorari debent, l. regula ff. de iur. & fact. ignorant. *Marsil. singul. 18. quotidie per glos. in l. fin. §. penult. in verb. non usuram ff. ad Velleian. Cephal. conf. 335. num. 29* hanc communem dixit *Bald. in l. si quis in conscriben. C. de pact. & ibi Ias. & Dec. num. 30. Curt. in dicta l. si quis in conscribendo nu. 18. vers. alias legendo, & latè apud Tiraquell. in l. si unquam in præs. num. 99. cum seq.*
73 & præcipuè, quando renunciat remedio legis secundæ C. de res. ind. vendit. vbi omnino certiorari debent, de omni eo, quod
74 renunciant, & ad maiorem cautelam, vt si renuncient legato, fideicommissio, & testamento, adhuc renunciatio procedere debet inspectis verbis testamenti, legati, & fideicommissi, iuxta text. in l. de his, & ibi notat *Guglielm. de Cuneo ff. de transact. sequitur Seraph. in trac. de priuil. iuram. priuil. 63. num. 2.* alias renunciatio nulla erit, vt *glos. in dicta l. de his Corn. conf. 135. col. 1. lib. 2. qui de communi opinione testatur Siluan. conf. 40. num. 59. Decian. conf. 3. num. 120. lib. 1. conf. 39. num. 132. lib. 2. & conf. 91. num. 27. & sequenti, lib. 5. Peregr. conf. 52. num. 20. & sequenti lib. 5. in tract. de fideicom. art. 52. num. 15. & sequenti, ea ratione ad hoc, vt euidenter appareat eorum certioratio, prout *Seraph. cit. & cū clarè non constat de eorum certioratione, adhuc agere, non prohibetur de læsione, contra dictum legatum fideicommissum, seu aliquid aliud à se renunciatum, qua læsionè constituta admittitur renunciatio ad legatum, testamentum, & fideicommissum, vt l. fin. §. fin. ff. ad Vell. Signoril. conf. 181. col. 6 in principio, & conf. 250. num. 9. Bologn. conf. 45. col. 2.* quia neque in dubio certiorata censetur DD. in l. sciendum ff. de verbor. obligat. *Inol. in conf. 62. in principio, Franc. Niger Cyriac. in controuerf. forens. controuerf. 321. num. 65. Thesaur. decis. 222. sub num. 8. idem Niger in controu. 474. num. 51. & 52. lib. 3.* omnino
76 videndus, quia renunciatio nunquam trahitur ad ius ignoratum, vt post omnes
77 *Marc. Anton. Camuncul in dec. Rot. Bonon. decis. 41. num. 6. & consensus circa ignorata, non valet, & videtur esse in dolo No-*
78 *tarius, qui non certiorauit. Castrenf. conf. 412. num. 2. vers. sed quantum ad probationem lib. 1.* Imo sciens, & non certiorans, non solum videtur dolum committere, sed etiam partem defraudare, *Castrenf. 6. conf.**

d. conf. 412. colu. 1. in fine num. 2. Alex. conf. 89. viso puncto, ibi certiorandam omnino esse dicit, quoniam ignorare præsumitur *num. 11. vers. secundo respondeo*. Imo, 79 & alleganti certiorationem debet probare, *vt Mascard. de probat. concl. 283.*

80 Et sic renunciatio, siue transactio facienda non est de testamentis aut legatis nisi verbis illius testamenti, aut legati benè perceptis, ac visis, *l. 3. §. 1. l. de his, l. non est ferendus ff. de transact. l. 1. §. 1. ff. quemadm. testam. aperiant. quæ iura fuerunt canonizata, Rota apud Cesar de Grass. dec. 2. de transact. adco vt nec pactione vlla ei derogari possit, Bars. in dista l. de his nu. 3. 4. & 5. Faber decif. 1. C. de transact. redens rationem, quia hæc solemnitas fauorem publicum respicit ne testamenta occultentur, & defunctorum voluntatem circumueniantur, & insuper quia lex est recepta per verba prohibitiua ad fauorẽ vltimarum voluntatum, vt illæ suum fortiantur effectum, Alex. conf. 11. col. 5. vol. 3. Nat. conf. 145. Cesar de Grass. allegata decif. 2. num. 3.*

81 Communi calculo DD. sententiam, tanquam probabiliorẽ agnouerunt, vt renunciatio fideicommissi expressa vel tacita ex transactione resultans pacto, vel diuisione minimè valeat, nisi fuerit dictum, visa, & cognita fuisse verba testamenti, super quo fuerit facta renunciatio, transactio, pactio, vel diuisio, vt post antiquorum scribentium scholam de communi opinione, scripsit *Corn. conf. 135. lib. 2. & talem sententiam, præ ceteris receperunt, Cephal. conf. 620. num. 54. lib. 4. Siluan. conf. 40. num. 59. Decian. conf. 91. lib. 5. Grass. de success. §. fideicommissam. quæst. 62. num. 4. Paris. conf. 24. num. 121. lib. 2. Ludouic. decif. Perus. 2. num. 21. Ceuall. cateruam DD. adducens, præst. quæst. comm. contra commun. quæst. 706. Peregr. de fideicom. art. 62. num. 4. Barz. decif. Bonon. 96. Capra conf. 89. num. 17. Turrett. qui testatur de communi conf. 81. num. 6. Menoch. conf. 1099. num. 15. & nu. 21. Gall. in tract. de except. success. tit. 4. except. 26. num. 51. par. 2. Gratian. discept. forens. cap. 299. num. 15. tomo. 2. vbi decisionem Rotæ reportat, Surd. conf. 395. num. 2. Cuman. conf. 133.*

82 vbi dixit quod ad hoc, vt fideicommissum dicatur remissum requiritur, vt diuidentes habeant scientiam fideicommissi, & verba testamenti inspexerint, *Rom. conf. 403. num. 7. & 21. vbi ait, non censeri per diuisionem fideicommissio renunciatum, nisi appareat fuisse inspecta, & cognita verba testamẽti, quia aliàs sequebatur renunciari posse, dicta l. de his*

quod non permittitur:

83 Recipit incrementum horum opinio, ex verbis dictæ *l. de his*, ibi non aliter quæ verba naturam præcisam habent, & formam inducunt, *Boer. decif. 243. num. 11. Marc. Anton. var. resolut. 35. num. 8. lib. 1. Farinac. in praxi criminal. par. 4. decif. 23. Cephal. conf. 118. num. 13. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 208. num. 22. Farinac. decif. 57. nu. 9. par. 1. in recens. & ex verbis, ibi, nisi prius, quæ pariter inducunt formam, & idem, quod non significant Macerat. variar. resolut. 32. lib. 1. Grat. conf. 1. num. 15. vol. 1. Cacher. decif. 174. num. 2. Cened. singular. 23. num. 6. quæ forma specificè impleri debet, & non per æquipollens, *1. meusus, & l. heredi ff. de condit. & demonstrat. fusiè Viui. vbi multa coarunat decif. 334. 335. & 336. Cacher. decif. 103. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 9. num. 62.**

Quod etiã si in tali renunciatione, pactione, diuisione, & transactione interuenisse iuramentum, adhuc non valere, nisi expresse fuerit dictum visa, & cognita fuisse verba testamenti de magis communi testatur *Simon de Petr. conf. 37. nu. 14. lib. 1. & illa profitetur Aciat. in cap. contingat de iure iur. Angel. conf. 84. Socc. conf. 201. lib. 3. Becc. conf. 111. num. 34. Neuz. conf. 32. num. 16. Peregr. de fideicom. art. 52. lib. 1. Paris. conf. 12. lib. 2. vbi testatur de communi opinione Tiraquel in l. si unquã num. 101. C. de reuoc. donat. Menoch. conf. 707. num. 21. lib. 8. Seraph. in tract. de priuileg. iur. priuileg. 100. num. 3.*

85 Iuramentum enim non est herba Betonica, quæ circumfertur, & illa, omnes sanare infirmitates, nec a bumo potest facere nigrum, & e contra, taliter vt suas extendat vires; quia illo interueniente, non sit necessaria specialis scientia testamenti, & contentorum in eo, cum generalis scientia ad id non sufficiat; sed specialis sit necessaria, *Fusar. conf. 203. vbi*

86 quod renunciatio fideicommissi, vt inducatur per transactionem, vel diuisionem, non sufficit scientia generalis, sed requiritur specialis scientia testamenti, & contentorum in eo, de quibus expresse est certioranda, quæ certioratio debet notoriè constare, cum renuncians fideicommissi scientiam, non præsumatur habere, *Intrigl. post alios de substi. quæst. 94. cent. 3. Mascard. de probat. conclus. 780. Ludou. decif. Perus. 19. num. 14. qui testatur de communi, & proinde alleganti incumbit onus probandi, Bardell. conf. 11. num. 30. lib. 5. Surd. conf. 395. num. 23. lib. 4. Riminal. iur. conf. 204. num. 68. & certificatio debet esse in specie, de verbis, & conten-*

tis in testamento; aliter renunciatio subsequens, diceretur facta, absque voluntate renunciantis, & potius videtur apposta de stylo, & stipulatione notariorū, quæ vti talis villo modo noceret renuncianti; *Surd. conf. 431. num. 71. lib. 3. & per Præsid. de Francb. decis. 181. num. 10.* ratio est
 87 vbi forma in aliquo actu seruanda est, vt est in l. de bis de transact. si illa deficiat actus redditur nullus l. magis puto S. as alienū S. provide ff. de reb. eorum, & l. fin. & de vendi. per. ad Ciuit. pert. lib. 10. l. cum hi S. prator ff. de transact. Alex. conf. 1. vol. 4. l. 1. S. quod si nemo in glos. fin. ff. quod quisque iur. cap. pisanis de restit. spoliat. Anton. Butr. in d. cap. pisanu Socc. conf. 72. volu. 1. Gutierrez pract. q. lib. 3. q. 15. nu. 5. Valasc. conf. 133. num. 3. & conf. 194. num. 6. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 11. resolut. 11. nu. 4. & resolut. 92. nu. 17. Monach. decis. Lucens. 53. nu. 35. Escobar de ratiocin. cap. 11. nu. 19. & c. 6. nu. 39. Sess. decis. 30. num. 10. Asin. in prax. iudiciar. 5. 3. cap. 36. num. 5. comprobat Soar. de legib. lib. 5. cap. 31. Salas in simil. tract. quest. 96. trac. 1. q. disp. 16. sect. 1. Anell. de Amat. conf. 64. n. 6. & 69. n. 5. Valenz. conf. 112. nu. 58. conf. 187. n. 74. & conf. 177. n. 12. ideo de illa nō est habēda rō, nec aliquē producere pōt effectū l. 4. S. condemnatum ff. de re iudic. cap. ad præsentia de appellat. cum concordātib. apud Card. Tusch. concl. 139. lit. A.
 88 Nec ob stare videtur ea quæ adnotauit Seraph. supracit. in num. 3. quod ratione iuramenti censetur certioratum, quia quando agitur de abdicatione iuris competentis, vel competituri eo maxime mulieri præsumitur ignorantia, nisi fuerit certiorata, idem tenet Signoroll. conf. 181. num. 11. vers. venio ad tertium, Alex. conf. 89
 89 viso puncto num. 11. & 12. lib. 2. quia iuramentum in minore, non operatur nisi eius maioritatem, secundum communē opinionem Alex. in conf. 89. num. 11. lib. 2.
 90 Euentissima ratione probatur, quia iuramentum, vt plurimum facit actum, valere omni meliori modo quo potest l. cum pater. S. filijs matrem ff. de legat. 2. &
 91 non operatur vt possit extendi ad id de quo specialis mentio fieri debebat, Roman. in l. 1. S. si quis ita ff. de verbor. oblig. l. as. in l. de bis ff. de transact. Feder. de Sen. conf. 15. Aret. in l. qui super stitis ff. de acquir. hered. Neapod. in consuet. contra instrumentum de iure quarta nu. 131. & 133. Mathews de Afflict. in constit. in aliquib. num. 31. Imo,
 92 & in minore si supplet defectum ætatis, supplere non potest defectum voluntatis, & consensus, l. fin. C. de nō nume. p. cum. & l. fin. ff. qui satis. lare cogant. Acurt. in l. 3. C. plus valere, quod agitur. Corasius lib. 7.

Miscell. iuris cap. 32. num. 4. Marc. Ant. Bugen. conf. 7. num. 61. conf. 12. num. 77. & conf. 29. num. 59. lib. 1. qui per plura fundamenta
 93 ta resoluit, quod promissio iurata non extenditur ad id, de quo non cogitauit, igitur strictissime interpretanda videtur, in eo casu, in quo iuramentum venit interpositum, cap. penult. de iure iur. & per Menoch. de præsumpt. lib. 1. quest. 45. num.
 94 12. nemo autem censetur approbare id quod ignorat Genuens. decis. 14. num. 76. Ioann. Petr. Bimius conf. 242. num. 29. lib. 3.
 95 vbi ait iuramentum non supplere videtur consensum, quia iuramentum non ampliat obligationem, in qua interponitur, sed intra suos limites vim addit; vt post Roman. conf. 472. num. 5. vers. secunda, & generalis, Surd. de alim. tit. 9. quest. 15. num. 20. Ofasc. decis. pedamont. 92. num. 7. & 8. Recc. conf. 90. nu. 20. Reg. Valenz. conf. 174
 96 num. 35. volu. 2. igitur omnino certioratio requiritur, quia cum sit extrinseca, solemnitas, quæ nunquam præsumitur, nisi probetur, l. quæcumque S. ult. ff. de public. in rem actio. clement. casum de electione; Celsus Hugo conf. 120. num. 39. Mandos. in tract. de inhibis. quest. 36. num. 10. Rota decis. 111. num. 5. par. 2. nouissime Sacri Palatii sequitur Reg. Ioann. Bapt. Valenz. in dicto conf. 174. num. 22. lib. 3.
 97 Hæc omnia limitantur, quando renunciatus habuit certā scientiam; saltem præsumptam bonorum à se renunciatorum, quoniam per talem scientiam adhuc certioratus præsumitur, & valebit renūciatio, etiam non inspectis verbis ipsius testamenti, seu legati, dummodo verisimiliter habere potuit notitiam testamenti: & fideicommissi, seu bonorum à se renunciatorum dixit Barz. decis. 96. num. 14. Caualean. in decis. 36. num. 27. par. 1. latius per Casberan. in decis. 112. num. 20. mouentur per ea quæ dixit Bart. in l. de bis ff. de transact. sequitur Alex. conf. 11. col. 3. lib. 2. Socc. iun. conf. 116. num. 41. & 47. vol. 1. sequitur Mart. de legal. success. par. 4. quest. 21. art. 15. num. 107. alios DD. refert Rota Rom. in decis. 1005. vers. tamen fuit dictum.
 98 Multo enim fortius talis certioratio procedere debet in muliere renunciate suo beneficio Ve leiano, vt præter DD. supra dixit Bal. in l. sed si quis S. questum ff. si quis caut. Alex. conf. 42. nu. 5. lib. 1. Marfil. in tract. de fideiuss. n. 31. & 37. sing. 18. Dec. conf. 180. num. 8. Feder. de Sen. conf. 199. Bart. in l. 5. C. ad Velleian. Socc. iun. conf. 20. num. 21. lib. 4. Cephal. conf. 408. num. 27. Bal. conf. 165. nu. 1. lib. 4. Mascard. de probat. conclus. 108. num. 2. Verum de omnibus aliis beneficiis, tradit Thesaur. decis. 227. num. 8. vers.

ceterum, Camill. conf. 72. num. 2. Cappell. Tbolof. decis. 37. & ibi addones.

- 99 Verum aduertendum, quod quando in instrumēto dicitur, quod mulier tētrahens fuit certiorata, talis assertio Notarii afferentis, se certiorasse de suo beneficio, & aliis competentibus mulieri, facit tantū præsūmi, quod fuerit certiorata, & non inducit veram, & indubitātam probationem, & proinde admittitur probatio in contrarium, *Alexan. in l. scēdum ff. de verb. obligat. Cepoll. cautel. 197 vbi testatur de communi opinione, Alciat. in tract. de presump. reg. 3. presump. 13. num. 4. Natl. in repet. cap. quamuis pactū num. 54. de pact. Seraphin. de Seraphin. in tract. de priuil. iuram. priuil. 63. num. 17. & priuil. 118. & 119. Tbesaur. decis. 222. nu. 34 vbi dixit Senatam residere, cum ista opinione, quod de iure per iuramentum, tantū; non probatur certioratio, sed de consuetudine probatur de certioratione ex instrumēto; vt omnia refert *Brun. à Sol. quæst. 22. num. 62. & 66. Mandell. de Alba conf. 776. nu. 3. Gutier. in tract. de contract. iur. at. cap. 10. num. 3. Anton. de Padill. in l. ne passim nu. 13. C. de iur. & fact. ignor. Ias in l. si duo patroni §. item Iulianus num. 19 ff. de iur. iur.**
- 100 Minori autem renūciantī beneficio restitutionis in integrām, ad hoc cum effectu sibi præiudicet, debet de eius certioratione specialis mentio fieri, *Bald. conf. 47. Casus talis est Dominus Andriolus in fine lib. 1. nam si non venit de eo certioratus, etiam si iurauit, adhuc sibi non præiudicatur, idem Bal. conf. 148. in casu proposito num. 31. vers. in contrarium, Dyn. conf. 5. per totum, incipiente quæstio talis est, & renunciatio nulla est, idem Bal. conf. 96. Curd. conf. 43. vbi latē Nouar. in tract. miserab. person. priuil. 89. num. 5. Molfes. in consuet. Neapol. in tit. de renunciat. quæst. 6. num. 37. Bauer. in tract. de mor. colum. 3. circa medium Paleaz in tract. de maiorat. par. 4. quæst. 2. num. 18. ea autem cessare*
- 101 videntur quando minor renūciat præsente Curatore, quoniam eo tūc nō requiritur alia certioratio, quia curatoris scientia supplet ignorantiam minoris, *Alex. conf. 222. visa facti num. 2. vers. & cum opinione, cum sequenti lib. 2. Card. Tusch. in litt. C. conclus. 197. Nec impedi-*
- 102 re videtur ipsi virtus iuramenti, quoniam licet ipsum maiorem repræsētat, nihilominus, non repræsētat scientem de beneficio, & de importantia, & effectu renūciantionis, *Bal. conf. 404. per totū lib. 3. in fine. hac autem ratione conceditur talis fauor minori, cum æquipare-*
- 103 tur mulieri, & sicut mulier renūcians beneficio Veliciani, non certiorata sibi non præiudicat, ita minor renūcians etiā cum iuramento restitutioni in integrū nō certioratus sibi nō præiudicat, maximē ad damnum euitandum, vt idē *Dyn. conf. 5. nu. 4. vers. mulieres verō, Alex. in l. in repudianda ff. de acquir. hered. Manc. de presump. lib. 3. presump. 82. nu. 7.*
- 104 Idem dicendum erit in rustico, *Alex. conf. 1. num. 3. lib. 6. Menoch. de arbitr. iudic. casu 194. num. 76. Mascard. de probat. conclus. 1786. num. 17. Sforz. Oddo de restit. in integ. g. 9. n. 43. que Rusticitas excusat Bart. in l. si quis id quod §. serui quoque num. 6. ff. de iurisdit. omn. iudic. Menoch. de arbitr. casu 194. omnes aiunt rusticum certiorandum esse, vt Dyn. vbi supra conf. 5. nu. 5. vers. præterea pariscantur; cum rusticus opere, & conuersatione sit rusticus, & per generalem renūciantionem factam per dictos rusticos in instrumentis, cum verbis generalibus, non excludatur per dictam generalem renūciantionem à beneficio l. 2. C. de resind. vendit. cum requiratur de dicto beneficio certioratio, & signanter concludit *Bal. in l. l. 2. in 3. quæst. & l. cu in debito §. 1. ff. de probat.**
- 105 attamen reuertendo circa casum mulieris, quando certiorata videtur, agere non potest, & nullum regressum habet in bonis renūciantis, vt iam infra quia scienti, & volenti nulla sit iniuria *ita Felin. in cap. in presenta num. 8. in fine de probat. per tex. in l. cum donationis C. de transact. Dex. conf. 180. maximē si in con-*
- 106 tractu apponatur cautela, nē pē (quod scit) & apparet valorem bonorum, & renūciat tanquam de ea plenē informata; quam cautelam refert, & sequitur *Neapod. in consuet. cit. num. 32. vers. alij dicunt, Camill. Sasern. in dicta consuet. in verbo si filia iurauit. Equidem omnino videtur certioranda, nam licet scripsit, Archid. in cap. quamuis pactum de pact. in 6. num. 3. non esse necessariam, tamen in contrarium facit *Guid. pap. in decis. 227. & sequitur Couar. in dicto cap. in 3. par. §. 1. vers. 8. & latissimē fundat in materia iuramenti Gutier. in repet. Auth. sacramēta puberū, si aduersus vditionē, & nouissimē Castill. lib. 3. c. 2. rerum quotidianarum n. 8. & 11. tenet veriore, quod quando accedit iuramentum, certioratio non requiritur, tamen subdit deinde ad maiorem cautelam operare potest, quam sententiā sequitur *Bar. & communiter DD. Altobran. conf. 26. lib. 1. num. 44.***
- 107 Verumtamen etiam si sciat valorem bonorum, quando agitur ad finem, vt ali-

aliquid fiet, ipse renunciatus necessariò certiorandus esse dixit, *Alex. conf. 24. in ffecto processu num. 4. & sequent. vers. quia, ibi denunciatio lib. 4. & conf. 27. viso themate in principio lib. 6. Cardin. Tusch. conclus. 111 199. num. 7.* Ex quibus sequitur an creditur Notario dicenti, se certiorasse.

Procius vniuersalem regulam esse, **112** quod credendum sit scriptis à Notario confectis, nisi falsitas probetur, aut vergeat tremenda suspicio, *Angel. in l. sciendum, & alii ibidem dicentes communem, Imol. in cap. cum contingat col. fin. de iure iur. Fulgos. in l. fin. §. si mulier ff. ad Vell. Bar. in l. si librarius ff. de regul. iur. & probatur per dictam l. sciendum, ea ratione quia credi debet officiali attestanti*

113 aliquid circa proprium officium, quando non vergeat eius interesse, sicut etiam

114 est credendum Birruario dicenti quod intimauit nisi contrarium probetur, *Card. Tusch. in lit. N. conclus. 83. num. 84. dicit l. sciendum, ubi scribentes omnes ff. de verbor. oblig. Caphal. conf. 409. num. 20. lib. 3. Afflict. decis. 245. num. 9. Crot. conf. 121. num. 36. lib. 1. Crauet. conf. 75. num. 2. lib. 1. Bal. conf. 158. num. 3. lib. 2. Flam. de Rubeis conf. 30. num. 54. Nat. conf. 146. nu. 7. lib. 1. Boer. decis. 25. num. 7. Emanuel Suarez in Theaur. recept. sentent. litt. N. num. 41. Bertax. in tract. de claus. glos. 34. num. 2.*

115 Qua regula præsupposita omninò dicendum erit, quod credendum sit Notario, se certiorasse de valore bonorum, *Caualean. decis. 28. nu. 38. par. 2. Surd. conf. 7. num. 47. cum alijs relatis per Castill. in dec. Sicil. tom. 3. decis. 50. num. 126. Merlin. Præses S. R. C. Neap. Controuers. forens. tom. 1. cap. 8. num. 9. Grass. in tract. de except. excep. 27. num. 30. & num. 31.* sed quid si fertur mina opposuit in iudicio, quod Notarius ipsam non certiorauit, & Notarius respondeat se certiorasse, vnde vocatus à Iudice, & interrogatus, quid importet Velleianum, & Notarius, eo instanti nesciat respondere; an vere præsumatur mulierem, non esse certioratam, *Alber. de Rosa in l. sciendum cit. ff. de verbor. obligat. sequutus à Crot. & alijs dixit se obtinuisse pro muliere, quod scilicet, non præsumitur certiorata, Communis verò tenet contrariam, Fulgos. & alii relati, asserentes instrumentum valere, & mulierem præsumi certioratam, probat*

118 primo, quia factò instrumento est acquisitum ius parti; quod ius non

119 est auferendum ex aliquo accidenti quod Notarius oblitus sit substantiæ Velleiani, vel aliquid simile, *Argument. l. final. ff. de pact. id quod optimè ex-*

Bartol. probatur in leos in l. si quis §. 1. ff. ad Syllanian. vbi habet quod testis, qui testimonium dixit in vita, etiam si tem-

120 pore mortis falsum se dixisse dicat, vel Iudex in statu mortis dicat nullam fuisse sententiam à se factam, non tamen per talem confessionem cadit valor sententiæ, *sequuntur Castrens. in l. Seia ff. ad Velleian. Speculat. de instrumenti edictio-*

121 ne, & alii relati addentes; quod si Notarius in extremis positus dicat se inuoluide confecisse instrumentum, non præiudicat parti, quæ iam acquisiuit ius ratione instrumenti, sed debet alias probari inualiditas, igitur in casu prædicto valet instrumentum, quando mulier certiorata renunciauit, & postea Notarius coram Iudice nesciat substantiam

122 renunciationis, cuius occasione dicendum erit, quod sit credendum Nuncio referenti aliquid ita euenisse.

123 In qua permittendum est, quod Nuncius, vel est priuatus, vel publicus, seu iudicialis, priuatus est quem eligunt priuati homines, ad negotium gerendum, certè enim omnes contractus iuris gentium, per nuncium, vel per Epistolam possunt compleri, *l. 1. ff. locati, l. ex consensu ff. de action. & obligat. §. 1. instit. de oblig. que ex consensu; Denique iudicialis est, qui vel à Principe, vel à supremo Magistratu deputatur ad munera publica iudicialia exequenda; & et ad citandam partes.*

Nā primo resoluitur per *Bar. & Alex.* esse credendum nuncio referenti se citasse, de quo latè disputant *DD. in cap. cum parati de appellat. & habetur in l. 4. §. prætor ff. de damno infecto. cap. de iure peritus de officio delegat. latè de hac materia Bar. in l. si librarius ff. de regul. iur. Boss. in tit. de denunciat. nu. 4. Marant. in suo specul. par. 6. tit. de renunc.*

125 Verum tamen hoc impedire videtur nempè quod semper in contractibus damnosis, præsumitur ignorantia, tum in femina tum in rustico, tum denique in minore, cum ex naturali intuitu præsumatur ignorasse, iuxta *l. quisquis C. de resc. vendit Dec. autem in conf. 180. parificat mulierem, rusticum; & minorem, in quibus bene imbecillitas etatis efficit vt præsupponatur ignorantia, videas Aym. in conf. 188. n. 2. Bal. in 5. vol. conf. 193. n. 7.*

126 Ex hoc autem magna oritur difficultas, videlicet quod si pater dotauit filiam, & renunciauit in beneficium sororis in capillo, deinde postquam filiam dotauit de eximia dote orta fuit alia filia, & perijt dotem æqualem suæ sorori, in qua dotatione facultates patris, non

sufficere ad talem dotationem, Denique filia nū si tanquam læsa agere possit de dote eximia, contra suam sororem.

In qua quæstione multum elaborauerunt DD. & præcipuè *Afflic. decis. 86. Franc. decis. 104.* refragantes inter se ea ratione motus *Affl. per l. fin. §. si à socero ff. qnq. in fraud. credit.* quem tex. multum difficile esse fateor, & adeo probabilem esse inquit, ex tenore ipsius tex. quod si mulier seu maritus sciuerit talem dotationem, adhuc teneatur tam maritus, quam vxor, si tamen sola vxor, contra ipsam, tantum actio conceditur, sub-
127 iungit enim I. C. an talis actio constante matrimonio concedatur, vel post solutum.

Cui quæsito respondit *Bar. in l. fin. §. si si à socero ff. de his que in fraud. credit.* ibi constante matrimonio indubitata ratio redderetur, quin de tali dote eximia agere possit, ea ratione quia talis respectu mariti præstare videtur, ex titulo oneroso, id quod à l. consideratum fuit, soluto autem matrimonio, bene conceditur talis actio, ex eo quia in muliere talis dotatio, non quidem, vt dotatio cōsideratur, sed vt donatio excessiua, quia de iure constitutionis iam satis supra dictum est, nam vt donatio statim reuocatur, per *l. si unquam C. de reuocan. donat.* Imo multum allentior cum *Paul. de Castr. in l. i. C. de inoffic. donat. in principio,* vbi quando agitur de lucranda dote à marito, omnimodo conceditur talis actio, verum talis dotatio, non in totum reuocatur, sed habet tantum robur quo ad legitimam, quæ de iure naturæ filiis debetur, *Affl. num. 2. quicquid sequendo Gramat. decis. 60. num. 3. in fine, referente taliter iudicatum in S. C. contra Paul. de Castr. ut dixit Affl. apud ipsum.*

129 Procederet inquam *Afflic. decisio*, quādo pater dotauit filiam de omnibus bonis præsentibus, & in actu estantibus filiis, quo casu optima fraus aperiretur, quod fraus filix iurari non debet, Imo non solum si ipsam dotauisset de omnibus, verum etiam de parte bonorum, 130 sicuti alienatio non solum dicitur alienatio omnium bonorum, quando omnia bona dissipantur, sed etiam quando pars bonorum dissipatur, vt *Alex. in 4. vol. cons. 103. in prima col. Neapod. in consuet. si moriatur num. 6.*

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum in minore est suppletium.
- 2 Iuramentum in personis ob defectum natura dicitur suppletorium.
- 3 Malitia, supplet aetatem.
- 4 Definitio iuramenti.
- 5 Iuramentum, quomodo adhibeatur.
- 6 Actus possessionis, quomodo acquiratur.
- 7 Iuramentum, non facit contractum valere, quod de iure videtur inualidus.
- 8 Iuramentum habet causam firmatiuam contractus.
- 9 Instrumenta de iure communi, an habeant paratam executionem.
- 10 Instrumenta vigore iuramenti, an habeant executionem paratam.
- 11 Instrumenta in Tuscia, & Perusia, quomodo appellantur.
- 12 Clausula guarantigia quid operetur, & à quibus fuit introducta.
- 13 Iuramentum decisorium quid sit.
- 14 Iuramentum confirmatorium, an inducat paratam executionem.
- 15 Iuramentum confirmatorium præstat ex consuetudine, & stylo Notariorum.
- 16 Iuramentum confirmatorium, an differat à iuramento asseritorio.
- 17 Iuramenta guarantigia habent vim sententia diffinitiuam.
- 18 Iuramentum operatur, quod instrumenta habent vim sententia transacta in rem iudicatam.
- 19 Iuramentum facit valere actum omni meliori modo.
- 20 Iuramentum cessat in contractu minoris, quando de aperta lesione, & fraude probatur.
- 21 Beneficium leg. 2. C. de rescind. vend. dicitur humanum, iustum, & sanctum.
- 22 Beneficium leg. 2. C. de rescind. vendit. an extendatur ad donationes.
- 23 Beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. currit tantum in contractibus bona fidei, non autem stricti iuris.
- 24 Beneficio l. 2. C. de rescind. vendit. multa sunt consideranda.
- 25 Lex 2. C. de rescind. vendit. non agit ad rescindendum id quod iurauit, sed ad supplementum recuperandum.
- 26 Leg. 2. C. de rescind. vend. procedit, non solum in contractibus iuratis, verum etiam, & in contractibus geminatis.
- 27 Geminatio in contractibus multum operatur.
- 28 Geminatio licet multum operetur in contractibus, illa non admittitur in contractu nullo.
- 29 Geminatio tollit beneficium leg. 2. C. de rescind.

- rescind. vendit.
- 30 *Restitutio in integrum, an habeat locum in l. 2. C. de rescind. vend.*
- 31 *Geminatio non solum tollit beneficium l. 2. C. de rescind. vendit. verum etiam, & beneficium Velleiani.*
- 32 *Geminatio inducit confirmationem actus, & validitatem contractus, facta ex temporis intervallo.*
- 33 *Geminatio excludit dolum, & fraudem, nec attenditur lesio qua ex dolo, & re ipsa resultat.*
- 34 *Geminatio supplet omnes defectus solemnitatum, & inducit maiorem animi deliberationem.*
- 35 *Geminatio inducit donationem renunciationem, & quemlibet contractum validum, verum, licitum, & legitimum.*
- 36 *Confessio extrajudicialis geminata pro iudicat, & est ac si fuisset facta in iudicio.*
- 37 *Actio non oritur ex pacto nudo.*
- 38 *Actio oritur ex geminatione super eadem re, etiam ex intervallo apposta.*
- 39 *Verba enantiatiua licet prolata in contractibus non sunt obligatoria tamen si sunt geminata bene obligant.*
- 40 *Beneficium Velleiani tollitur per cautionem geminatam.*
- 41 *Subbatio firmat contractum & perpetuo robur attribuit.*
- 42 *Contractus subbata fiscali factus, nullo modo retractari debet.*
- 43 *Emens subbata amplius inquietari non debet.*
- 44 *Emens subbata, non debet à futuris oblationibus, etiam maioris summe & melioris conditionis molestari.*
- 45 *Venditio dicitur perfecta extincta candela.*
- 46 *Licitator debet venire infra legitima tempora, & sic quando sunt subbationes.*
- 47 *Licitator post candele extinctionem non admittitur.*
- 48 *Fiscus non restituitur post licitationem perfectam.*
- 49 *Licitator primus, an per secundum plus offerentem liberetur.*
- 50 *Cautela ponenda in licitationibus.*
- 51 *Licitator potest cogi etiam per capturam personarum, pro implenda oblatione facta, perfecta venditione.*
- 52 *Emens subbata à quouis creditore inquietari non poterit circa augmentum temporis quoniam emptori spectare videtur.*
- 53 *Augmentum temporis illi spectare videtur, cuius est periculum rei.*
- 54 *Augmentum temporis consideratur per allusionem, & ad emptorem spectat.*
- 55 *Ius offerendi, an detur in augmento temporis.*
- 56 *Lesio ultra dimidium iuxta pretij habet locum contra ipsam subbationem, & procedit l. 2. C. de rescind. vend.*
- 57 *Lex 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in subbatione.*
- 58 *Venditio fiscalis solemniter, & bona fide facta retractatur pro textu lesionis, ut facilius emptores inveniuntur.*
- 59 *Lesio enormis, qua dicatur.*
- 60 *Lex 2. C. de rescind. vendit. locum non solum habet in transactione, verum etiam, & in locatione.*
- 61 *Lex 2. C. de rescind. vendit. non habet locum in illis rebus, in quibus lesio considerari non potest.*
- 62 *Lex 2. C. de rescind. vendit. non habet locum in annuis redditibus, consentientibus in specie ac dubio euentu.*
- 63 *Lex 2. C. de rescind. vendit. an competat emptori lesio.*
- 64 *Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. humanum est.*
- 65 *Lex 2. C. de rescind. vendit. an habeat locum in contractu geminato per emptorem.*
- 66 *Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. in quibus contractibus habeat locum.*
- 67 *Lex 2. C. de rescind. vendit. procedit tantum, contra alienantem, non autem contra consentientem alienationi,*
- 68 *Renunciatio omnibus beneficiis, an censeatur renunciatio beneficio l. 2. C. de rescind. vendit.*
- 69 *Renunciatio l. 2. C. de rescind. uendit. specialis esse debet.*
- 70 *Lex 2. C. de rescind. uendit. specificè est renuncianda.*
- 71 *Renunciatio leg. 2. C. de rescind. uendit. valet cum iuramento.*
- 72 *Renunciatio leg. 2. C. de rescind. uendit. valet etiam si facta fuerit in continente, in eodem instrumento.*
- 73 *Renunciationes generales, non videntur sufficientes ad tollendum beneficium leg. 2. C. de rescind. uendit.*
- 74 *Renunciatio generalis leg. 2. C. de rescind. uendit. non operatur exclusionem d. leg. 2. C. de rescind. uendit.*
- 75 *Lesio enormis intelligitur exenta à quacumque verborum generalitate.*
- 76 *Renunciatio l. 2. C. de rescind. uendit. valet, si tacite facta fuerit.*
- 77 *Clausula in instrumentis adiecta, si plus valet donavit, & in presenti donat, an censeatur tacite renunciatio beneficio leg. 2. C. de rescind. uendit.*
- 78 *Scientia inducit renunciationem.*
- 79 *Valor bonorum quomodo probetur.*
- 80 *Ignorantia non presumitur in facto proprio.*
- 81 *Scientia presumitur, ex vicinitate rerum.*
- 82 *Simplicitas potius presumitur in minore*

- rustico, & muliere, quam liberalitas, quia non habent potestatem donandi.*
- 83 *Scientia valoris, iudicis arbitrio remittitur.*
- 84 *Remedium leg. 2. C. de rescind. uend. nunquam censetur sublatum, etiam si in instrumento adessent quamplurimas clausulas, & renunciaciones.*
- 85 *Renuncians ignorans valorem bonorum, etiam si dixisset in instrumento, quod si plus valet donat, non intelligitur de magno pretio, sed de modico.*
- 86 *Remedium leg. 2. C. de rescind. uend. an cesset, quando in instrumento venditionis dicit illud fieri animo deliberato, ac nullo errore ducto rem vendidisse.*
- 87 *Geminatio, Cumulatio, & augmentatio sunt maioris efficacia.*
- 88 *Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. quando cessare videtur.*
- 89 *Remedium leg. 2. C. de rescind. uendit. tollitur quando in contractu adsunt illa verba, quod si res plus valet id sponte renunciauit, & ex sui certa scientia nullo errore ductus donauit, &c.*
- 90 *Clausula omni legum, & iuris auxilio, an operetur renunciationem l. 2. C. de resc. uendit.*
- 91 *Venditor siue emptor an excludatur à beneficio l. 2. C. de rescind. uendit. ex capite cuiusuis lesionis.*
- 92 *Renunciatio resoluitur, & rescinditur propter lesionem.*
- 93 *Lesioni enormissima renunciari an possit, etiam cum iuramento.*
- 94 *Iuramentum appositum in contractu de nō contraveniendo non tollit lesionem enormissimam.*
- 95 *Lesio enormissima vires iuramenti tollit, nec est necessaria absolutio.*
- 96 *Iuramentum est seruandum, quando in contractibus, non interuenit enormissima lesio.*
- 97 *Iurans non videtur consentire in tantam lesionem.*
- 98 *Dolus excipitur à iuramento.*
- 99 *Lesioni enormi, an renunciari possit.*
- 100 *Dolus proueniens ex enormi lesione, presumptus dicitur, & proinde remitti potest.*
- 101 *Iuramentum in minore, venit ut integrum personae, & ipsum maiorem reddit.*
- 102 *Restitutio in integrum consideratur etiam in maiore, & i, si conceditur.*
- 103 *Iuramentum in contractu lesiuo positum iuris Canonum ipsum excludit, nec virtute iuramenti contractus subsistere potest, nec iure conuentionis.*
- 104 *Iura que considerantur in minore, ius minoris implicitè, & ius maioris explicitè.*
- 105 *Minor simpliciter iurans an excludatur à remedio leg. 2. C. de rescind. uendit.*
- 106 *Minor an renunciare possit beneficio restitutionis in integrum.*
- 107 *Beneficium restitutionis in integrum fuit concessum causa imbecillitatis.*
- 108 *Restitutio in integrum minori conceditur, dummodo concurrat lesio, & minor aetas.*
- 109 *Restitutio in integrum petita, est supersedendum in executione sententiae siue decreti.*
- 110 *Restitutio in integrum datur minori, non solum de contractu gesto cum minore, sed etiam de omni actu per quem minor infertur prauidicium.*
- 111 *Melius est ante tempus occurrere, quam post causam uulneratam remedium querere.*
- 112 *Utilitas publica fuit causa finalis concedendi beneficium restitutionis in integrum.*
- 113 *Iuri suo quilibet renunciare potest, non se extendit ista regula in casibus publicis.*
- 114 *Iuri publico renunciari an possit.*
- 115 *Persona priuata non potest derogari iuri publico.*
- 116 *Renunciatio non valet, nec etiam pactum super iure publico.*
- 117 *Pactum non est seruandum, priuatam rem respiciens, & publicam utilitatem ledens.*
- 118 *Quilibet in re sua est moderator, & arbitrer, cum suis limitationibus.*
- 119 *Iuramentum alteri obesse non debet.*
- 120 *Factum cuique suum, non etiam alteri nocere debet.*
- 121 *Liberatio, Pactum, Confessio, atque omnes alij actus facti ab uno, nunquam alteri nocere debet.*
- 122 *Actus licet pius sit, & fauorabilis in alterius prauidicium non subsistit.*
- 123 *Renunciatio restitutionis in integrum, ipso iure non tenet.*
- 124 *Beneficium restitutionis in integrum an censetur renunciatum à minore sub illa clausula omni legum, & iuris auxilio.*
- 125 *Beneficium restitutionis in integrum, nunquam venit sub generalitate verborum.*
- 126 *Beneficium restitutionis in integrum duplex est, unum quod conceditur minori ex capite minoris aetatis, alterum quod conceditur maiori ex clausula generali, si qua mihi iuxta causa videbitur, & ex capite ignorantia, & ex scripturis nouiter re-pertis.*
- 127 *Remedium restitutionis in integrum dicitur remedium extraordinarium, & conceditur in subsidium.*
- 128 *Remedium restitutionis in integrum, non censetur derogatum, nisi de eo fiat specialis mentio.*
- 129 *Remedium extraordinarium licet regulariter, non concurret cum ordinario, tamen*

- admittitur, quando ipsa remedia competunt contra diuersos, & ad diuersa, & multo magis quando remedium extraordinarium pinguis prouidet.
- 130 Remedium siue beneficium restitutionis in integrum, poterit minor proponere post decretum, & sententiam, & impedit executionem illorum, etiam si sententia esset lata à Principe, & à S. R. Conf. Neapolitano.
- 131 Remedium restitutionis in integrum, non debet esse calumniosum.
- 132 Remedium restitutionis in integrum cui competat.
- 133 Practica S. R. Conf. Neapolitani circa remedium restitutionis in integrum proponendum.
- 134 Remedium restitutionis in integrum concessum personis priuilegiatis, an profit aliis litis consortibus.
- 135 Causa in diuisiua quando dicatur.
- 136 Remedium restitutionis in integrum in multis casibus, non impedit executionem sententia.
- 137 Remedium restitutionis in integrum, non impedit executionem sententia, quando contra ipsum procedunt dua alie sententia conformes.
- 138 Remedium restitutionis in integrum, non impedit executionem sententia, quando fuit petitum post captum exequi, & sic post mandatum de parendo.
- 139 Stylus S. R. Consilii Neapolitani.
- 140 Decisio S. Reg. Conf. Neapolitani.
- 141 Latio ex eisdem actis fundari debet, petita restitutione in integrum, & quod talis sit, quod non requirat altiore indagine.
- 142 Exceptio requirens altiore indagine, non possit opponi, neque admitti in via executiua.
- 143 Restitutio in integrum aduersus rem iudicatam, non conceditur, nisi appareat de manifesta iniustitia, quod non requirit altiore indagine.
- 144 Restitutio in integrum conceditur hereditati iacenti cum inter miserabiles personas connumeretur.
- 145 Curator hereditatis iacentis habet facultatem petendi restitutionem in integrum.
- 146 Tempus nunquam currit hereditati iacenti, nec dici potest elapsum, nec in mora dici potest.
- 147 Hereditas iacens non constituitur in mora, nec contra ipsam incoari prescriptione, licet incoatam cum defuncto currere.
- 148 Restitutio in integrum conceditur maioribus ex capite ignorantia, & ex clausula generali, si qua mihi iuxta causa esse videbitur, & ex scripturis nouiter repertis.
- 149 Ignorantia est iuxta causa concedendi restitutionem in integrum, qui lapsu temporis lesi sunt.
- 150 Restitutio in integrum ex capite ignorantia conceditur aduersus prescriptionem triginta, imo & quadraginta annorum.
- 151 Ignorantia debet esse iuxta, & probabilis ex capite ignorantia, ad finem concedendi beneficium restitutionis in integrum.
- 152 Scientia excusat à beneficio restitutionis in integrum.
- 153 Exceptio beneficii restitutionis in integrum dupliciter opponi potest, per modum exceptionis, & per modum actionis.
- 154 Exceptio non est perpetua, sed temporalis, & durat eo tempore, quo durat actio.
- 155 Temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum.
- 156 Mulier, & minor equiparantur.
- 157 Mulier non habet consilium validum.
- 158 Minor habet consilium imperfectum.
- 159 Minor, & mulier, non sunt moderatores, & arbitri rerum suarum.
- 160 Minor magis succurritur, circa restitutionis auxilium, quam mulier circa uelleianum cum magis etati minoris, quam mulieris iura subueniunt.
- 161 Mulier circa eius beneficii renunciationem adiuuatur, tum favore Sen. Conf. Velleian. tum Regia Pragmatica in Regno Neapolitano edita.
- 162 Renunciatio beneficii Senat. Conf. Velleian. est prohibita, nec iuramentum ipsam renunciationem habilitare potest.
- 163 Mulier ea fragilitate ad contrahendum inducitur, eadem ad renunciandum.
- 164 Mulier ius suum ignorare presumitur.
- 165 Mulier non presumitur iuri, quod sibi competere ignorat renunciare.
- 166 Renunciatio non extenditur ad ignorata.
- 167 Iuramentum non trahitur ad ea, que quis ignorat tempore eius prestationis.
- 168 Renunciatio facta cum uerbis pragnantibus, & geminatis, ac uniuersalibus, & tã decogitatis, quam de incogitatis iuramento firmata, non praiudicat quoad ius ignoratum.
- 169 Opinio glof. in l. fin. §. penult. ff. ad Velleian.
- 170 Mulier debet esse certiorata de beneficio Senat. Consult. Velleian.
- 171 Mulier presumitur semper ignorare.
- 172 Pragmat. i. sub tit. de Senat. Conf. Velleiano ponderatur.
- 173 Renunciatio Senat. Conf. Velleian. facta per mulieres est nulla.
- 174 Certioratio non sufficit in renunciatione Senat. Consult. Velleian.
- 175 Mulier ignorat id, quod ei conuenit.
- 176 Mulier pro quauis causa priuilegiatissima se obligare non potest exceptis in illis, qua apud

- apud Franch. decif. 237 renunciantur.*
- 177 *Decifio Spectabilis Regentis Sanfelici.*
- 178 *Mulier potest se obligare ad pias causas.*
- 179 *Gautela traditur in obligationibus mulieris.*
- 180 *Creditores debent probare versum fuisse pecuniam in utilitatem mulieris.*
- 181 *D. Franciscus Merlinus Pignatellus Praefes S.R. Conf. Neapolitani, & Marchio Ramonti laudatur.*
- 182 *Beneficium Senat. Conf. Velleian. in heredes transit.*
- 183 *Mulier consensuens instramento gesto per maritum requiritur ad hoc ut tenetur probare pecuniam esse versam in utilitatem mulieris.*
- 184 *Color quæsitus, quomodo consideratur in muliere.*
- 185 *Argumentum valet de Macedoniano ad Velleianum.*
- 186 *Intercessio mulieris, quomodo consideratur.*
- 187 *Contractus illicitus, non potest quocumque modo circumscribi.*
- 188 *Color quæsitus est quando sub velato contractu venditionis fit contractus inter cesforius.*
- 189 *Color quæsitus nihil aliud fit, quam machinatio, aut excogitatio creatorum ad evitandum Senat. Consult. Velleian.*
- 190 *Mulier in contrahendo semper presumitur decepta.*
- 191 *Deceptio in mulieribus presumitur de iure, ne dum res, & consilio.*
- 192 *Mulieri obligate sub quæsito colore, magis succurritur, quam ei qui aperte pro alio intercessit.*
- 193 *Mulieribus prohibitum est intercedere, & se obligare pro alio.*
- 194 *Mulier potest expendere dotes suas, cause liberandi personas, & potest solvere pro alio.*
- 195 *Mulier inuatur Velleiano si intercedendo obligat se ad commodum alterius.*
- 196 *Beneficium Velleiani cessat in muliere liberaliter solvente, & donante, & dante se obliget, quia tunc non accedit aliene obligationi.*
- 197 *Mulier pro excarcerando viro possit se obligare, & pro causa prædicta potest vendere fundum dotalem.*
- 198 *Mulier obligans se pro excarcerando viro, & si obligatio esset tam magna, & in maiori parte, quod prorsus indotata remaneat est locus rescissioni contractus, & consideratur, lesio in illa, quæ censetur metu vi; vel dolo inducitur.*
- 199 *Rescissio contractus mulieris, quando locum habeat.*
- 200 *Exceptio Velleiani, etiam post sententiam opponi potest.*
- 201 *Beneficium Senat. Conf. Velleian. transit ad heredes.*
- 202 *Beneficium Senatus consult. Velleian. extenditur ad mulieres deceptas.*
- 203 *Mulier excluditur à beneficio Senatus consult. Velleian. quando habet animum decipiendi.*
- 204 *Beneficium Senat. consult. Macedon. fuit introductum, non solum ad tollendas sceleris causas, sed etiam peccati materiã.*
- 205 *Beneficium Macedonianum fuit introductum in odium creatorum mutuantium pecuniam filiis familias.*
- 206 *Creditores mutuantem pecuniam filiis familias in vita patris, non habent actionem, nec post eius mortem concedatur actio contra ipsos.*
- 207 *Exceptio Macedoniani est una de potentioribus exceptionibus, & dicitur potius defensio, quam exceptio.*
- 208 *Exceptio Macedoniani operatur in filio famil. recipiente pecuniam mutuan, ut mutuan repetere illam non possit.*
- 209 *Filius familias propter dispositionem legis, vel statuti, non tenetur restituere pecuniam, sibi mutuatam, pluribus modis limitatur.*
- 210 *Beneficium Macedonianum cessat quando pater post contractum mutuum à filio fam. soluit debitum factum, sine eius voluntate, & mandato.*
- 211 *Solutio debiti ratificationem contractus inualidi gesti per filium fam. operatur, etiam si fuerit facta in partem.*
- 212 *Beneficium Macedonianum cessat quando filius famil. esset in scholis siue studiis, & recepit pecuniam mutuan, & quod dicimus de studio intelligitur etiam in filio fam. surgente legatione, & tenetur restituere pecuniam mutuan, sibi mutuatam ampliatur etiam in milite existente in castris.*
- 213 *Agnitio debiti facit cessare beneficium Macedonianum.*
- 214 *Promissio noua solvendi debitum factum per filium fam. facit cessare Beneficium Macedon.*
- 215 *Filius famil. suscipiens solvere debitum patris, non potest se inuari Beneficio Macedon.*
- 216 *Solutio partis debiti operatur, ut debitor teneatur ad solutionem restantis partis, & si non esset obligatus per scripturam validam approbat ipsam scripturam, & potest debitor abstringere ad solvendum residuum.*
- 217 *Debitor solvens partem debiti etiam si non esset obligatus per scripturam validam potest abstringi ad solvendum residuum debiti.*
- 218 *Debitor per partem debiti soluta ratificatur.*

- id, quod promiserat, non obstante quod per dictam promissionem, non poterat à principio abstringi.
- 219 Beneficium Macedon. cessat in filio famil. recipiente pecuniam mutuam si interuenit in dicto mutuo consensus, aut iussus suae voluntas patris.
- 220 Beneficium Macedon. fuit introductum, ut ne filij famil. mutuum recipiant, sine parentum iussu.
- 221 Pragm. i. de Senat. Consult. Macedon. exponitur.
- 222 Filius famil. Neapolitanus si se obligauit in alijs locis in quibus non viget dicta pragm. i. de Senat. Consult. Macedon. an teneat obligatio.
- 223 Locus contractus inspicitur.
- 224 Consensus patris est necessarius ad solennitatem actus, & ad integrandam personam filii.
- 225 Filius famil. est in eapax, ad solemizandas obligationes.
- 226 Pater non potest prestare consensum filiis, in sui beneficium.
- 227 Beneficium Macedon. cessat, quando filius famil. publice pro patre famil. habebatur.
- 228 Filius familias si in obligatione dixerit non habere patrem non cessat Macedonianum.
- 229 Beneficium Macedon. cessare quando pecunia accepta mutuo per filium famil. esset versa in utilitatem patris.
- 230 Obligatio filii valet, quando pater est praesens consensit, & non contradixit, vel ratum habuerit.
- 231 Beneficium Macedon. non habere locum rante honoru Castrensiu, vel quasi Castr.
- 232 Exceptio Macedoniani non solum competit ipsi filio fam. recipienti mutuum, verum etiam, & suis fideiussoribus.
- 233 Tempus numerationis an sit attendendum, vel celebrationis instrumenti.
- 234 Definitio mutui.
- 235 Filius familias an possit renunciari beneficio Macedon.
- 236 Filius famil. non potest renunciare exceptioni Macedoniani.
- 237 Priuilegium concessum alicui ob sui fragilitate tali priuilegio renunciari non potest.
- 238 Causa qua concurrat in renunciatione euitanda, concurrat in priuilegio concedendo.
- 239 Exceptionibus omnibus, an quilibet possit renunciare.
- 240 Renunciatio generalis non comprehendit exceptiones futuras.
- 241 Renunciatio exceptionis valet, si specialiter causa exceptionum expressa sint, vel habuit renuncians certam scientiam.
- 242 Exceptio Macedoniani potest opponi non solum ante, sed post sententiam.
- 243 Consensus patris facit cessare exceptionem Senat. Consult. Macedon.
- 244 Minor non potest renunciare beneficio suo, nec expresse, nec tacite.
- 245 Renunciatio alia est in factis, alia in verbis.
- 246 Renunciatio verbis facta explicatur.
- 247 Renunciatio factis facta explicatur.
- 248 Renunciatio tacita, magis praeiudicat, quam expressa.
- 249 Renunciatio iuris sui praesumitur, quando aliquis in tempore praefixo non facit, quod facere debebat.
- 250 Tempus inducit renunciationem.
- 251 Appellatio praesumitur renunciata, si infra legitima tempora non fuit appellatum.
- 252 Ferijs censetur tacite renunciaisse, si litigantes tempore feriarum litigant.
- 253 Renunciatio beneficii, nec tacite, nec expresse, absque licentia superioris potest fieri.
- 254 Renunciatio tacita est de iure validissima.
- 255 Regressus non datur ad ius renunciatum.
- 256 Definitio renunciationis.
- 257 Consensus inducitur, non facta contradictione, cum poterat contradicere, in actu praesudiciali.
- 258 Approbare videtur, qui non contradicit.
- 259 Consensus dicitur expressus in renunciando non conueniens.
- 260 Actus contrarius, est tanti roboris, quod nunquam ad ius primeuum redire potest.
- 261 Minor non habet restitutionem aduersus renunciatum ius, per contrarium actum.
- 262 Ecclesia, & Vniuersitas perdunt ius eorum per contrarium actum.
- 263 Actus continuati requiruntur spatio viginti annorum, in praesumenda renunciatione per contrarios actus.
- 264 Actus vnus contrarius inter priuatos sufficit, ad inducendam renunciationem.
- 265 Vfus alicuius rei per non usum praescribitur inter praesentes decennio.
- 266 Praescribens non praescribit seruitutem, sed libertatem praedij sui.
- 267 Priuilegio non utens, videtur renunciare dicto priuilegio quoties utendi occasio adest, & praecipue in Nundinis impetratis à Principe, non utendo, qui meruit decennii tempora usum amittit.
- 268 Vfus fructus amittitur, eo non utendo decennio, inter praesentes, & viginti inter absentes à tempore, quo competere capit.
- 269 Ius autem seruitutis, non utendo amittitur.
- 260 Maritus non utens seruita debita, praedio dotali illam amittit.
- 261 Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. praescribitur spatio triginta annorum, prout praescribuntur cetera omnes actiones personales.
- 272 Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. lesus prosequitur ex contractu emptionis, & venditionis.

- 273 Actio personalis datur laeso ex contractu emptionis, & vendit.
- 274 Actio remedii leg. 2. C. de rescind. vendit. est mera personalis, neque rem sequitur, nec datur contra singularem successorem, nec agere poterit contra tertiam possessorem.
- 275 Remedium leg. 2. C. de rescind. vendit. est personale, & non datur: contra tertium possessorem, sed solum contra primum emptorem,

CAPVT IX.

Renūciatio à minore facta utrum iuramento firmetur.

- I** Vod iuramentum in minore suppleturium videtur; & maiorem reddat, adest glos. in l. 2. C. de rescind. vendit. ubi Bar. & Angel. in Auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. Dec. conf. 682. num. 17. Crauet. conf. 7. num. 4. conf. 455. num. 6. conf. 594. num. 9. Roland. conf. 59. num. 23. lib. 1. Surd. consil. 114. num. 10. Simoncell. de decreto tit. 8. in spect. 18. num. 138. Seraph. in tract. de priuil. iuram. priuil. 33. num. 167. ibi in personis.
- 2** ob defectum naturæ suppletorium, Bal. conf. 90. Dilecto Domino num. 10. vers. prater ea iuramentum lib. 1. ubi in apostill. in vers. minore, & in conf. 258. quantum ad primum lib. 5. Paul. de Cast. in conf. 290. v. supra scripta num. 2. col. 2. in principio lib. 2. ea ratione, quia maiorem reddit, Alex. conf. 9. num. 3. & 4. lib. 5. Intelligendo vero de illo iuramento representante ipsum maiorem, prout loquutus fuit, Bar. in conf. 162. vers. nec potest dici num. 2. lib. 1.
- 3** Eo modo supplet, sicut malitia ætatē, Auth. sacram. puberum est. C. si aduers. vendit. vnde in hoc capite nulla alia maior vis, pro nunc assignari potest, nisi iuramentum, quod quidem iuramentum dicitur sacra astringimentum, quasi diuini numinis obligatio, testimonio, & interuento confirmata, nam vt voluit Veget. in 1. lib. de re militari, in greca lingua (ὄρκιον) nempè sacrum secretum, aut religiosum Arcanum, quod omnia probabilioribus mediis, ad tale astringimentum adhibentur, scripsit Cynus in dicta Auth. num. 3. & 5.
- 5** Nam plerumque ipsum iuramentum adhibetur sacris Euangelii tactis, plerū-

que vero sine tactu, & cum corporali tactu, nam sufficere tantum solam visionem, vt quidam DD. voluerūt, Argum. quod de possessione dicitur, in quo, actu, agendo, animus, & corpus requiritur, vt l. 3. ff. de acquir. possess. & tamen solus visus operatur, quoque acquisitionem, hoc autem in dies multam practicatur, imo requiritur manualis tactus prout nostra praxis docet.

7 Quapropter iuramentum non efficit vt valeat contractus, quod de iure videtur inualidus, quia nec supplet, nec dirimit aliquid, à contractu, Roman. conf. 269. non est dubium; cōmunem dixit, Alex. in conf. 37. col. 3. lib. 2. Oltrad. conf. 238. nu. 2. & conf. 178. Vnde melius tum ratione æquitatis, tum iuris, quod contractus remaneat validus, ratione contractus, quā vt solo iuramento sustentetur, & illo sublato corruiat; nam in illis contractibus in quibus necesse est iuramentum, tale iuramentum habere videtur causam firmatiuā contractus, Galter. de instrum. liquid. fol. mibi 7. num. 9. late Francisc. Anfeld. in suo tractatu de iurisdit. Ecclesiastica par. 2. tit. 10. cap. 14. nu. 1.

9 Illud autem certum est, iuramentum semper tribuere robur contractui, quod euidenter demonstratur, de iure communi autem instrumenta, executionē in se paratam non habent, vt l. minor. 25. ann. ff. de minor. sequitur Paris. in additione ad Bar. in dicta l. minor. Præses S. R. C. Neap. Marchio Ramonti lib. 2. centur. 2. cap. 2. num. 5. tamen vigore iuramenti, illa executionem paratam sortiuntur; intellige autem de illis publicis instrumentis, v3. solemniter, & ritè ordinatis, Authentica, seu publicæ personæ, manu publicæ memoriæ causa facta, vt inquit Specul. de instrumentorum editione, & in §. nunc dicendum, nam vt refert Carauit. in Rit. M. Cur. Vic. & signanter in ritu 166.

11 num. 5. quod in Tuscia appellantur guarentigia, ratione præcepti de soluendo, quod facit in illis Notarius, Authentica sui priuilegii, secundum Bal. in l. fin. num. 8. C. ubi & apud quem, vel autoritate statutorum, secundum eundem Bar. in l. Diuo Pio §. sententiam in fine ff. de re iudic.

12 Quod nomen guarentigie est vocabulum barbarum, à Franchis, & Longobardis ortum, tex. in cap. 1. de leg. Corrad. & significat firmam defensionem de iure, & de facto Mar. Aquil. in repet. l. 1. §. si quis ita num. 128. ff. de verb. obligat. Franc. de Leonard. in tract. de varijs iur. decision. cap. 12. nu. 3. Coler. in tract. de process. execut. par. 1. cap.

cap. 3. nu. 19. Petr. Frider. in tract. de mand. sine clausula lib. 2. cap. 69. n. 12. & dicta clausula Guarantigæ nihil aliud est nisi, vt vigore ipsius, incipere possit à captura debitoris, sine strepitu, & figura iudicii, Roman. conf. 133. num. 1. Carauit super ritu M. C. V. 167. nu. 13. Tusch. lit. L. conclus. 240 num. 7. Mart. de iurisdit. par. 2. cap. 45. nu. 5. vel poteris dicere, quod clausula Guarantigæ, est quodam præceptum, quod fit per Notarium de ipso instrumento rogato, parti roganti, vt obseruet incontinenti contenta in instrumento, Angel. in l. ait prator §. si iudex ff. de re iudic. Cyn. in l. 1. C. de confesso, Bar. in l. non fatetur in fine ff. eod. Socc. sen. conf. 79. num. 49. lib. 4. Seraph. de priuil. iuram. priuil. 77. nu. 5. Corn. conf. 249. vol. 3. lit. D. Menoch. de arbitr. iudic. casu 17. num. 5. Muta super ritib. Sicil. cap. 101. num. 13. Syluester Zachia in addit. de obligat. Cameralib. quaest. 6. num. 5. & quaest. 2. num. 12. Cauat. decis. 28. num. 45. lib. 2. Riccard. conf. 21. num. 1. in criminalib. Affin. in tract. de exequut. instrum. §. 1. c. 25. num. 2. Petr. Frider. in tract. de mand. sine clausula cap. 69. num. 8. latè Tiraquell. in tract. de iure constit. limit. 30. num. 48. Bened. de Barzi in tract. de Guarantig. quaest. 1. Cùmia super ritu cap. 6. num. 28. Alfonso Aluarez in speculo Pontific. cap. 70. vers. alius casus fol. mihi 381. Tusch. in lit. G. conclus. 81 num. 1. In Perusiæ autem statu appellatur confessio, vt dixit Bart. in l. 1. in princ. nu. 3. C. de confess.

13 Intelligendo autem de illo iuramento litis decisorio, quoniam illud iuramentum est causa paratæ executionis, Balin. l. 1. na. 5. C. de reb. credit. & in l. si duo patroni §. si quis iurauerit ff. de iure iuran. Abb. in cap. fin. de iure iuran. Dec. in conf. 682. nu. 5. quod iuramentum decisorium dicitur quado promissor stipulatori defert iuramentum, qui tunc iurat se debere recipere, quantum in ipso stipulationis instrumento deductum est, Bart. in l. 2. nu. 4. ff. de iure iur. & ibi Ias. Alfonso Aluarez in speculo Pontific. cap. 7. vers. alius casus; Sala super Constitut. Sabaud. tit. de foro compet. glos. 7. nu. 6. Marsil. singul. 299. Alb. Mandell. conf. 791. num. 34. & 35. Villaut. decis. 28. num. 8. Honded. conf. 31. nu. 16. lib. 1. Surd. conf. 25. nu. 25.

14 Non enim parere videtur paratam executionem, iuramentum confirmatorium, prout dixit Turret. in conf. 93. nu. 25. lib. 2. quoniam illud simpliciter ap-

15 ponitur, & præstat ex consuetudine, & stilo Notariorum, quod à parte parti non defertur Anton. Peregr. in conf. 77. nu. 12. & 23. Seraphin. in tract. de iuram. in

prefat. nu. 5. & priuil. 77. num. 33. Phanuc. in tract. de iure iurand. in litem in 2. par. 16 principali num. 11. & quando differat ab assertorio, Peregrin. in conf. 77. Valasc. decis. 99. num. 14. Cardin. Tusch. in lit. I. conclus. 496. nu. 12. & 13. Couar. in cap. quamuis pactum de pactis in 6. Villaut in decis. 20. nu. 7. & 29. de hoc satis dixit in specie Mars. in suo specul. disput. 5. nu. 26. & 29.

Restant autem tria alia genera instrumentorum, de quibus videas apud Specul. in loc. cit. nam omnino aduertendum est, quod quando mandatur executioni, vt refert Couar. de exequut. instrum. publ. cap. 11. num. 1. quod ordinatis solemnitatibus, dilationibus, & libellorum formulis iudiciorum, captis statim pignoribus, & publica subhastatione expositis executioni mandatur, semper intelligendum est de illis instrumentis guarantigiatis, & confessis, prout refert Carauit. in dicto Ritu num. 7. dumodo liquidum sit instrumentum, prout dicitur illud quando continet certum debitum in substantia qualitate, & quantitate. l. stipulationum vbi Bart. & Alex. ff. de verb. oblig. & nullam recipit exceptionem, vt in Pragmatica Regni Neap. incipiente odialitium de ordine iudiciorum Ritus M. Cur. Vic. Neap. 163. incip. instrumentorum appellatione per tot. & in nu. 16. & 17. nam de non liquido exequutio petitur, & reducto ad liquidam quantitatem incertitudo ipsius contractus, demum executioni mandatur, vt dixit Couar. in vers. in summa.

17 Denique instrumenta guarantigia habent vim sententiæ diffinitiuæ, Galter. de liquid. loco cit. n. 17. per l. possessorio §. & si possessor ff. de acquir. poss. & in l. debitori ff. de iudic. & in §. inspecto Auth. de exhibendis reis, Cyn. & Bar. in l. 1. C. de confess.

18 Virtutem autem iuramenti decisorii instrumenta videntur esse sententiæ in rem iudicatam transactæ, quæ paratam executionem habent, per l. 1. C. de executione rei iudic. Ex quibus optima iuris ratio postulat, quod virtuti iuramenti hæc tribuantur, nam non præteriunt illa verba, Bart. & alii scribentes in l. 1. §. si quis ita ff. de verbor. obligat. firmat Marcus Ant. Bouer. de virt. iuramenti in principio fol. 48. in 3. vol. quem sequitur Cauens. in Ritibus Magnæ Cur. Vic. in ritu 134. num. 10. Vbi

19 iuramentum habet mirabilem virtutem, quod facit actum valere omni modo meliori l. cum pater §. filius matrem ff. de leg. 2. & non est alibi, & ibi Bart. in l. si quis pro eo ff. de fideius. Matthes. sing. 56. vbi latè scribit.

20 Hæc autem virtus iuramenti in contractu minoris cessat quando de aperta læsione, & fraude probatur, statim ipsi competere videtur beneficium restitutionis in integrum; quod autem beneficium non solum minori, verum etiam cuius personæ, dummodo ultra dimidium iuxta pretii fraudata, & læsa veniat nam diuersa beneficiorum ratio competit.

21 Hiis autem personis competere videtur illud iustum, sanctum, & humanum beneficium *leg. 2. C. de rescind. vendit.* quod ex humanitate introductum fuit; & patet ex illis verbis, humanum est, ubi *Salic. in d. l. 2. col. 1.* ad tollendas deceptiones, fraudes, & modos decipiendi, nã tale

22 beneficium non extenditur in donationibus cum stricti iuris esse videatur, prout *Cyn. in dicta l. 2.* quod tantum cur

23 rit in contractibus bone fidei, non vero stricti iuris, quoniam in illis tale beneficium filefcit, ut *Ias. in l. de quib. num. 29. ff. de tegib. & in l. si quis cum aliter 18 ff. de verb. obligat. habet Emanuel Suarez in suis sententiis fol. mihi 307. vers. lex secunda*, nam in tali beneficio multa consideran

24 da sunt, primo quod de læsione enormissima constet habito respectu ad tempus celebrati contractus, nec quidem sufficit si læsio superuenisset, per *tex. in l. si voluntatis in fine C. de rescind. vendit. & ibi Bar. nu. 16. Bal. cons. 575. in fine lib. 1. Angel. cons. 112. col. 3. Cagnol. in l. 2. C. de rescind. vendit. quaest. 47. nu. 213. & quaest. 48. n. 238. vers. sed quid si testes inducti, Gomez. variar. resolu. tit. de contractib. tom. 2. cap. 2. in rubr. de empt. & vendit. sub num. 22. vers. & adde, quod non sufficit, Roland. cons. 59. num. 35. lib. 1. Arias Pinell. in dicta l. 2. cap. 3. num. 15. par. ult. Felin. in cap. cum causam il seconda sub num. 1. post vers. in glos. secunda in fine de testib. Secundo quod familiaris rei necessitas ipsum compulsit ad vendendum minori pretio. Tertio denique, quod infra tempora obtinendi beneficium sit.*

Quibus bene consideratis, statim Iudex opere suo debet taliter mandari, stante quod constat de sufficienti læsione, restituat solum supra iustum pretium; vel rem dimittat restitutio pretio ad eorum electionem, prout disponitur in dicta l. 2. & de tali decreto mentionem facit *Fontanell. in decis. 68. nu. 13. Franch. in decis. 495. nu. 1. Cagnol. in dicta l. 2. quaest. 11.* quoniam iusti pretii supplementum in electione petentis est, prout *Cyn. in dicta l. 2. comprobat Ant. de Burg. in cap. cum dilecti in ultima opposit. extra de empt.*

& vendit. quæ opinio in praxi seruetur, *Anton. Gabr. commun. conclus. in tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 1. & proprie nu. 2. Ludou. de Gozad. in cons. 44. nu. 10. Anton. de Alexandr. in cons. 107. vol. 4. Loffred. in cons. 23. Reg. Valenz. Valasq. in cons. 156. lib. 2. num. 2.*

25 In tali quidem beneficio, non agitur ad rescindendum id, quod iuravit, sed agitur ad supplementum recuperandũ; cum talis *lex* in alio non procedat; saltẽ in supplemento, ut scripsit *Bald. in l. qua sub condit. §. 1. ff. de condit. & institut. quẽ refert, & sequitur Felin. in cap. inter ceteras circa finem de rescript. Gabr. comm. conclus. in tit. de empt. & vendit. conclus. prima num. 2.*

26 Prõcedit talis *lex secunda*, non solum in contractibus iuratis, verum etiam in contractibus geminatis, *Gratian. discept. Forens. cap. 824. nu. 57. 58. & 59.* ea ratio

27 ne, quia licet geminatio in contractibus, multum operetur, *l. balista ff. ad Trebell. & ibi Bart. & Paul. de Castr. in apostill. plenissime apud Corset. in tract. de verb. geminat. fol. 92. in 2. volum. Menoch. cons. 10.*

28 *num. 14.* nihilominus illa non attenditur, quando actus nullus nullus ratificatur, ut plura scripsit *Menoch. cons. 918. num. 24. vsque ad 32. lib. 10. relatus à Gratian. disceptation. forens. cap. 924. num. 17. 58. & 59.*

- Et distinguendum est quod aut sumus in causa diuidua, & non profit, *l. 2. C. si vnus ex plurib. appellat.* Si verò sumus in indiuidua causa, & tunc prodest alijs litis cõsortibus per *tex. in l. si communem ff. quemadmodum seruit. amittat.* id quod totum intelligendum est, quando cum indiuiduitate rei adest connexitas, adeo quod, se executio non possit fieri contra vnum insolidum, sine omnium offensione & præiudicio, *Cappell. Tholos. decis. 55. uers. adde quod restitutio, Affl. decis. 213. vbi dicit quod per Sacr. Reg. Consil. Neap. fuisse ita iudicatum, & res indiuidua*
- 135 dua tunc dicitur quando hypoteci ius est indiuiduum *Affl. in dicta decis. 213* & ideo tunc restitutio trahitur ad litis cõsortes, quando bona pro communi, & indiuiso possidentur *Aym conf. 206. num. 10.*
- 136 Idq; in multis casibus remedium restitutionis in integrum nõ impedit sententiæ executionem, late scripsit *Marant. in sua praxi in tit. de appellat. nu. 108. Affl. decis. 356. ubi Vrsill. & Ricci. in collect. 88.*
- 137 Primo enim casu limitant DD. tale remedium restitutionis non impedire sententiæ executionem, quando contra ipsum præcedunt duæ aliæ sententiæ conformes, *Alex. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. late Couar. practicar. quaest. cap. 25. sub num. 7. Benint. decis. Bonon. 85. num. 14. Bald. in l. 1. C. ne liceat. 3. prouoc. late de hac materia Cumia super risu Regn. Sicil. cap. 17. num. 89. & num. 91. Gabr. in tit. de execut. rei iudic. conclus. 1. num. 4. Gamm. decis. 110. num. 11. Mastrill. decis. 45. num. 1. & decis. 110. num. 1. sed Reg. Rouitus huic opiuiioni non valde inclinatur, cum in *pragm. 1. de minoribus*, dicit posse hanc restitutionem in integrum peti aduersus tres sententiæ conformes si tamen executio esset irtractabilis *Hier. Laur. decis. Auen. 2. nu. 8. etiam si esset sententia S. R. Cõsil. Neap. Capyc. decis. 53. Franch. decis. 86. nu. 8. Ann. sing. 179. Gratian. decis. 172. dummodo hæc restitutio petatur antequam sit ceptum exequi cum non retardetur executio, vt late Reg. Rouit. in d. pragm.**
- 138 Secũdo non impedit executionem sententiæ, quando beneficium restitutionis in integrum fuit petitum, post ceptum exequi, & sic post mandatum de parendo, *Ioann. Vincent. de Ann. in cap. 1. de uassall. decrepit. num. 239. Rouit. in pragm. 1. de minorib. latissimè prò, & contra scripsit Reg. Consiliar. Thom. Carleual. in tit. de iudic. disput. 16. per totam, oppugnando DD. in nu. 31. à se cit. & maxime Ann. in dict. cap. & Rouit. in dicta pragm. stante quod sit contra *tex. in l. defendente 21. ff. de auctor. tutor. & multo magis stante, quod ita practicatur in Sacr. Reg. Consil. Neapolitano, tamen in num. 48.**
- 139 post longam discussionem, dixit quod

Secundum stylum hodiernum, petita in integrum restitutione, tam contra sententiam assistentis prolatam in M.C.V. quam in S.R.C. Neapolitano semper suspenditur executio, donec deciditur articulus restitutionis, qui summarie expeditur ex eisdem actis nullis admittis exterioribus probationibus cum solita practica S.R. Conf. Neapolit.

- 140 Id autem observari videtur in vna causa Vniuersitatis Terræ Morconi cum Marchione Spina dum fuit dicta Vniuersitas mediante sententia condemnata ad certam quantitatem, etiam expedito mandato de parendo, expeditis literis executiualibus & executis nonnullis bonis, fuit pro parte Vniuersitatis petita restitutio in integrum ad relationem mestissimi Reg. Consil. Aloysii Gamboæ virtute ac integritate conspicuus in dicto Sacro Regio Consil. Neapolitano admittis, & fuit reuocata prima sententia, prout constat penes actuarium de Litto; Imo non solum impedit executionem vnius sententiæ, sed etiam trium sententiarum conformium l. 4. §. condemnatum, ubi Ripa num. 31. refertur de communi ff. de re iudic. sequitur. Honded. in conf. 27. nu. 8. vol. 2. vbi latissime scripsit.
- 141 Petita autem in integrum restitutione læsio fundari debet ex eisdem actis, & quod talis sit, quod nõ requiratur altior indaginem dixit Roud. in pragmat. d. minorib. num. 26. quoniam illæ exceptiones requirentes altiore indaginem, non possunt opponi, neque admitti in via executiua, Bart. in l. 4. §. condemnatum ff. de re iudic. sequitur Roman. in conf. 76 num. 3. Bellon. commun. opin. lit. E. verbo exceptiones, Camarius de execut. instrum. q. 5. num. 15. & quest. 11. num. 22. sequitur Affl. in decis. 283. Philipp. Franch. in cap. dilecto 63. nu. 26. de appellat. doctissimus Giurb. decis. 100. num. 8. sequitas fuit Carneal. in tit. de iudic. disput. 16 num. 2. Scacc. de appellat. quest. 19. remed. 1. conclus. 5. num. 4. & num. 23. & 34 Roderic. de ann. redditib. lib. 2. quest. 10. num. 29 circa finem, Argelius de acquir. possess. quest. 2. art. 1. ex num. 69. Parladorus lib. 2. rer. quotidian. cap. fin. par. 1. §. 1. num. 7. 1. & 12. & §. 11. num. 11. sequitur Intrigliol. decis. 10. num. 6. & 7. Minfinger. in suis obseruat. cent. 4. obseru. 64. Lancellott. de attent. cap. 17. num. 93. Vant. de nullitat. tit. quot. & quib. modis nullitas in iudicio proponatur num. 32. eruditè dixit Cardin. Tusch. in litt. R. conclus. 291. num. 8. ibi restitutio aduersus rem indicatam non conceditur, nisi appareat de manifesta iniustitia, ita quod non requirat altiorè

indaginem, vnde necesse est, quod iniustitia palpetur manibus, & ex actis inspicatur, Castrensis. in l. 4. §. commendatum, ubi Ripa de communi refertur ff. de re iudic. Minadoes decis. 14. num. 3. & 4. & dicit pluries fuisse iudicatum in S. Conf. Guid. Pap. decis. 215. num. 7. Pus. decis. 456. lib. 2. Magon. decis. 104. & 133. Tbesaur. decis. 181 Vrsill. ad Affl. decis. 356. num. 6. qui refert doctrinam Bald. in l. penult. ff. de auctorit. tutor.

- 144 Ampliando autem supradicta quod restitutio in integrum, etiam concedatur hereditati iacenti, quia hereditati iacenti datur curator, & inter miserabiles personas connumeratur, Nouar. in tract. de miserab. person. in suo proemio, Bal. in l. ea qua num. 5. vers. ratio ergo vera est C. de temp. in integr. restit. quia curator potest eam petere, & habet hanc facultatè petendi, Paul. de Cast. in dicta l. ex qua num. 6. & Angel. ibi num. 2. & 3. nam hereditati iacenti nunquam currit tempus, nec dici potest elapsum nec in mora dici potest, nam vbi nullum consilium animi adest nulla mora, vel culpa esse potest, dixit Bal. in l. licet nu. 13. in 5. quest. C. de iuro deliberand. Felin. in r. de quarta nu. 19. de prescript. Alex. in l. si constante §. si exheredato nu. 3. ff. de solut. plenè Bal. in tract. de prescript. par. 6. num. 47. qui omnes dicit, ea ratione quia hereditas iacens non constituitur in mora, nec posse contra ipsam incohati prescriptionem, licet incohatam cum defuncto currere.
- 145 Alia denique restitutio in integrum conceditur maioribus ex capite ignorantie, vel ex clausula generali si qua mihi iusta causa esse videbitur, Bart. in l. cum filius §. in hac ff. de verbor. obligat. in principio, & ex scripturis nouiter repetitis; cum ignorantia est æqua, & iuxta causa concedendi restitutionem in integrum eis qui lapsu temporis læsi sunt, glos. notat. in l. si partem §. 1. vers. non utendo ff. quemad. seruit. admitt. Bart. in l. 1. §. si quis autem propter; vbi etiam Angel. per illud text. cum glos. & ibi Alex. in addit. ff. de itiner. actu priu. Anchar. conf. 174. & conf. 373. Roman. cõf. 477. & alii relati per Corn. in conf. 165. circa principium num. 25. vbi hanc opinionem communem dixit in lib. 2. Alex. conf. 71. num. 7. vers. sed promiss. lib. 1. Des. conf. 36. num. 9. Ruyn. conf. 143. num. 15. lib. 4. Mouentur enim DD. per illum tex. in l. mater in principio ff. de except. rei iudic. l. argentarius in fin. ff. edend. iuxta l. final. in principio ff. de eo per quem factam erit, glos. in l. si hæc iussor §. in omnibus in verbo cessat ff. mandat. Ioann. Andr. In.

- Innocent. Bal. & Abb. ac ceteri in cap. ultra tertiam de testib. Ioann. Andr. in addit. ad Speculator in tit. de execut. sentent. §. fin. vers. & illud autem, super verbo passim, Alex. in l. sub pretexto num. 5. Ias. in repet. legis admonendi num. 10. vers. ego teneo ff. de iure iur. Socc. iun. conf. 128. nu. 158. lib. 1.*
- 150 & hoc procedit etiam in præscriptione triginta annorum *Alex. conf. 4. num. 19. conf. 89. num. 9. lib. 2. imo aduersus præscriptionem 40. annorum, vt dixit Alex. in dicto conf. 71. & conf. 169. num. 15. lib. 2. vbi testatur de magis communi Bald. in tract. de præscript. 4. par. principal. quæst. 29. num. 3. sequitur Ruin. conf. 140. num. 17. lib. 2. conf. 143. num. 16. lib. 4. Affl. decis. 37. & 329. & de iure communi res videtur procedere sine dubitatione, secundum Bal. conf. 236. lib. 1. Rouit. latè lib. 2. conf. 14. num. 5. Aym. conf. 201. num. 34. Odd. de in integr. restit. quæst. 90. art. 5. num. 18. idem Aym. in conf. 62. nu. 13. qui magis communem dixit.*
- 151 Intelligendi sunt prædicti DD. quando iuxta, & probabilis est causa ignorantiæ, & tunc omnino conceditur beneficium restitutionis in integrum, *Pbilipp. Corn. in conf. 219. num. 19. lib. 2. sequitur Dec. in conf. 58. col. fin. & conf. 164. col. fin. latissimè dixit Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 35. Aymon. conf. 201. num. 36. Cardin. Tusch. in litier. R. conclus. 289. num. 1. Affl. in decis. 37. col. 2. & decis. 329. & ibi latissimè dixit Ant. Gabriel. in suis conclus. in tit. de restit. in integr. concl. 2. num. 1.*
- 152 nam sciendum est, quod si Reus sciebat, & habebat instrumenta, & ipse ante sententias non exhibuerit certè illo remedio restitutionis in integrum ei non subuenitur, vt dixit *Anton. Gabr. cit. nu. 5. dixit Honded. in conf. 27. lib. 2. num. 7.*
- 153 Aduertendum est quod exceptio huius beneficii dupliciter opponi potest, aut per modum exceptionis, aut per modum actionis; quando autem proponitur exceptio per modum actionis,
- 154 tunc enim exceptiones, non sunt perpetuæ, sed temporales, & durant pro eo tempore quo durat actio puta per quadriennium, *DD. in cap. x. de in integrum restitut. in 6. clement. 1. eod. tit. l. 8. tit. 29. par. 6. Ant. Gomez. lib. 2. variar. cap. 14. nu. 7. latè dixit Reg. Consiliarius Carleual. de iudic. supra cit. num. 9. si autem vt exceptiones tantum proponuntur, non quidem*
- 155 per modum actionis, tunc currit omnino regula, quod quæ sunt temporalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum *Salic. in l. licet §. num. 1. C. de except. DD. omnes in cap. si autem 9. num. 8. & seq.*
- 156 Hæc omnia ampliantur in muliere; cum minor, & mulier æquiparentur, ideoq; facile propter eorum imbecillitatem labuntur, *l. 1. in fine ff. de edend. l. cum in debito §. fin. autem is ff. de probat. l. 2. in fine vbi glos. ff. de iure fisci, Imola in cap. cū contingat de iure iur. Socc. iun. conf. 50. nu. 4. lib. 3. Odd. de in integr. restit. par. 1. quæst. 10. art. 6. num. 32. sanè mulier non habet*
- 157 consilium validum, minor autem habet consilium imperfectum, vt inquit *Bal. in cap. 1. col. penult. de iudic. & in Rubr. C. de rer. permut.*
- 159 Hinc minor, & mulier non sunt moderatores, & arbitri rerum suarum, *Cephal. conf. 688. num. 18.*
- 160 Verum vnum notandum, quod magis ætati minoris, quam mulieris iura subueniunt, *l. quamuis C. de iur. & facti ignor. l. 1. in princip. ff. eodem, l. si apud in fine ff. de minorib. Tiraquell. in præfat. l. si unquam num. 101. C. de reuocand. donat. Gagnel. in l. si quis maior num. 9. C. de transact. Odd. de in integrum restit. part. 1. quæst. 4. art. 8. num. 14. & minor plus fauoris habet circa restitutionis auxilium, quam mulier circa Velleianum, *l. fin. & ibi Salic. ff. ad Velleian.**
- 161 Mulier autem circa eius beneficii renunciationem adiuuatur tum fauore Senatufconsulti Velleiani, tum etiam ratione Regiæ pragmaticæ in hoc Regno Neapolitano sub *tit. de Sen. Consult.*
- 162 *Velleian. in 1. pragm. in qua fuit prohibita talis renunciatio, ne quicquam iuramentum ipsam renunciationem ha-*
- 163 *bilitare potest, ex doctrina Bart. in l. fin. C. ad Velleian. quia quæ fragilitas ad contrahendum inducit, ipsa etiam ad renū-*
- 164 *ciandum beneficio ducit, Ann. allegat. 115. num. 8. cum mulier ius suum ignorasse præsumatur, l. 3. §. fin. ff. de iure fisci, l. cum debitor §. fin. autem ff. de probat. Mascard. in verbo mulier conclus. 1051. num. 19. mouentur enim DD. prædictum priuilegium mulieri firmando, per illum-*
- 165 *tex. in l. doli ff. de noas. vbi Bar. ibi ea fragilitate qua mulier in fideiubendo decipitur, pro alio, eadem etiam imbecillitatis mente reducitur ad renunciandum, hanc opinionem communiter sequuntur DD. prout dixit Bart. in l. fin. ff. ad Velleian. Bal. in l. 1. nu. 4. C. ad Velleian. & DD. in l. 3. C. eod. sequitur Pedamont. Thesaur. in decis. 222. num. 2. Franch. in decis. 578. num. 5. sequitur Crass. de exception. 27. num. 23. per totam; mulier autem non præsumitur iuri, quod sibi cōpetere ignorat, renunciare, *l. mater 19. vers. nec enim ff. de inoffic. testament. l. in repu-**

repudianda 25. ff. de acquir. Alex. conf. 8. vol. 3. Mangen. decis. Florent. 102. num. 11. Marefcott. variar. resol. lib. 1. cap. 41. nu. 26. Valasq. conclus. 164. num. 13. Peregrin. 166 conf. 42. num. 16. vol. 2. nec renunciatio extenditur ad ignorata, Bar. in l. qui tuto-ribus ff. de transact. Viusi. decis. 316. num. 9. Ann. allegat. 21. num. 9. Marefcot. dicto cap. 41. num. 87. Menoch. conf. 335. num. 12. idq; 167 procedit, quamuis fuerit roborata iuramento, Nat. conf. 363. iuramentum enim non trahitur ad ea, quæ quis ignorat tempore eius præstationis l. fin. C. de non numer. pecun. cap. quemadmodum 25. extra de iure iur. & tales renunciaciones sunt nullius momenti, quoad ius ignoratum, Menoch. conf. 990. num. 22.

168 Et adeo hoc est verum, quod licet renunciatio utcumq; verbis prægnantibus, & geminatis, ac vniuersalibus, & tã de cogitatis, quam de incogitatis iuramento firmata, non præiudicat, quoad ius ignoratum, Peguer. decis. 146. Paris. conf. 76. num. 6. lib. 4. & conf. 20. num. 90. lib. 1. & quamuis mulier præsumatur scire ius suum leges, & DD. non admittit eius renunciationem, prout prima opinio satis clarè constat.

169 Cui opinioni, opponitur glos. in l. fin. S. penult. ff. ad Velleian. quæ glos. vult mulierem certioratam valere eius renunciationem Velleiani obligando se pro alio, quam opinionem de consuetudine seruari dixit Bar. in l. fin. & dicta l. doli, & ibi Alber. de communi testatur DD. opinio autem contra glosam de iure est verior, & ipsius impugnationem bene refert Pedemont. in num. 2. vers. tamen opinio.

170 Et quatenus dicta opinio glosæ vera esset, necessario intelligenda est semper quando mulier optimè certiorata fuit de virtute ipsius S. C. Velleian. cum deficiente ipsa certioratione, obligatio nulla sit, sequitur Soc. conf. 163. col. fin. lib. 1. & communem dixit Alex. in l. repudianda in addit. ad Bar. ff. de acquir. hered. l. scitandum, num. 29. ff. de verbor. obligat. & eam glos. sequitur Dynus in conf. 5. vers. quod autè, Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 42. & hanc opinionem ab omnibus teneri testatur Padill. in dicta l. fin. C. de iur. & facti ignor. num. 10. post Fulgos. Cros. Butticell. Tiraquell. & alios ab eo relatos, nouissimè Andreas Gaill. lib. 2. obseruation. obseruat. 77. num. 3. mouentur pro-

171 pter rationem supra adjectam, quod mulieres præsumantur ignorare, sequitur è quoque Franc. de Ponte de potestat. Prorog. sub tit. de diuersis pronisio, ante

S. 1. num. 33. hæc omnia de iure communi.

172 In quantum enim ad nostram pragmaticam 1. sub eodem tit. de S. C. Velleiano, quæ pragmat. non solum prohibet talem renunciationem, imò & pœnam imponit Tabellionibus sub eorum officij priuatione, quod tales renunciaciones non admittantur, etiam si per ipsos notariqs certioratæ asserantur, vt ex verbis ipsius pragmat. legitur, ibi inuiolabiliter obseruari, non obstante quacumq; renunciatione per dictas mulieres facienda, sub quacumq; verborum serie, etiam si per Notarios asserantur certioratæ, semper intelliguntur ignoratæ, quia ignorant saltim quod eis cõueniant, & si sciant metus causa vt diximus contradicere non audent, ex quibus verbis optima prohibitio colligitur.

176 Nec se obligare poterit mulier pro quauis priuilegiatissima causa, exceptis illis quæ apud Franch. in decis. 237. per totam, post ipsas vidi practicum apud Regentem Ioannem Franciscum Sanfelicium, domi prouisum esse, quod possit se obligare pro filio redimendo ab hostibus, vt penes Iosephum Barile à mandatis Scribam, cum in sta, ac pia causa videatur, id quod pro excarceratione eius filij prohibetur, vt in S. C. multum decisum fuit, Franch. dicta decis. 237. & decis. 578. quia maior ratio redditur in marito, quam in filio per l. quamuis ff. solut. matrimon. l. mutus S. 1. ff. de iure dot. & etiam in pragmat. vbi Reg. Rouit. sub eodem tit.

178 Valebit item talis obligatio mulieris ad pias causas, vt l. fin. C. ad Velleian. eadem quidem ratione, quia licet se obligaret pro viro excarcerando, multo enim fortius, pro anima ipsius mariti, quæ omnibus prætiosior est, l. sancimus in fine C. de sacrosanct. Eccl.

179 His causis, & requisitis non interuenientibus in eius obligatione statim mulier liberatur, & videtur nulla obligatio, etiam si pro parte ipsa fuerit obligata, quoniam pro illa tantum parte se extendit fauor S. C. Velleian. vt Anton. Gamm. in decis. Lusitan. 131. num. 1. per totam; pro cautela autem, quod quando contrahitur cum muliere, probare debet ipsum contractum, versum esse in eius beneficium, vt latè apud Thesaurum decis. 222. & 223. num. 4.

180 quod onus creditori incumbit versum fuisse in vtilitatè mulieris, Menoch. de communi testatur in præsumpt. 27.

Q vers.

- versus tertius est casus lib. 6. & in tit. de recuper. possess. remed. 15. num. 386. & sequent. Surd. cons. 290. num. 5. in fine lib. 2. post Angel. Ruyn. & alios, allegat. Mauson. de caus. exequut. limit. 10. nu. 10. vers. 2. Nam Praeses S. R. C. Neap. Marchio Ramonti in lib. 1.
- 181 controuers. forent. cap. 51. nu. 14. refert quod probanda sit species locupletationis, prout notabiliter decisum refert. Stephan. Grat. in discept. forent. tom. 3. cap. 576. num. 32. vers. ubi etiam Curs. sen. cons. 71. col. 5. vers. septima conclus. Surd. cons. 390. num. 30. lib. 2. cum alijs per Claud. ad Bertazol. cons. crim. 478. in verb. locupletationis
- 182 quod beneficium dicti S. Cons. Vell. in hæredes transit, l. hæredes C. ad Vell. Grat. uett. cons. 590. num. 1.
- 183 Nec sufficit quod mulier consenserit instrumento gesto à marito, quia necessario requiritur, ut hoc ut teneatur quod prædicta pecunia in eius utilitate versa fuerit, ut optime Raut. in pragmat. l. sub tit. S. C. Vell. num. 8. & quando utilitas pro qua est facta obligatio non remanet
- 184 in ipsam mulierem obligatam, hoc autem nomine quaesiti coloris introduxit Iur. Consult. Iulianus respectu contracti prohibiti à Macedoniano. l. sed Iulianus ff. ad Maced. Verum quia valet argumentum de Macedoniano, ad Velleianum; l. tamen ff. ad Macedon. ideo etiam in materia Velleiani eodem nomine ante omnes, v. s. fuit gloss. in l. vir uxori § mulier vers. accepta ff. ad Velleian. & quamuis non allegat iura ad Macedon. & de eisdem quaestis coloribus meminit Andr. in tit. de prohib. feud. alien. per Loth. r. §. com mercium num. 9. allegando tex. in l. quamuis §. si cum esset ff. ad Velleian. sequitur meriti finis Marchio Ramonti Praeses S. R. C. Neap. in suis controuers. cap. 55. num. 9.
- 185 lib. 1. ubi licet mulier, uti principalis interueniat in quocumque contractu, adhuc intercessisse videtur, cum ad virum debitum pertineat, ut Andr. voluit quod
- 187 omnis contractus illicitus non potest quocumque modo circumscribi, quod enim lege ordinatur, malitiis hominum circumueniri non debet. l. cum in §. transactiones, vers. sed cum bis ff. de transact. tandem de dictis quaestis coloribus satis diffuse meminit, ac satis doctè decidit licet non allegando prædicta Sapient. Vinc. de Franch. decis. 279. & decis. 178. ubi in dicta decis. 279. ante nu. 9. dixit, quod quaesitus color, est quando sub velato contractu venditionis sit contractus intercessorius, sed magis pùtualiter in dec. 578. per tot. & in fine vocatur magnus color, quando dantur introitus expliciti pro
- implicitis insolutum, & de prædictis quaestis coloribus videtur tex. apertus in l. quidam voluit in fine ff. ad Vell. ubi adest singulare responsum Iur. Consult. per hæc verba, ex qua à creditoribus excogitata in fraudem S. Cons. probari possunt ratam habere non oportere, cum nihil aliud sit quaesitus color, quam machinatio, aut excogitatio creditorum ad quietandum Senat. Consult. Velleian. & ideo dixit, rext. quæ probari possunt, non autem quæ probantur, quia quod excogitatur, non potest directè probari, secundum Innoc. in cap. super hoc, de renunciat. Bal. in l. si quis filio S. eius ff. de iniust. rupt. sed probari possunt ex præsumptionibus, §. payonum instit. de rer. diuisio. l. cum debemus S. de iure deliber. l. qui tenenda ff. ad leg. Rod. de iact. l. non codicillum C. de testament. & est præsumptio iuris,
- 189 quod in istis contractibus mulierum contra creditore semper præsumatur decepta, & sic expressus, & singularis est text. in l. 1. in fine ff. ad Velleian. notabiliter Bal. in l. 1. C. eod. num. 10. ubi voluit prædictam deceptionem præsumi de iure, ne dum re, & consilio, & multo magis succurritur mulieri obligatæ sub quaesito colore, quæ ei quæ apertè pro alio intercessit, ratio est euidentis quia non solum consideratur fauor mulierum, sed etiam dolus creditoris volentis fraudare tenatum, eximia fuit huiusmodi consideratio. Paul. de Casstr. in gloss. in l. quidam voluit num. 3. ff. ad Vell.
- 193 Nam licet sit prohibitum mulieribus introducere, & se obligare pro alio, tot. tit. ff. & C. ad Vell. tamen in muliere,
- 194 soluente, vel expendendi dotes suas causa liberandi personas, posse fieri, & ita procedunt iura l. quamuis cum sequenti ff. solut. matrim. & l. matris §. manenti ff. de iure dot. ratio differentie potest esse, quia facilius mulier adiuuatur ad se obligandum, ut de se patet, & est casus expressus in l. si ego §. fin. ff. ad Vell. Senatus enim obligatæ mulieri succurrere voluit, non soluenti, & donati Franch. decis. 279. num. 2. & 3.
- 195 Ex quibus mulier iuuatur Velleiano si intercedendo obliget se ad commodum alterius, l. doli except. 19. vers. diuersum est ff. de Nouat. tamen si non intercedendo, & fideiubendo, sed liberaliter soluendo, vel dando, se obliget, ut in proposito casu, cessat beneficiu Velleiani, quia tunc non accedit alienæ obligationi, l. sed si 4. in fine, l. nec interest 5. ubi nec interest pecuniam soluendi causa numeret, an quamlibet rem suam insolutam

lutum det, l. quamvis 8. §. plane si mulier
 vers. quia & si pecuniam, l. si pro aliquo 21.
 ff. ad Vell. l. 1. & l. 4. C. eod. Surd. conf. 367.
 num. 30. Fortior redditur ratio dotis fa-
 uore cum nulla exceptio Velleiani com-
 petat mulieri aduersus dotem promissam,
 vt dixit *tex. in l. si dotare, & l. fin. C. ad
 Velleian. iunct. glos. 1. in vers. cessante Ruinus
 in conf. 195.*

197 Ampliando prædicta quod licet mulier,
 pro excarcerando viro possit, se obli-
 gare, prout testatur *Vincen. de Franch.
 dicta decis. 237. Bald. conf. 5. & conf. 280. vo-
 lum. 1. Surd. conf. 367. nu. 14. vol. 3. Franch.
 decis. 179. num. 6. Thesaur. decis. 223. nu. 7.
 Io. Maria Riminal. in conf. 77. nu. 16. vol. 2.
 Lamberteng. in tract. de contract. eorum,
 qua sine cert. solemn. glos. 10. in verb. cum
 ipso marito num. 27. Stephan. Gratian. tom. 1
 discept. forens. cap. 108. num. 16. ampliando,
 vt possit vendere fundum dotalem, &
 prærium soluere creditoribus, vt virum
 à carceribus redimat *Gamm. dec. Lusitan.
 318. per tot. Vis. decis. 133. num. 5. Surd. de-
 cis. 86. Crotas in conf. 74. num. 12. lib. 1. Hip-
 pol. Rimi. in §. 1. num. 378. instit. de donat.
 Nat. conf. 347. Cepoll. in conf. 27. Surd. conf.
 367. num. 14. lib. 3. Surd. decis. 86. per totam,
 tamen quando mulier obligatur pro**

198 viro, & obligatio tam magna videtur,
 quod prorsus indotata remaneat, & in
 maiori parte, tunc in istis casibus tanta
 læsio dat locum rescissioni, quia per ip-
 sam læsionem censetur mætu vi, vel do-
 lo inducta ad firmandum, *Surd. decis. 86.
 in fin. Gratian. discept. forens. o. 308. Ceuall.
 in quest. 727. nu. 30.*

199 Nam si vero læsa veniat in vna par-
 te, ex qua parte iudicari, non possit cõ-
 tractus mæticulosus, coactus, aut docto-
 sus, nec per consequens dignus annulla-
 tione, eo casu rescissio locum, non ha-
 bet, vt dixit *Anton. Thesaur. decis. 227. nu.
 9. vsque ad 13. & post eum, eius filius in
 quest. forens. 65. num. 1. lib. 2. Multos videbis
 apud Prosper. Farinac. decis. 257. num. 7. in
 2. volum. & in decis. 851. sequitur Fonta-
 nell. de pactis nupt. class. 7. glos. 2. par. 6.
 num. 7.*

200 Exceptio autem Velleiana adeo po-
 tissima est, quod potest etiam post sen-
 tentiam opponi, *Bal. in l. si vxor 15. C. ad
 Sen. Consult. Vell. transit quoque ad hæ-
 redes, vt supra dictum est, l. hæres 20. C. ad
 Velleian. Bal. in l. tam & si num. 12. C. ad
 Senat. Conf. Maced. Thor. in compend. decis.
 in verb. except. Senat. Consult. Vell. Grass. in
 tract. de except. except. 27. nu. 2.*

201 Denique extenditur tale beneficium
 dicti Sen. Consult. Vell. ad mulieres de-

ceptas, non decipientes, *tex. est in l. 2. §. 1.
 ff. ad Vell. & in l. decipiendi 30. ff. ad Vell. &*

203 sufficit ad hoc vt mulier excludatur,
 quod habeat tantum, animum decipien-
 di, *l. mulier. 23. ff. ad Vell.*

204 Iam satis dictum est de Velleiano,
 cum hic ex professio tractare non atti-
 neat, remanet vt transitum faciamus ad
 Macedonianum, cum aptissimum exem-
 plum sit, ad probandum ea, quæ in præ-
 senti capite continetur, cū è quoq; tale
 beneficium, non solum ad certas scele-
 ris causas tollendas, verum ad tollendã
 peccati materiam, cum malis homini-
 bus præstatur, vt tota *l. 1. ff. ad Senat.
 Conf. Maced.* nam vt dixit *Acurt.* quod

205 Senatores talem fauorem introduce-
 runt in odium creditorum, qui inter alias
 causas cõcedendi tale beneficium fuit,
 quia mutuabant ipsis filii familias pec-
 uniam, deinde supra occasione, quod
 eorum patres, vel quod nõ poterant ipsis
 satisfacere, vel quia nolebant, ipsi filii
 eorum patres interficiebant cum non
 haberent vnde soluerent; Ex tali Senat.

206 Conf. Maced. fuit statutum, vt credito-
 res mutuantes filiis familias in vita pa-
 tris pecuniam, nec post eorum mortem
 concedatur actio contra ipsos, & sub ta-
 li beneficio, non omnes comprehen-
 duntur, sed tantummodo illi qui sunt
 sub patria potestate, exceptis illis casi-
 bus enumeratis in *§. filio famil. eiusque
 l. 1. ff. eodem.*

207 Exceptio namque Macedoniana est
 vna de potentioribus exceptionibus, cū
 qua filii famil. iuuantur, propter pecu-
 niam mutui causa acceptam, & potius
 dicitur defensio, quam exceptio *Steph.
 Forcat. Dialogo 104. num. 7. l. qui exceptio-
 nem ff. de condit. indebit. l. si mulier contra
 §. fin. ff. ad Vell. Petr. Calefan. in repet. l. iuris
 gent. num. 63. & 67. ff. de pact.*

208 Ista exceptio operatur in filio famil.
 recipiente pecuniam mutuam, vt mu-
 tuans repetere illam non possit, *l. 1. &
 seq. ff. ad Senat. Consult. Maced. l. 2. & 3. C.
 eod. late de hac materia scripsit Pasch. de
 vir. & patr. potest. cap. 6. num. 124. par. 1. &*

209 licet filiusfam. propter dispositionem
 legis, vel statuti non teneatur restituere
 pecuniam sibi mutuam, ista conclusio
 quamquam sit indubitata, & in iure as-
 sentata, tamen suas habere videtur limi-
 tationes, vt notatur in *§. illud instit. quod
 cum eo lato scripsit Pasch. de virib. patr.
 potest. c. 6. p. 1.*

210 Prima namque limitatio est, quando
 pater post contractum mutuam à filio
 famil. soluit debitum factum sine eius

- 211 voluntate, & mandato, tunc cessat Macedonianum, quia ista solutio ratificationem ipsius contractus inualidi gesti per filium fam. operatur, *l. itam si filius famil. vers. hoc amplius cessabit, vbi glos. in verbo quasi natum ff. ad Macedon. Gratian. discept. forent. cap. 667. num. 17. late Mozz. in tit. de contrah. tit. de mutuo nu. 14. fol. 23.*
- 212 Secunda si filius fam. esset in scholis *l. sed Iulianus §. quod dicitur C. ad Maced. l. Macedoniani C. eod. Matthews Coler. in tract. de process. exequunt. par. 1. cap. 10. nu. 22 Grot. conf. 135. nu. 2. Mozz. vbi supra n. 26.* & quod diximus de studio intelligitur etiam in filio fungente legatione aliqua; quia tunc tenetur pecuniam mutuata, mutuanti restituere, non obstante dicto Sen. Conf. Maced. vt late per *Bal. in l. Macedonian.*
- Tertia quando mutuatur pecunia filio fam. militi existenti in castris *l. fin. §. fin. C. ad maced.*
- 213 Quarta si filius fam. factus pater fam. debitum primo loco contractum, quocumque modo agnouerit *l. Zenodorus C. ad maced. tam ex solutione partis ipsius debiti, quam etiam ex noua promissione, siue obligatione l. 2. C. ad maced. dicta l. sed Iulianus, & est tanti roboris ista Agnitio debiti, quod si predictus filius*
- 215 *famil. suscepit soluere debitum patris, non possit se iuuari dicto beneficio Maced. Philipp. Pasch. de vir. patr. potest. cap. 6. nu. 123. Grati. discept. forent. cap. 108. n. 47.*
- 216 operatur namque ista solutio partis debiti, etiam si principalis non fuisset obligatus per scripturam validam, non solum approbat ipsam scripturam inualidam; & potest abstringi ad soluendum residuum *tex. in dicta l. sed Iulianus, Decius magistraliter in conf. 618. num. 2. lib. 2. l. 3. C. de nouat. Guid. Pap. decis. 117. Reg. Salfelic. in sua prax. iudic. sect. 34. num. 5.* vbi late de hac materia scripsit *Affl. decis. 142.* ratio est, quia debitor per partem
- 218 solutam ratificat id quod promiserat non obstante, quod per dictam promissionem, non poterat a principio abstringi, *tex. in l. fin. C. ad maced. & tex. in l. indebitum C. de condit. in debiti. & l. ad solutionem C. de re iudic. Covar. Variar. resolut. lib. 2. cap. 11. num. 4.*
- 219 Quinta, si interuenit consensus aut iustus, siue voluntas patris, in ipsa pecunia mutuo recepta, per filium famil. na eis interuenientibus, aut sunt taciti, vel expressi semper excluditur filius a tali beneficio *maced. ratio est quia hoc beneficium fuit introductum, vt ne filii fam. mutuum recipiant sine patrum iussu,*
- l. 2. l. si permittente l. final. C. ad Macedon. Boer. decis. 221. nu. 14. Mozz. vbi supra num. 24. Petr. Frider. in tract. de mad. sine claus. c. 62. n. 3. Roffred. Beneuet. de ordin. iudic. par. 7. rubr. de Senat. conf. Maced. vbi adducit tres rationes, quas videre poteris in nu. 49. 50. 51. & 52.*
- 221 Sexta, nam licet in Regno nostro Neapolitano adsit *prag. 1. de Senat. Conf. Maced.* per quam disponitur inualiditate
- 222 tem obligationum filiorum fam. sine consensu patris tamen filius fam. Neapolitanus se obligauerit in aliis locis in quibus dicta pragmatica siue statutum non viget non dicitur comprehensus in dicta pragmatica, ita fuit iudicatum in Sen. Conf. in causa Magnif. Fabii Casurii filii fam. vt refert *Pras. de Franch. decis. 72. Hieron. de Laurent. decis. Auen. 135. num. 3. & seq. Gaspar Thesaur. quaest. forens. 8. nu. 13 lib. 2. Bald. in l. fin. ff. de iuris. omn. iudic. Felin. in cap. Ecclesie S. Mariae sub num. 81. vers. 4. casus extra de constit. ratio est quia*
- 223 locus contractus inspicitur, *l. si fundus ff. de euis. Cyn. in l. 1. in fin. C. que sit longa consuet. Romit. vbi supra num. 17. & 20.* & de extero obligante se in Regno Neapolitano vbi adest predictum statutum vide *Reg. Rouit. in d. prag. 1. num. 16. 17. & seq.*
- 224 Consensus namque patris omnino est necessarius ad solemnitatem actus, & ad integrandam personam filii, quia filii fam. non possunt contrahere absque
- 225 consensu patris, & sunt incapaces ad solemnizandas obligationes, *Rouit. in dicta prag. 1. de Maced. num. 57. Lamberteg. in tractatu de contract. eorum, qui sine certa solemnitate contrah. prohib. in glos. 7. in verb. consensus num. 7. late scripsit de hac materia Pascalis de patria potest. par. 1. c. 6. per totum, vbi enumerat casus omnes, in quibus pater dicitur consentire ac etiam enumerat casus obseruantie, Prag. Regni Neap. sub tit. de Sen. Conf. Maced. Reg. Rou. conf. 63. lib. 2. per totum, ratio est, quia isti filii fam. facile sunt dediti ad dila-*
- 226 dum, & falsis persuasionibus ad obligandum, sed pater non potest prestare consensum in ipsius beneficium, *Soccin. sen. conf. 23. num. 26. volum. 4. Corn. conf. 294. num. 3. lib. 1. Ias. conf. 69. num. 4. volu. 1. Cauale. decis. Fuiuz. 31. num. 32. par. 1. Horat. Campan. ad statut. Mediol. cap. 416. p. 1. num. 140. Bal. conf. 213. alias 113. nu. 1. vol. 1. Vrsill. ad Affl. decis. 308. Franch. decis. 14. Socc. conf. 23. num. 26. lib. 4. Bald. nouell. de dote par. 6. prius. 48. Bologn. conf. 44. Reg. Rouit. in prag. 1. num. 48. Bald. conf. 289. & 290. lib. 3. Decius conf. 239. num. 5. Clar. in*

§. donatio, quæst. 6. nu. 9. vers. quero etiam, Molfes. conf. 4. num. 24. & 25. Paris. conf. 97. num. 21. lib. 3. Couar. de testam. par. 3. nu. 7. Gugliel. de Benedic. in cap. Rayn. vers. duas habeas filias, num. 256. Aſcan. Clement. de patr. potest. cap. 6. effect. 10. num. 6. Gabriel conf. 167. num. 4. lib. 1. Ioseph. Ludau. comm. conclus. conclus. 2. D. Mar. Cutill. de donat. inter patrem, & filium tract. 1. discurs. 1. par. unic. num. 171. Brun. in tract. de status. exclud. femin. 2. par. in fin. Pyrrus Maur. Aretin. in tract. de fideiuss. par. 2. principal. 10. & sect. 8. casu 1. limitat. 1. nu. 24. fol. mibi 345. Gratian. decis. 95. num. 2. Masfrill. dec. 186. num. 22. Muta decis. 94. Ludouif. decis. 260. num. 12. sed cautela traditur, vt loco, & vice consensus paterni adhibeatur iudicis decretum, prout post Bald. in l. furiosi in fin. C. de nupt. Tiraq. in glos. 3. de ll. connub. tradiderunt Cutill. Deci. & cæteri, quos refert, & sequitur Molfes. d. cõsil. 4. num. 25. Francb. d. decis. 14. num. 5. & Carauit. in Prag. 1. ad Maced. §. 11. sub nu. 10. Clar. in §. donatio q. 6. num. 7.

227 Septima, quando filius publicè pro patrefamil. habebatur, & si peruaserit creditoribus, vt secum contraheret, l. si quis §. penult. ff. ad Maced. l. 1. & 2. C. eod. Ant. de Canar. in tract. de exeq. instrument. quæst. 17. num. 18. Petr. Frider. in tract. de mand. sine claus. cap. 62. num. 3. Hyer. de

228 Laurent. decis. Auenion. 139. nu. 5. quod ampliatur etiam si dixerit non habere patrem, aut viuere seorsum à patre, etiã habere locum beneficiũ, Maced. vt in d. prag. 1. vbi Reg. Rou. Ant. de Canar. in tract. de execut. instr. in 18. quæst. 39. Gram. decis. 12. Fontanell. in tract. de pat. dotal. clausul. 3. glos. 3. num. 3. vers. hinc nobis.

229 Octaua, quando filius familias pecuniam sibi mutuatum vertit in utilitatem patris, per tex. in l. & si filiusfam. ff. ad Macedon. l. 2. C. eod. l. 3. §. proinde, ff. ad Maced. l. quatenus §. fin. ff. de in rem vers. l. ideo, §. fin. eod. tit. dicta l. Macedoniani, C. ad Maced. Roffred. Beneuent. in tract. de ordin. Iudic. par. 7. Rubr. de Senat. Consult. Maced.

Nona, si alijs creditoribus soluerit, l. sed Iulianus, §. penult. ff. ad Maced.

230 Decima, quando pater consensit, vel præsens, & non contradixerit, d. l. sed Iulianus, §. quanquam, ff. ad Maced. l. tamen sciente, C. ad Maced. vel si pater ratum habuerit gestum à filiofam. l. fin. C. ad Maced.

231 Vndecima, nõ habere locum ratione bonorum Castrensiũ, vel quasi, super eis tenetur soluere pecunias, sibi mutuatas, l. 1. §. fin. l. 2. ff. ad Maced. Fredric. dicto cap. 62. num. 4. Mozz. latè de hæc

materia, in. tit. de contract. in tit. de mutuo num. 20. fol. 23.

232 Hæc exceptio Macedoniani non solum competit ipsi filiofamil. recipienti mutuum, verum etiam & suis fideiussoribus, l. sed, & si pater, §. non solum, vbi Bart. ff. ad Maced. Franc. Aret. conf. 130. num. 6. Crot. conf. 296. num. 69. lib. 3. Macchell. patr. in. 58. num. 4. Muta super Conf. Panor. cap. 31. num. 29. ampliando, quod dispositio prædicta habeat locum in mutuo dato Nepoti viuo Auo, l. filium, ff. ad Maced. Ioann. Petr. Mollinat. in tract. de appellat. verbor. num. 426. Roffred. Beneuent. vbi supra; Ampliatur secundo cõpetere suis hæredibus, l. item §. quãquam, vbi glos. & DD. ff. ad Maced. Grass. latè de hac materia in tract. de success. lib. 2. tit. de transmiss. quæst. 29. num. 13. ampliatur tertio competere tale beneficium filiofamil. post patris mortem, Nicol. Caluol. in commun. conclus. §. ex exceptiones contra libell. conclus. 1. num. 46.

233 Ex quo infertur, quid si filiusfamil. tempore numerationis esset filiusfamil. & tempore celebrationis instrumenti, paterfamil. quodnam tempus attendi debeat, tempus numerationis, vel celebrationis Instrumenti; & resolutiue dico, esse attendendum tempus numerationis, cum ab illa numeratione pecuniæ dicatur mutuũ, cum de meo tuum fiat, l. 2. §. appellata ff. si cert. pet. & institut. quib. mod. re contrab. oblig. & ex definitione prædicti mutui, deberi attendi tempus numerationis pecuniæ, cum sit contractus datione vera rei consistentis pondere, numero, & mensura, l. 2. §. mutui, ff. si cert. vbi Bart. & ex actuali re interuentu perficiatur, §. 2. in fin. quib. modis re contrab. oblig. & sic si numeratio esset facta tempore quo, quis erat filiusfamilias, licet instrumentum sit ab alio tempore celebratum, potest gaudere, & frui debitor beneficio Maced. l. si filius in fine cum l. sequenti ff. ad Maced. Roffred. in d. tract. de ordin. Iuaic. par. 7. Rubr. de Senat. Conf. Maced.

Post hæc omnia queritur vtrum filiusfamil. possit renunciari tali beneficio, cum introductum sit ad talia impedimenta tollenda, Ant. de Cauer. in tract. de exequut. instrum. quæst. 17. & 18. per tot. vbi ad plenum tractat istam quæstionẽ, Mancin. part. 4. de iurament. effect. 181. Alexand. Trentacinq. var. resolut. resolut. 19. num. 19. lib. 3. & quod huic exceptioni non possit renunciari per filiumfamiliam accipientem mutuum, glos. in l. fin. §. 1. ff. ad Vell. l. tam & si ff. ad Maced. vbi Cyn.

- Cyn. in quest. 57. cum alijs cumulatis per Anton. Padill. in l. non passim num. 9. C. de iur. & fact. ignor. Couar. in cap. quamuis pact. in 2. par. §. 3. num. 4. de pact. in 6. Facchin. lib. 2. controuer. cap. 67. Thesaur. decis. 222. num. 2. Nizol. alleg. 41. num. 1. Ludou. Bologn. conf. 45. num. 6. Camill. de Laratha conf. 104. num. 10. Ratio est, quia talis prohibitio respicit fauorem publicum, Ceual. comm. contra. com. quest. 727. num. 26. Frach. decis. 578. num. 5. & hanc opinionem seruat totus mundus, glos. in l. si quis in conscribendo in verbo. Antiqui C. de pact. Dec. num. 30. Ias. nu. 18. qui testatur, hanc communem opinionem, glos. in l. fin. in verbo cessante C. ad Vell. vbi Ang. num. 2. dixit, quod opinio est communis, Azo. in summa tit. C. ad Vell. num. 3. Offred. & Fulgos. in l. fin. C. ad Vell. Hostiens. in sum. tit. de fideiuss. §. mulier, Cuiac. in obseruat. lib. 20. cap. 34. Zasius in singul. respons. lib. 2. cap. 18. Facchin. lib. 2. controuerf. cap. 59. Petr. Frider. in tract. de mandat. sine claus. lib. 2. cap. 61. num. 19. Michael. Teuber. Vlt. aramont. in quest. Iuris Saxon. quest. 34. num. 1. Andr. Gayll. obseru. 77. lib. 2. Anton. Padill. qui de communi testatur in l. ne passim num. 9. C. de iur. & fact. ignor.*
- 237 Respondet huic quæsito *Cyn. in l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & Cler.* non posse per filiumfam. renunciare, e ratione, quia quotiescumque priuilegium conceditur alicui, ob sui fragilitatem, tali priuilegio renunciari, non potest; cum eadem causa currat in renunciatione euitanda, ac in priuilegio concedendo, *Felin. in cap. si diligenti, num. 32. de foro competenti.*
- Verum ex supra traditis dilucitur
- 239 quæstio, vtrum quilibet possit omnes exceptiones renunciare, in quibus respondet, *tex. in l. sed si quis, §. quæsitum, ff. si quis caut. ibi renunciationem ipsam.*
- 240 non valere, cum ista renunciatio sit generalis non comprehendat exceptiones futuras. *Mdenoch. conf. 22. nu. 28. lib. 3. Galefat. conf. 87. num. 2. lib. 2. Turret. conf. 64. num. 35. lib. 2. Becc. conf. 108. num. 3. & 10. Carnaz. decis. 168. num. 13. Gratian. discept. fonens. cap. 41. nu. 9. Surd. conf. 267. num. 5. & conf. 408. nu. 28. etiam restringitur ad ius futurum ex causa de present. *Alb. conf. 66. num. 2. Ann. singul. 439. Syluan. conf. 49. num. 47. & conf. 50. nu. 32. Morett. conf. 83. num. 13. Vulteus conf. 17. nu. 56. lib. 1. nam valebit talis renunciatio si specialiter causæ exceptionum expressæ sint, quibus à promissore sponte renunciatum est, quem *text.* sequitur *Cyn. in l. si quis in conscribendo, C. de Epi-***
- scopis, & Cler. num. 6. vel de illis, quibus renunciatus habuit sciam. Scientiam. Speculat. tit. de except. par. 1. num. 2. Hippol. var. resolut. tit. de except. cap. 4. num. 152. nam exceptio autem Macedoniani, opponi potest, non solum ante sententiam, verum, & post sententiam, vt l. 12. in ordine, ff. ad Maced. sequitur Bald. in l. tam & si, num. 12. C. ad Maced. Nicol. Caluol. in commur. conclus. §. exceptiones, contra libellum, conclus. 1. nu. 46. cum seq. Petr. Rixzar. super Rit. Sicil. cap. 121. Thor. in compend. decis. in verbo exceptio Senat. Consul.*
- 243 *Velleian.* cessat autem talis exceptio cum interuenit patris consensus, *litem §. 7. alias, l. sed iubemus, §. interdum, & §. penult. l. si tantum 12. l. filium 14. ff. hoc tit. nec inquam difficultatur interueniente, etiã post factum talis consensus multum iuuat, l. vlt. C. ad Maced. nam ex tot probationibus effectiua conclusio colligi potest, quod minor renunciare, non possit beneficio suo, nec expressè, nec tacite, cum renunciatio ipsa secundum ipsius naturam taliter considerari possit,*
- 245 secundum *Malfes. in tit. de renunciat. quest. 1. num. 48. quod alia in factis, alia verò in verbis.*
- 246 Verbis autem, quod idem est, ac expressè; & tunc habetur, quando vtitur ex sola voluntate v3. repudiando, vt *l. bis potest, ff. de acquir. hered. vbi post alios probat Mantig. lib. 12. de coniect. vlt. volunt. tit. 14. & ideo solo verbo potest aliquis, iuribus suis renunciare, dummodo ex his verbis benè inducatur renunciatio.*
- 247 Factis autè, & tacite inducitur, quotiescumque aliquis facit actum, vel fauorabilem, vel contrarium iuri, quod sibi competit, cum ex ipsis contrarijs benè inducatur renunciatio; & de iure videtur validissima, *l. si ego, ff. de negot. gest. vbi Angel. & alij, quos probat Surd. conf. 52. num. 25. & conf. 358. num. 10. conf. 489. num. 3. & in decisionibus, decis. 106. nu. 16. & sequenti, & decis. 203. nu. 3.*
- 248 Quæ tacita renunciatio magis præiudicat, ac expressa, & plus operatur, *lason. in l. si constante, num. 157. ff. solut. matrim. Paris. conf. 76. num. 2. lib. 4. Tiraquell. de retract. confang. §. 1. glos. 2. num. 52. Bald. in l. 1. opposit. 27. C. qui admitti, Preses S. C. Neapol. Marcio Ramonti controuerf. fonens. cap. 7. num. 4. talis autem actus indu-*
- 249 citur, quando aliquis in tempore præfixo non facit, quod facere debebat, iuri suo renunciasse præsumitur, equidem
- 250 tale tempus dicitur habere vim renunciationis, vt notauit *Bal. in l. si ea, C. qui accu-*

accusare non poss. quod autem assignari
 251 potest in appellationis causa: nam in
 tali appellatione statuitur tempus decē
 dierum, *Ausbodie, C. de appellat. & Con-*
stit. Regni appellationum tempora, & currit
à die scientia. l. 1. §. fin. ff. quando appell. rit.
cap. concertationi de appellat. in 6. glosa, &
Bart. in d. Ausb. bodie, Scaglioni super Ritu
M. C. V. 6. num. 1. si enim infra illud non
 appellat per lapsum illius temporis, ap-
 pellationi renunciassē presumitur, vt in
cap. Romana, §. si uerū, extra de appell. Alex.
 252 *conf. 87. vol. 7. Imò litigans tempore fe-*
riarum censetur renunciassē tacitè fe-
rijs, Alex. conf. 36. vol. 2. num. 4. Castrens.
conf. 259. nu. 1. Tufsb. in uerbo. tacitus con-
clus. 4. num. 4.
 Ex quibus inferitur renunciationem
 253 beneficij fieri non posse tacitè secu-
 dum magis communem opinionem, &
 sic in hoc non procedit regula, quod
 quilibet renunciare possit, tam tacitè,
 quàm expressè, quoniam Superioris li-
 centia requiritur, tam in renunciatio-
 ne expressa, quàm tacita, vt *Ioan. de Imol.*
in cap. ex ore, in uers. renunciassē, de his, que
fiunt à maioripar. Capit. nu. 2. & de com-
muni testatur, Gratian. discept. forens. to. 5.
cap. 83. Rota decis. 417. num. 1. par. 1. recent.
Cocc. decis. 174. num. 3. Gonzal. ad regul. 8.
Cancell. glos. 18. à num. 2. & glos. 47. nu. 20.
Vivian in prax. Juris patronatus lib. 12. cap.
10. num. 24. Puteus decis. 402. lib. 1. Flan.
lib. 2. qu. 4. & lib. 7. qu. 14. num. 8. &
Barbos. in suo tract. de potest. Episc. lib. 3.
pag. 184. num. 142. Couar. latè in lib. 2. va-
riar. resolut. lib. 1. cap. 5. num. 6. fol. 33.
 254 Talis autem renunciatio per viam
 tacitè videtur de iure validissima, *l. ff.*
Dominum, §. si ff. de positi, l. 2. C. de iure do-
min. impetran. l. commissorie, C. de pact. inter
empi. & uendit. l. mater, ff. de inoff. testam.
 & non potest redire ad ius primeuum,
 255 *l. fundus, §. eleganter, ff. de lege commissor.*
 neque haberi potest regressum ad ius
 nunciatarum, *Tiraquell. in tract. de retrab.*
signag. §. 1. glos. 9. num. 121. Barbos. in l. si
quis ius iurand. in collect. 11. C. de reb. cred.
& iur. iuran. pag. mihi 6. num. 5. Minad. cō-
sil. 5. num. 16. merit. ff. Reg. Valenz. conf. 165.
num. 30. l. queritur, §. si venditor, ff. de adelit.
edit. Rom. conf. 326. num. 2. conf. 369. num.
26. Dec. conf. 445. num. 56. conf. 551. num. 1.
conf. 609. num. 4. conf. 625. Aym. conf. 24. nu.
4. Bertran. conf. 138. num. 34. lib. 4. Franr.
Becc. consil. 34. num. 12. Crauett. conf. 166.
Dec. conf. 389. num. 10. per tex. in l. postquā
liti, C. de pact. Crauett. conf. 74. num. 4. Aff.
decis. 220. num. 19. Roland. à Vall. conf. 57.
num. 14. lib. 3. & conf. 95. lib. 1. num. 34. per

tex. in l. si maritus, §. si negauerit, ff. de adul-
ter. l. fin. C. de remiss. pignor. Ias. conf. 133.
lib. 4. Menoch. conf. 1. num. 209. Crauett. con-
sil. 290. num. 2. Surd. conf. 395. num. 4. lib. 3.
Cephal. conf. 137. num. 5. & conf. 442. nu. 23.
 latius *conf. 445. num. 2. Riminal. qui alios*
 citat in *conf. 73. num. 11. Menoch. conf. 401.*
num. 100. Surd. conf. 431. num. 11. lib. 3. &
conf. 152. num. 5. lib. 2. & conf. 183. num. 2.
Tbesaur. qu. ff. forens. lib. 1. qu. 34. nu. 4.
Rubens decis. Rot. Rom. 323. num. 9. & 10.
 & propterea agere, non potest ex iure
 quod alteri renunciavit, *Bart. in l. facta*
§. si heres, ff. ad Trebel. Guid. Pap. decis. 530.
& decis. 547. Card. Tusch. pract. conclus. liti
R. conclus. 175. num. 1. Paris. conf. 12. lib. 2.
 256 *num. 10. conf. 26. num. 1. conf. 89. num. 20*
lib. 3. & probari potest ex definitione
 ipsius renunciationis, ex illa particula,
 iuris proprii spontanea restitutio, indu-
 cendo remissionem sui proprii iuris ab
 expresso, *text. in l. 2. C. si res alien. pignor.*
dat. & l. 2. C. de remiss. pignor. Andr. in cap.
1. que sunt regal. num. 2. uers. taciturnitas,
 per *tex. in l. quod si uir, cum l. sequenti, ff. fo-*
 257 *lut. matrim.* sic etiam conquestus, &
 non contradicens, dum potuit contra-
 dicere, inducit consensum in actu pra-
 iudiciali, ita vt quis perdat ius suum, *l. pe-*
nult. ff. de re iudic. l. 1. §. scientiam, ff. de tri-
 258 *butar. act. & non conquerendo videtur*
 approbare, *l. filiusfam. l. 2. ff. ad Macedon.*
 259 Imò non conquestus dicitur expres-
 sus consensus in renunciando punctua-
 lis est, *tex. in l. ab eo, C. quemadmod. & quā-*
do Iudex.
 260 Ex quo sequitur, quod actus con-
 trarius; sit tanti roboris, quod nunquam
 ad ius primæuum redire potest, *d. l. fun-*
 261 *dus, §. eleganter, ff. de leg. commiss. Imò*
 nec minor habet restitutionem aduer-
 sus renunciatum ius per contrarium
 actum, cum adeo sit potentissima ipsa
 renunciatio, *l. si filius, ff. de minor. l. mino-*
 262 *rib. ff. eod. ita etiam procedit in Eccle-*
 sia; & Vniuersitate, qui perdunt ius eo-
 rum per dictum contrarium actum, &
 263 eo modo videtur, ac si illi expressè re-
 nunciasset, ad quod sunt necessarij con-
 tinuati actus spatio viginti annorum, li-
 cet inter priuatos sufficiat vnicus actus
 contrarius, *Abb. in cap. cum accesserit n. 7.*
uers. 2. casu extra de constit. allegat pun-
tualis, tex. in cap. si de terra, & cap. deceden-
tibus de priuile. sic à pari per non usum,
 vsus alicuius rei præscribitur inter præ-
 sentes de omnino, *l. sicut, C. de seruit. &*
aqua, non requiritur titulus, l. 2. C. eod. l. si
quis diuturno, ff. de seruit. ven. neque bona
 fides, sufficit, tantum negligentia ad-
 uer-

nerfarii l. sequitur §. si viam ff. de usu DD. & prapine Bal. in l. 1. C. de seruit. & aqua, ex illa ratione quia qui præscribit, non præscribit seruitutem, sed libertatem prædij sui, vel ipsemet fundus, qui retinet seruitutem, libertatem suam, ratio per Paul. de Castr. in d. l. sequitur §. si viam num. 6. allegat tex. in l. qui fundum ff. quemadmod. seruit. amitt.

267 Item non vtens exceptione vel priuilegio videtur renunciare exceptioni, ac priuilegio, ac etiam amissum videtur vt notatur in l. penult. in principio C. de pact. notatur in l. pacta nouissima C. de pact. ibi usuram se non esse consentit l. 3. C. de fide instrum. optime facit text. in l. alienationis verb. ff. de verb. signif. ibi his quoque alienare dicitur qui ius suum non vtendo amittit, facit et quoque tex. in l. in filiis C. de decurion. lib. 10. ibi quæ & si necessitas non exigit, & qui non vtitur exigente necessitate remittere videtur l. attilianus ff. de seru. rustic. prædior. quoties vtendi occasio adest l. 1. ff. de nundin. ibi nundinis impetratis à Principe, non vtendo qui meruit decennii tempore vsum amittit, & arguitur renunciatio, & dissentus Canonist. omnes in cap. priuilegia §. illud extra de priuileg. Aym. Crauett. conf. 11. & conf. 124. Gizzarell. decis. 73. Decian. conf. 23. num. 107. vol. 1. & conf. 24. num. 27. lib. 3. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centar. 1. casu 83. Reg. Capic. Galeot. controuer. 20. lib. 2. num. 40. latè Ioannes Baptista Larrea lib. 1. alleg. fiscal. alleg. 16. num. 23. & 29. vbi plures cumulat Authores Reg. de Ponte in sua lectara feudali lect. 5. nu. 60. Anna conf. 105. num. 17. & sing. 400. Cesar Barz. decis. 22. num. 26. ratio & quia vsum & possessio attenditur in priuilegiis, & antiquatur, Bal. conf. 130. num. 20. lib. 1. Rom. conf. 898. Seraph. decis. 595. num. 5. Franck. decis. 56. cap. priuilegium 11. q. 3. glos. in cap. si compromissarius vers. transfulerunt de elect. in 6. per text. in l. vsu ff. quemadm. seru. amitt. Felin. in cap. cum accessisset de consuetud. gl. in l. falso C. de diuers. rescript. Serader conf. 16. colum. 17. vers. decimo licet priuilegium inter conf. Borcholt. p. 2. Crauett. conf. 322. nu. 3. Marchio Torello Reg. Capicinus Latro consult. 134. num. 23. lib. 2. Capyc. decis. 134. D. Reg. Tapp. in repet. l. fin. ff. de consuet. princ. Alex. conf. 33. col. 2. volum. 4. Riminald. sen. conf. 302. num. 9. Gregor. Lopez. in l. 42. tit. 18. par. 3. prout fuit disputatum in causa Ciuitatis Puteolorum in Regio Collaterali Consilio Neapolitano cum Regia Dohana Neapolitana dum prætendebat Ciuitas puteolorum habere priuilegium nundinæ, & per non vsum spatio

multorum annorum erat extinctum.

268 Qua propter non vtendo vsum fructus amittitur §. finitur institut. de vsum fruct. l. pomponius; l. si mulieri, l. si vsum fructus ff. quib. modis vsum fruct. amitt. l. arboribus §. vsum fructuarius cum §. sequenti, l. non vtitur, cum l. sequenti ff. de vsum fruct. amittitur nempè decennio inter præsentis, & viginti anni inter absentes, à tempore quo competere cepit computandis, l. notissimi §. in his C. de prescript. 30. annorum, l. penult. C. de seruit. & aqua, l. corruptionem C. de vsum fruct. l. fin. C. de prescript. longi tempor. l. sequitur §. fin. ff. de vsum fruct. amitt.

269 Ius autem seruitutis non vtendo remittitur l. penult. l. fin. C. de seruit. & aqua, l. alienationis ff. de verbor. signif. l. si sic ff. quemadm. seru. amitt. Bal. de prescript. p. 3. 4. par. principali quest. 4. Vnde etiam vir 270 non vtendo seruitute debita prædio dotali illam amittit, Alex. l. filio fam. in princip. nu. 2. ff. sol. matrim.

271 Ad adnotationem eorum quæ supra dicta sunt circa remedium legis secunda C. de rescindend. vendit. sciendum est, quod tale remedium adhuc spatio triginta annorum præscribatur, prout præscribuntur cæteræ omnes actiones personales, quia istud remedium (læsus) prosequitur ex contractu emptiouis, & vditionis, ex quo datur actio personalis, vt dicta leg. 2. glos. magna in principio, Corn. conf. 17. in 6. dubio, circa sextum volum. 4. num. 7. glos. in cap. cum causa, in glos. magna circa medium tit. de emption. & vendit. Bal. in tract. de prescript. in 4. par. quarta partis principalis, quaest. 26. Cagnol. in dicta l. secunda in prima quaest. 274 cum illa actio huius remedij sit merz personalis, neque rem sequitur, nec datur contra singularem successorem, l. prima §. si hæres ff. ad Senat. Consult. Trebell. l. fin. in fine ff. de contrahend. emption. Alex. conf. 92. colum. 2. libro primo, nec agere poterit contra tertium possessorem, sed dumtaxat contra primum emptorem Doctores omnes in dicta lege secunda, Decian. conf. 35. num. 10. per totum lib. 4. cum inhæreat ossibus emptoris dicta l. 2. in glosa magna vers. item, quod si ipse emptor, quam sequuntur Bart. Bald. Paul. & Salye. & denique omnes scribentes, Alex. conf. 92. col. 2. lib. 1. Alex. conf. 10. lib. 1. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emptor. & vend.

S V M M A R I V M .

- 1 *Filia læsa in bonis maternis, an non obstante sua renunciatione illa obtinere possit.*
- 2 *Renunciatio & donatio facta matris sua sine est nulla.*
- 3 *Filia dotata à patre non excluditur à bonis maternis.*
- 4 *Causa limitata, limitatum producit effectum.*
- 5 *Exclusio debet restringi ad causam.*
- 6 *Causa exclusionis est dos.*
- 7 *Filia dotata à patre an intelligatur de bonis maternis etiam si diceret se dotasse de bonis maternis & paternis.*
- 8 *Onus paternum est dotare filiam.*
- 9 *Renunciatio si in alio verificari non possit solum ad bona paterna, an extendatur etiam ad bona materna.*
- 10 *Filia quando censeatur dotata de bonis paternis, & maternis.*
- 11 *Renunciatio facta cum clausula omni, & cuiuscumque iuri, quod mihi spectat, aut spectare potest in bonis, vel hereditate patris ex quacumque ratione sua causa in iuribus dotium maternas, an per talem particulam censeatur renunciasset bonis maternis.*
- 12 *Renunciatio tacita bonorum maternas an valeat.*
- 13 *Bona intelliguntur deducto gre alieno.*
- 14 *Res alienum licet non sit in bonis tamen est in hereditate.*
- 15 *Dos materna bene potest assignari pro gre alieno.*
- 16 *Renunciare bonis paternis diuersum est, ac renunciare hereditatem paternam.*
- 17 *Mater promittens dotem filie, vna cum patre presumitur potius intercessisse quam dotasse.*
- 18 *Intercessio mulieris consideratur quando principaliter non obligatur.*
- 19 *Intercessio mulieris consideratur quotiescunq. quis interuenit pro aliena obligatione.*
- 20 *Contractus non denominatur à nominatione partium, sed ab effectu.*
- 21 *Mulier soluens aliquid pro marito potest repetere.*
- 22 *Mulier se obligans vna cum suo viro non tenetur, nisi illa obligatio esset versa in ipsius utilitatem.*
- 23 *Maritus, & uxor confitentur habuisse pretium rei dotalis vendita totum pretium peruenisse ad maritum, nisi probetur realiter ad mulierem peruenisse.*
- 24 *Reuerentia mariti videtur esse causa confessionis.*
- 25 *Mulier censeatur fideiubere non costando pecuniam fuisse peruentam ad mulierem.*
- 26 *Mulier tenetur, & obligatur pro illa parte quam recepit.*
- 27 *Pretium non presumitur in dubio peruenisse ad mulierem.*

- 28 *Confessio nunquam preiudicat mulieri nisi heredes doceant, quod medietas pretii fuit soluta mulieri.*
- 29 *Mulier nunquam presumitur contrahere.*
- 30 *Mulier iuuatur ex ratificatione facta de contractu gesto post decem annos.*
- 31 *Pretium nunquam presumitur peruenisse ad manus mulieris licet numeratum fuerit.*
- 32 *Confessione mulieris non statatur quamuis iurata.*
- 33 *Pater tenetur dotare filiam, & non mater.*
- 34 *Mater tenetur dotare filiam quando pater est inops.*
- 35 *Onus paternam dotandi filiam transit ad heredes.*
- 36 *Dos filia constituta à patre in vita an possit esse minus legitima.*
- 37 *Petitio supplementi legitime non conceditur post mortem patris & quod nam tempus attendatur in petitione illius.*
- 38 *Dotans potest excedere quantitatem legitime attendita dignitate personarum.*
- 39 *Bona subiecta fideicomisso possunt assignari in dotem quando bona libera non adsunt.*

C A P V T X.

Renunciatio à Filia facta de bonis Paternis, & Maternis an illis bonis maternis non receptis possit agere de lesione.

ET sanè ferè sèper in hac materia, quæ rota die practicatur, in hoc regno, & ea in capitulis matrimonialibus exornatur, præcipuè quando filia quæ nihil ex matre, seu de bonis illius recepit, renunciat, ne dum legitime, & successioni paternæ, sed etiam maternæ; si filia fuerit læsa nihil obstat eius renunciatio, sub prædictis verbis facta, & sic poterit bene filia materna bona repetere, ac si nō renunciasset *Dec. cōf. 379. & in cōf. 181. Io. T. bo. Minadoes in repetit. cōstit. Regni in aliquibus notat. 3. num. 7. Dec. cōf. 26. volum. 1. & cōf. 180. vbi de hac materia Corneus cōf. 142. col. 2. & optimè in cōf. 158. vol. 4. n. 1. Andr. & alij in cap. 1. de nat. succ. feud. Paulus de Castro cōf. 184. incip. contra superius Ioan. Franc. de Ponte cōf. 74. num. 9. Paris. cōf. 8. num. 4. & 5. lib. 3. Neuzan. cōf. 16. num. 8. Ioan. Bapt. Costa de rata, & port. q. 62. n. 1. 2. & 3. Marefcot. lib. 2. variar. resol. q. 131. Riccius collect. 164. decisum testatur, Paris. in cōf. 80. vol. 3. sequitur Affl. dec. 179. n. 9. vbi Vrsill. n. 13. elegans ad id est decisio Senat. Sicil. apud Marstrill. decis. 186. per*

R totam,

- totam, admirabilis est de hoc Faber in suo C. lib. 5. tit. 6. de finit. 7. tit. de dote promiss. & decis. Rota Florent. apud Magon. decis. 18*
- 2 per totam, ubi, quam parui faciendæ sunt donationes, & renunciaciones, quæ per filias parentibus fiunt, ubi dolo, matru, suafione, ac suggestionibus communiter extortæ optime Gerard. Mainar. dec. f. 21. lib. 4. Auend. in tract. de matu cap. 13. lib. 2. num. 47. ubi non considerat quod filia læsa sit, sed quod renunciatio non extendatur ultra bona, & successiōem eius, qui dotauit, vt decisum refert in sua Curia Tholosiana.
 - 3 Vnde concluditur quod dotata à patre, non excluditur à bonis maternis,
 - 4 quia limitata causa, limitatum parit effectum ad text. in l. fin. C. de promiss. dotts optime glosa ubi DD. in l. 1. C. de legitim. hered. etiam attenda consuetudine Neapolitana ex decis. Neapodani in consuetud. si moriatur §. eas autem num. 96. & in consuetudine si qua mulier vers. fratribus nu. 10. Andr. in constitut. Regni. in aliquibus vers. nam vt prædictum est ibique Affl. num. 21
 - 5 Anna alleg. 70. num. 8. & exclusio debet restringi ad causam eius, l. cancellauerat ff. de his que in testam. de l. n. l. d. causa.
 - 6 exclusionis fuit dos data, l. qui valebat ff. de hered. instit. ideo restringi debet ad heredem dotantis, vt dixit Bal. in l. 1. C. de legit. hered. ibem Dec. nu. 7.
 - 7 Quod autem procedit in dotatione patris in qua diceret pater se dotare filiam, tam de paternis, quam maternis; verum talis dotatio, nihilominus intelligi debet solum de bonis paternis; non vero de maternis, cum ex bonis patris fieri debeant dotationes; quia ad paternum officium id spectare, l. fin. C. de dotts promiss. dicit Ludou. decis. Perus. 21. num. 16 Menoch. lib. 3. præsumpt. 13. & conf. 196. nu. 55. Bursat. conf. 48. num. 17. & 18. Burg. decis. 8. num. 30. Anchar. conf. 39. num. 2. visa renunciacione, & conf. 379. nu. 14. ibi quod licet Pater dixerit de bonis paternis, & maternis nihilominus de paternis tantum censetur dotare, Bald. nouell. de dote par. 6. priuileg. 45. Campeg. in tract. de dot. par. 1. q. 16. num. 4. Soccin. sen. conf. 100. num. 8. lib. 3. Paris. conf. 80. num. 1. lib. 3. Corn. conf. 3 lib. 2. l. 1. ff. solut. matrim. ubi Ripa num. 87. vers. amplia 2. Soccin. iun. num. 166. Bologn. num. 109. vers. 2. ampliatur, Soccin. iun. conf. 79 nu. 85. lib. 3. Hieron. Gabriel conf. 136. nu. 21 Par. conf. 30. lib. 3. nu. 3.
 - 9 Quod totum limitatur, quando prædicta renunciatio in alio verificari non possit, solum ad bona paterna, quoniam tunc extenditur, etiam ad bona materna, quia quando filia, non habet vel ipsi, non competit aliquod ius in bonis matris; si renunciando, simpliciter, dixisset, se cedere omne ius quod habet in bonis paternis adhuc talis cessio, seu renunciatio nè inutilis sit, extenditur etiam ad bona materna, prout dixit Paul. de Cassi. in conf. 193. vol. 2. vers. item adhuc, latè scriptit Menoch. in conf. 288. num. 17. Bai. in conf. 193. col. penult. in fine, vers. item adhuc videtur vol. 2. Dec. in conf. 425. num. 6. circa finem, Surd. in conf. 510. num. 4. volum. 4. Reg. Rouit. conf. 44. num. 10. vers. nec renunciatio, Preses S. R. Conf. Neap. Marchio Ramonti in lib. 1. controuers. forent. cap. 5. nu. 1. Menoch. conf. 87. num. 20. lib. 1. Surd. conf. 393. num. 14 lib. 1. Soccin. iun. conf. 116. nu. 50. lib. 1. Paris. conf. 71. num. 14. lib. 3. Alex. conf. 102. num. 6. lib. 6. Roland. conf. 34. num. 92. lib. 4. Bart. in l. qui roma §. duo fratres n. 19. vers. nunc ad propos. & ibi Ripa nu. 79. Cros. nu. 127. ff. de verbor. oblig. Surd. lib. 4. conf. 516. num. 4. vers. tamen hoc fallit Menoch. conf. 289. num. 15. & 17. Riminald. in conf. 31 num. 83. Ruyn. conf. 33. num. 9. conf. 79. nu. 8. volum. 2. conf. 112. num. 19. Capra conf. 62. num. 3. Bald. conf. 193. vol. 2. vers. item adhuc videtur Alex. conf. 102. nu. 7. volum. 6. Dec. conf. 425. nu. 7. vers. imo quod plus est.
 - 10 Ad quod ampliatur, quod eo iure cõsetur dotatio facta de bonis maternis, & paternis, quando pater dicit dotem cõstituo filia meæ, puta centum, ex bonis meis; & centum ex bonis maternis, quæ modum dotandi dixit Mastrius. decis. 186. per totam.
 - Ad hoc autem adest optima Affl. decis. 178. num. 12. vers. circa 9 ubi quod pater contentetur tantum de propriis dotare filia, quamuis dicat de bonis maternis.
 - 11 Nam ex hoc oritur difficultas si filia in renunciacione apponat particulam illam renuncio omni, & cuiuscumque iuri, quod mihi spectat, aut spectare potest in bonis, vel in hæreditate patris, ex quacumque ratione siue causa in iuribus dotium maternarum, in dictis bonis, & hæreditate incluseram, an per talem prrticulam censetur cum effectu renunciaffe bonis maternis licet non expressè saltem tacitè.
 - 12 Si igitur nulla operatur expressa renunciatio bonarum maternarum, stultū adeo videtur, quin possit operari tacita, Surd. in conf. 112. num. 21. lib. 1. nam talis iussus patris, vt amplius filia non petat; non operatur quin filia excludatur à petitione bonarum maternarum, licet latiora prohibitio, quia talis iussus non
 - 13 non comprehendit amplius, nisi bona sua;

sua; quæ bona intelliguntur deducto ære
 alieno, l. sub signatum §. bona ff. de verbor.
 significat. ponit Bar. in l. ut iure sur. §. si libe-
 14 ri ff. de oper. libert. & licet tale æs alienum
 quamuis non sit in bonis, est tamen in
 hæreditate, l. i. C. scert. pet. l. pro hæredita-
 riis C. de hæred. instit. l. hæreditas ff. de regul.
 iur. l. nihil est de verbor. signif. & inconti-
 nenti ita voluisse Bal. in l. liberti num. 28.
 vers. aut dixit reliquo C. de bonis libert. &
 15 pro ære alieno bene assignari potest dōs
 materna, vt optimè Ioann. Bapt. Coss. de
 rata, & portio. quest. 250. n. 3. fol. mibi 203.
 16 nam diuersa ratio est, quando filia cē-
 dit omnia iura, quæ habet, & habere po-
 terat super hæreditate paterna, & tunc
 dotes matris petere non potest, ad diuer-
 sitatem, quando dicit super bonis pater-
 nis, quia eo casu petere potest dotes ma-
 ternas; non obstantē renunciatione, &
 cessione facta; & ita post Bald. tenet Nat.
 in cons. 186. num. 2. plures refert Dec. cons.
 425. num. 7. col. 5. fol. mibi 88. vers. & in ter-
 minis in fine num. 7. & in Authen. prætere-
 C. unde vir, & vxor.
 17 Ex quo deuenitur quid si pater, &
 mater simul pro filia dotem promittūt,
 mater præsumitur magis intercedendi
 animo, pro marito promittente; quam
 vt de suo aliquid præstare Osafo. decis. 44.
 num. 7. Crauet. cons. 77. singulariter Rolan.
 18 à Vall. cons. 64. num. 6. & consideratur in-
 tercessio quando principaliter non o-
 bligatur, Ioann. Faber in §. fideiussores
 num. nono, & in rubr. num. 2. Instit. de fi-
 deiuss. latè exonerat, alios cumulando
 Sforz. Odd. in cons. 51. & cons. 41. à num. 44.
 vsque ad nu. 75. & num. 54. & 70. & nu. 74
 vol. 1. qui declarat virtutem illorum ver-
 borum principaliter. & insolidum, tex.
 est in l. 2. & 3. ff. de duobus reis, & doctrina
 Bar. in l. reos promittendi num. 1. ff. de duob.
 19 reis, quotiescumque quis interuenit
 pro aliena obligatione intercessio est,
 20 quia contractus non denominatur à
 nominatione partium, sed ab effectu,
 l. insulam ff. de præscr. verb. F. hofaur. decis.
 323. Imo & si mater aliquid soluit potest
 21 repetere à marito; ex quo negotium
 spectabat in totum ad eum, l. vir vxori
 §. fin. ff. ad Vel. vel in simili, si vir, & vxor
 22 in eodem instrumento; se obligāt mu-
 lier non tenetur, nisi illa obligatio in ip-
 sius vtilitatem vertat, non aliter quam
 ex tenore instrumenti, optimè illustrat
 Bal. Nouell. de dote 6. par. priuil. 2. num. 3.
 Faber in suo C. tit. de dote promissa definit. 7
 num. 7. Reg. Rouit. in drag. 1. de Senat. Conf.
 Vel. num. 8. Hondded. cons. 45. num. 3. vol. 2.
 Ant. Faber in suo C. libris. tit. 6. definit. 8. Ioa.

Bapt. Tbor. in compend. decis. Neap. in vers.
 vxor (in simul). Gayll. obseruat. lib. 2. obseru.
 89. sub num. 1. Auend. in tract. de matu lib. 2.
 cap. 11. nu. 77.
 23 Imò si maritus, & vxor consententur
 habuisse pretium rei dotalis venditæ,
 totum pretium præsumitur peruenisse
 ad manus mariti, nisi probetur realiter
 ad mulierem peruenisse, Abb. cons. 44. nu.
 1. vol. 1. Franc. Marc. decis. 508. na. 7. vol. 1.
 Camill. Borrell. tomo tertio sum. decis. tit.
 13. num. 110. cum sequentib. Auend. de me-
 tu, ubi sup. num. 73. Ratio est, quia reue-
 24 rentia mariti videtur esse causa reflex-
 sionis, argum. tex. in l. 1. §. 1. ff. qua ver. act.
 Specul. in tit. de obligat. & solut. §. ante om-
 25 nia, vers. sed pone, & non constando pec-
 uniam fuisse perueniam ad mulierem,
 vel in eius vtilitatem versam, licet sint
 simul obligati, parum, aut nihil interest,
 26 quia centetur fideiubere, l. item si filius,
 §. 1. ff. ad Maced. si verò pro parte ad eam
 peruenit; pro ea parte mulier tenetur,
 27 d. l. vir vxori, si autem dubitatur, non
 præsumitur verisimiliter peruenisse pec-
 uniam ad mulierem; nisi probetur ver-
 sam in eius vtilitatem, Auth. si qua mu-
 lier, & iuribus supra adductis, & menti
 tenendum, & notandum, dixit Imol. in l.
 Modestinus, ff. de solut. & cap. cum contin-
 gat, ubi col. 18. vers. sed iuxta prædicta po-
 test dubitari de iure iur. & in l. cum vir, co-
 lum. 6. in fine, vers. ex prædictis, ff. de vsuca-
 pion. & hoc suadet æquitas, & docet ex-
 perientia, maritus videtur pretium re-
 cepisse, cui voluntati cum commodè
 mulier adaptari non potuisset, idè satis
 visum est, quod non teneatur medietate
 dicti pretij in dicta dote computa-
 re, hanc sententiam probat Angel. in §.
 sed & aliud instit. de donat. in §. item si in
 iudicio, col. 14. in fine, ff. de except. Bart. con-
 sil. 179. vol. 2. Aff. decis. 209. num. 2. vbi di-
 cit, quod bis fuisse decisum in S. R. C.
 Camp. in tract. de dote in 3. par. qua 5. 9. Bal.
 nouell. 7. par. in tract. de dote in primo pri-
 uil. col. 9. vers. prædicta, Bologn. cons. 45. Boer.
 decis. 23. vol. 4. Aym. cons. 91. vbi dicit hanc
 esse communem, & temerarium esse à
 prædicta tantorū patruū opinione disce-
 dere, Ruyn. cons. 299. vol. 2. cum talis con-
 28 fessio, nunquam præiudicet mulieri, ni-
 si hæredes doceant, quod dicta medietas
 sit soluta mulieri, ita tenet Speculat.
 in tit. de oblig. & solut. §. ante omnia, vers.
 sed pone.
 29 Imò, quando nō probatur pecuniam
 fuisse versam in vtilitatem mulieris, nū-
 30 quam præsumitur contraxisse; Imò
 etiam si milles ratificasset contractum

- ab eo gestum, etiam post decem annos, adhuc iuuatur, vt *tex. in dicta Auth. si qua mulier, cui Auth. beneficio renunciari non potest. secundum Bald. in dicta Auth. nu. 10. Salicet. num. 5. Alber. num. 4. Abb. conf. 44. num. 1. lib. 1. Bologninus in conf. 45. num. 6. & seq. sequitur Honded. in conf. 45. lib. 1. num. 18.*
- 31 Nec sufficit dicere, quod pecunia mulieri mutuata fuit, prout dixit *Imol. in dicto cap. cum contingat, quod etiam si in instrumento dicitur, quod non presumitur peruenisse ad manus mulieris, licet numerata fuerit, nisi cum effectu probetur, vt notatur per Specul. in dicto tit. de obligat. & solut. Bald. & Salic. in d. Auth. si qua mulier, & non statur tali conditioni mulieris, quamuis lurata, tanquam facte inter personas prohibitas ad utilitatem mariti in preiudicium uxoris, Angel. in dicto S. est, & aliud, & in S. etiam si.*
- 32 Et quod plus est cum dotatio ipsa ad patrem spectet, non autem ad matrem, cum de se non teneatur filias dotare, *l. neque mater, C. de iure dot. Corah ad l. qui liberos num. 5. ff. de ritu nupt. Pape in decis. 182. lib. 1. quod debitum ex triplici ratione intuitur, ratione sanguinis, ratione paternitatis, & ratione debiti collocandi filias, vt dixit Vincent. Carocc. in repet. l. jin. C. de dot. promiss. quest. 4. id autem limitatur secundum Jacob. de Aren.*
- 34 & Ioann. Fab. in d. l. mater, quando pater esset inops, & mater auer, quoniam illa obligatio, quæ erat in patre circa filias dotandas facit transitum ad matrem, *l. per. ult. ff. de liber. agnos. Angel. & Imol. post Bald. in l. Paulus, S. a filia, ff. ad Trebell. sequitur Constant. Roger. in tract. de dote in 2. art. num. 2.*
- 35 Et illud onus paternum dotandi filias transit ad heredes, ad quos paterna bona cum qualitate hereditaria transeunt *Bart. in l. si maritus, S. si voluerit, n. 4. & in l. insulam in primis ff. de iur. matrim. Paul. de Castr. in l. si focer, num. 4. ff. de iur. tit. Bald. Abb. Soccin. sen. Menoch. de quibus committit Ioann. Anton. Bellon. in conf. 74 n. 68. Stephan. Grat. decis. March. 19. nu. 6. Amat. decis. 23. num. 24.*
- 36 Et dum supra fuit dictum, quod pater teneatur dotare filiam, numquid possit pater assignare dorem in vita, & possit esse illa dos minus legitima, siue non excedere legitimam, & in hoc conueniunt omnes classici, vt in *Auth. res, que C. commun. de leg. vt colligit doctissimus Giurb. in Consuetud. Mess. cap. 2. glos. 7. p. 1. num. 38. & 41. And. in consuet. aliquib. in*
- glos. quintum decimum, vers. per hoc patet, nu. 7. Afflic. in q. 12. & 14. & in decis. 160. Franch. decis. 616. Reg. de Ponte conf. 65. lib. 1. & conf. 45. Capyc. decis. 153. Neapod. in consuet. si moriatur in glos. parag. num. 51. ubi Camill. Salern. in addit. incip. paragium num. 95. Pisanell. in addit. incip. circa paragium fol. 94. Ant. de Alex. in consuet. si aliquis moriens in addit. incip. circa istam consuetudinem fol. 161. Camill. Medic. conf. 75. num. 6. Amat. conf. 11. num. 27. Alex. conf. 7. num. 3. lib. 2. Dec. conf. 26. num. 5. Gramat. Franch. Franc. de Amic. Petr. Gregor. Viui. Canner. Borgogn. Cauale. Masril. de Ponte, & alij, quos citat Thor. in 1. par. compend. in verb. paragium a fratre Ann. alleg. 70. nu. 5. Brun. de statut. art. 9. num. 33. vol. 2. cum illa dos assignata a patre dicitur competens, cum nemo presumatur sumere melius consilium pro filia quam pater, & illud quod conueniens videtur patri, omnibus tale videri debet Cephal. conf. 501. num. 3. & 15. vol. 4. Peregr. de fideicommiss. art. 38. num. 2. & artic. 39. num. 21. Ioseph Ludouic. decis. perus. 21. num. 52. Paris. conf. 26. num. 83. volum. 3. Corn. conf. 170. num. 7. volum. 2. Alex. conf. 69. num. 2. vol. 1. Dec. conf. 26. Decian. conf. 6. num. 4. vol. 1. Imol. conf. 6. num. 63. Bursat. conf. 248. vol. 3. num. 4. Auth. sed quamuis C. de rei uxor. Alex. conf. 32. lib. 4. Corn. conf. 7. nu. 16. lib. 2. Dec. conf. 379. num. 9. Paris. conf. 16. num. 82 lib. 2. Gramat. d. decis. 7. Boer. d. decis. 6. late Peregrin. decis. 3. num. 10. & decis. 13. num. 28.*
- 37 Nec filie permittitur petitio supplementi post patris mortem, vt post alios descripsit *Gramat. decis. 57. & decis. 101. nu. 70. & sequent. ubi plures refert decisiones Franch. in consuet. si moriatur in addit. incip. circa paragium fol. 94. Petrus Gregor. in suo tract. de dote de parag. q. 25. ubi plures alios iudicatum refert Salern. in addit. ad consuetud. Neapolit. in consuetud. si moriatur in verbo paragium fol. 96. suadetur hi omnes Doctores vnica ratione, quod semper ad petitionem supplementi attendatur tempus dotationis non autem tempus mortis patris, vt latius disputatum fuit in cap. 8. num. 6. & seq. & competens paragium dicitur viuente patre, habito tamen respectu ad bona existentia tunc temporis penes patrem.*
- 38 Quæ iura & rationes cessant in filia nuptura cum licitum sit tam patri quàm alijs personis ad quem paternum officium transit dotandi filias, excedere quantitatem legitimæ, & paragii portionem *l. quero ff. de iure dot. l. cum post S. gener. ff. de iure dot. Gramat. ubi sup. Lander. conf.*

conf. 35. num. 2. 3. & 12. Reg. de Ponte conf. 65. num. 15. volu. 1. Staib. conf. 16. num. 8. & seq. Mastrill. decis. 48. & 107. Tapia Reg. de cis. cap. 14. nu. 31. 35. & 47. & hoc procedit etiam mortuo patre, cum attenda dignitate personarum, & illa dos à patre relicta competens non videtur, possunt ipsi filii augere dotem, & transcendere usque ad virilem, vt latius scripsit Reg. de Ponte de potestat. Prorog. tit. de successione. mulier. num. 3. & clarè colligitur ex verb. d. l. quero ibi (ex dignitate mariti) & ex l. cum post § gener. ff. de iur. dot. ibi (dignitatem mariti) sequitur Molfes: ad consuet. Neap. par. 4. tit. de success. ab intest. q. 16. nu. 4. vers. nihilominus, & adeo fauorabilis est talis qualitas mariti pro matrimonio, 39 quod etiam si alia bona non sint, possunt assignari bona fideicommissò subiecta, vt idem Molfes. nu. 5. latè Peregrin. de fideicommissis art. 42. num. 58. Petra de fideicommiss. quest. 8. num. 456. Brun. tract. de statut. art. 9. num. 26. Fulgos. conf. 40. Menoch. de presump. lib. 2. presump. 189. num. 156. T. bes. iur. decis. 192. num. 3. Ioan. Gutierrez de tutel. & cur. par. 2. cap. 11.

S V M M A R I V M .

- 1 Renunciatio matris recepta dote patre mortuo nocet filiis .
- 2 Legitima an debeatur nepotibus stante renūciatione matris in bonis Aui, vel Auiæ.
- 3 Legitima non debetur nepotibus in bonis Aui viuente patre, vel matre.
- 4 Exclusio Nepotum circa legitimam in bonis Aui, vel Auiæ ex quo oriatur .
- 5 Filia censetur totam eius portionem habuisse, per constitutionem dotis .
- 6 Dos dat. a filie, imputatur in legitimam.
- 7 Dos non potest esse minus legitima in nupta, in nuptura potest transcendere legitimam .
- 8 Filia per constitutionem dotis censetur, ac si successisset ex testamento in portione illa debita .
- 9 Dos dicitur causa renunciationis.
- 10 Filia dotata censetur remisisse spem de presenti, & videtur fecisse quendam transactionem, & iudicatur quod potius certam portionem voluerit de presenti, quam maiorem de futuro .
- 11 Nepotes an possint venire ad petendam legitimam in bonis Aui, vel Auiæ, non obstante renunciatione matris mortuæ .
- 12 Renunciatio matris nocet filiis, quando veniunt vti heredes matris, secus si ex propria persona .
- 13 Heres tenetur obseruare factum defuncti,

- dummodo sit legitime factum.
- 14 Heredes quando possunt contrauenire facto defuncti .
 - 15 Heres post mortem defuncti ratificans tacite, vel expresse factum defuncti, non potest contrauenire .
 - 16 Mater non potest venire contra renunciationem à se factam .
 - 17 Filii venientes vti heredes matris, non possunt habere regressum super bonis renunciatis à matre .
 - 18 Ius semel renunciatum habetur vt. extinctum, & non reuiuiscit .
 - 19 Ius semel extinctum ex nulla causa reuiuiscere potest .
 - 20 Renunciatio matris debet esse expressa successionis paternæ, & maternæ .
 - 21 Renunciatio paternæ successionis tantum, nõ valet, & filii possunt venire ad bona maternæ, & ad successionem Aui vel Auiæ, non obstante renunciatione .
 - 22 Renunciatio extenditur tantum circa bona specialiter renunciata .
 - 23 Filia semper presumitur dotata de bonis paternis .
 - 24 Filius an possint iure proprio, & non representatiuo modo petere legitimam, non obstante renunciatione matris .
 - 25 Nepotes possunt petere legitimam in bonis Aui, vel Auiæ, non obstante renunciatione matris .
 - 26 Qualitas hereditaria non consideratur, quando quis venit ex propria persona .
 - 27 Filii an representent personam matris .
 - 28 Ius representationis quando cessat .
 - 29 Ius accrescendi impedit successorium adiectum .
 - 30 Filii venientes ex persona propria contra renunciationem transactionem, & quietationem à matre factam, tenentur primo loco conferre dotem quod eorum mater accepit .
 - 31 Constitutio in aliquibus excludit feminas propter masculos .
 - 32 Femina excluduntur propter masculos, & omnes eorum descendentes .
 - 33 Constitutio in aliquibus excludit nepotes à legitima .
 - 34 Statutum excludens vnam personam, omnem illius descendentiæ excludere videtur .
 - 35 Constitutio in aliquibus reddit feminas in successibiles .
 - 36 Statutum excludens matrem à successione filiorum, etiam à legitima excludere censetur .
 - 37 Mater auditur in petitione legitime in bonis sui patris institutis, per ipsum extraneis .
 - 38 Statutum suo constitutio in aliquibus fuit introducta, & inuenta vt bona conseruentur

- tur in agnationibus, propter publicam utilitatem, & familiarum dignitatem.
- 39 Nobilitas familia per diuitias conseruatur, & augetur.
- 40 Familia, & agnatio conseruatur per diuitias.
- 41 Femina non conseruant agnationem, imo per nuptias transeunt in aliena familia, & efficiuntur de domo viri.
- 42 Agnatio patris extinguitur per nuptias filiarum, & incipit noua viri agnatio.
- 43 Constitutio in aliquibus dicitur fauorabilis, & fuit introducta causa conseruanda agnationis.
- 44 Constitutio in aliquibus licet respiciat priuatam exclusionem feminarum, non dicitur odiosa sed fauorabilis.
- 45 Femina non dicitur agnata.
- 46 Dispositio qua alias odiosa videtur, emanata ad fauorem publicum, tunc tota materia dicitur fauorabilis.
- 47 Constitutio in aliquibus est temporalis, donec, & quousque masculi super sint.
- 48 Exclusio non consideratur quando quis perpetuo non est exclusus.
- 49 Statutum excludens feminas, statibus masculis sorores admittantur in sitata turpi persona.
- 50 Lex fratres. 27. C. de inoff. testam. explicatur.
- 51 Donatio facta per fratrem turpi persona reuocatur in totum.
- 52 Lex fratres. 27. C. de inoff. testam. est introducta in odium turpis persona.
- 53 Testamentum factum per fratrem instituta turpi persona an rumpatur in totum, vel tantum usque ad legitimam.
- 54 Filius cui aliquid fuit relictum non potest patris testamentum quærelare, sed agit ad supplementum.
- 55 Odium infamis persone non debet plus operari, quam fauor filii.
- 56 Testamentum non in totum rumpitur instituta turpi persona, sed tantum usque ad legitimam.
- 57 Quærela inofficiosi testamenti, conceditur etiam sororibus instituta turpi persona.
- 58 Sorores quærelantes testamentam fratris instituta turpi persona, tenentur prout legitima, quam consequitur contribuere ad solutionem alimentorum.
- 59 Legitima filiorum non minuitur propter legata.
- 60 Legitima debetur sine onere.
- 61 Clausula codicillaris an faciat substineri institutionem turpis persona, in vim fideicommissi vniuersalis.
- 62 Clausula codicillaris effectus.
- 63 Clausula codicillaris habet in se naturam obliquare, etiam verba ciuilia, & indu-

cere fideicommissum.

- 64 Clausula codicillaris conseruat voluntatem testatoris.
- 65 Clausula codicillaris adiecta futuri temporis, quid importet.
- 66 Filius prateritus, & exheredatus virtute clausula codicillaris, censetur etiam rogatus restituere hereditatem in vim fideicommissi.
- 67 Clausula codicillaris concepta per verba presentis temporis, an subdinetur in vim fideicommissi.
- 68 Clausula codicillaris ex quibus verbis inducatur.
- 69 Clausula codicillaris an operetur in testamento deficiente ratione solemnitatis, vel voluntatis.
- 70 Voluntas testatoris est indiuidua.
- 71 Clausula codicillaris operatur effectum repetitionis relictorum in testamento ab heredibus scriptis in causa testati, ab heredibus legitimis.
- 72 Clausula codicillaris censetur adiecta à Notario etiam si expresse non esset adiecta eo, quia solita est poni.
- 73 Notarius censetur rogatus de clausulis solitis ponendis in instrumentis, & testamentis.
- 74 Iuramentum habet vim clausule codicillaris, & omni meliori modo.
- 75 Clausula codicillaris plures effectus producit.

CAPVT XI.

Filia exclusa per Renunciationem
an Nepotes habeant legitimam
in bonis Aui, & Auis.



- 1 **D**ifficile caput, tamen pro facilitate supponendum primo, quod si filia renunciauit successioni paternæ recepta dote, & postea pater mortuus fuit, nulla nepotibus legitima
- 2 debetur, quia impediuntur, non per renunciationem matris, sed propter existentiam ipsius, quæ & ipsa excluditur ex vi suæ renunciationis, ita declarat *Bal. in l. pactum quod dot. ali. quæst. 2. & 18. ubi etiam Dec. num. 18. Corn. num. 16. & 17 in 9 limit. num. 2. C. de collat. Crass. in S. legitima q. 4. num. 2. nam non debetur Nepotibus legitima in bonis Aui viuente patre, vel matre, Alex. cons. 75. num. 14. lib. 1. Dec. cons. 18. & cons. 180. num. 6. Crass.*

in S. legitima quaest. 4. nu. 3. Berengar. in lin quartam par. 3. num. 81. ff. ad legem falcidia; quem refert laudando Grass. in dicto S. legitima quaest. 4. latè Mangil. in tract. de impus. & detract. legit.

- 4 Quæ exclusio nepotum oritur etiam, ex illa renunciatione qualificata, respectu dotis constitutæ, aut portionis, ita
- 5 quod per dictam portionem, siue dotem filia censetur, totam eius portionem habuisse, ita declarat *Bal. in l. pactum quod dotali quaest. 2. Dec. conf. 181. num. 6. 7. & 8. Roman. in l. qui superstitis ff. de acquir. hered. ubi Castrenf. ea ratione, quia dos habita per filiam imputatur in legitimam, Afflic. decis. 162. Gramat. decis. 101. nu. 47. Franc. decis. 61. num. 5. De Ponte conf. 65.*
- 7 Nec ipsa dos minus legitima esse potest, *Bald. nouell. de dote par. 6. priuill. 16. Dec. cõf. 275. alias 276. incipiente proponitur num. 5. Capra conf. 38. Cum. conf. 46. in fine Salic. in auth. res que C. comm. de leg. & in l. sacimus in fine vers. quinimo C. de nups. Andr. in constit. in aliquib. Neapodan. in consuetud. contra testamentum nn. 132. vers. item quod si filia de iure quarta, Affl. decis. 160. num. 3. Boer. decis. 3. num. 3. Gramat. decis. 57. & 101 num. 1. & 59. Camill. de Medis. conf. 25. &*
- 8 proinde censetur ac si successisset ex testamento in portione illi debita; quæ de re ipsis filiis prohibetur successio; quoniam bis succederent, quod à iure non permittitur *l. bona fides ff. de regul. iur. &*
- 9 illa dos fuit data propter renunciationem, quia tunc spes quæ erat de præsen
- 10 ti remittitur, & videtur facta quædam transactio, & iudicatur, quod filia potius certam portionem de præsen
- ti voluerit, quam maiorem de futuro, & hanc etiam sequitur *Dec. in dicta l. pactum n. 18 in 1. limit. Ripa par. 3. respons. 6. Oltrad. conf. 40. Bellon. conf. 15. num. 9. ubi dicit receptiorem, & sequitur latè Paris. conf. 94. num. 32. lib. 4. Crauett. conf. 85. num. 5. & latè examinat Dec. in conf. 181. num. 7.*
- 11 Ampliando dictam quæstionem, quædo mater renuncians non superuixit patri, sed eo viuente moritur, an nepotibus competat legitima in bonis Aui, & Auix.
- 12 Hæc quæstio cum distinctione determinanda est, nam aut Nepotes veniunt vti hæredes matris, & obstat dicta renunciatio, aut non sunt hæredes, & volunt venire ex propria persona, & possunt petere legitimam, nam quando sunt hæredes matris, quæ promisit per se, & eius hæredibus non contrauenire, & tunc in eo casu renunciatio nocet filiis, vt in aliis capit. dictum fuit, *Menoch. tom. 1. conf. 89.*

- num. 115. Surd. conf. 133. lib. 1. & conf. 355. num. 44. Thesaur. quaest. forent. quaest. 90. nu. 15. lib. 2. Aret. conf. 3. vers. sed cum in casu nostro, Alex. conf. 13. nu. 13. & 5. vol. 5. Ruyn. conf. 5. num. 8. & 20. Vrsill. ad Affl. in decis. 161. num. 8. Morot. conf. 22. num. 4. Loffred. conf. 69. col. 1. Guid. Pap. quaest. 228. num. 2. Bell. conf. 15. num. 10. Rub. conf. 42. Morot. citat. nu. 10. & Surd. dicit cessare omnes amaritudines num. 44. dicto conf. 355. Ioa. Faber definit. 1. & Philipp. Franck. in dicto cap. quamuis pactum, Bal. in l. qui se patris ante penult. col. C. unde libr. Neapod. in consuet. si moriatur in verbo ipsi successores in fine, ubi allegat tex. in cap. an agnatus, & ibi Andr. & Minad. in repet. constitut. Regni in aliquib. 3. notat. num. 9. nam vti hæ-*
- 13 redes tenentur obseruare factum defuncti, & contra ipsum factum venire, non possunt *l. cū a matre C. de rei vindic. quod intellige in his quæ sunt gesta, & legitime celebratis à defuncto, nomine ipsius defuncti tantū, non nomine hæredis, Gabriel corf. 125. num. 5. Crauetta conf. 200. num. 7. Menoch. conf. 89. num. 6. 8. & 9. lib. 1.*
- 14 sed ea quæ sunt gesta à defuncto, nomine hæredis, iuxta notata per DD. per illum text. in l. apud Iulianum §. si quis alicui ff. de legat. 1, sed ea quæ sunt gesta à defuncto, non solum nomine ipsius defuncti, sed etiam nomine ipsius hæredis; & successoris, potest hæres contrauenire,
- 15 nisi hæres post mortem defuncti ratificauit tacitè vel exprèsè, *Affl. decis. 111. num. 17. Reg. de Ponte conf. 61. num. 33. lib. 1. Osasch. decis. 67. nu. 5. Gramm. decis. 93. nu. 9. Cann. decis. 153. Ioann. Anton. Bellon. conf. 48. num. 48. & quemadmodum mater ip-*
- 16 sorum, si viueret, non posset contra renunciationem, & quietationem factam venire, ita & filii venientes, vti hæredes matris, *Surd. conf. 138. num. 11. Guid. Pap. dicta quaest. 228. per totam, & eo modo excluduntur, quando vti hæredes veniunt,*
- 17 quod nullum amplius regressum habere possunt in bonis à matre renunciatis, *Bart. & Petr. Felin. in l. si unquam C. de reuocand. donat. per text. in l. hærennius in principio ff. de euiction. glos. in cap. quam sit periculosum 7. quaest. 1. & in l. quoties ab omnibus C. de fideicom. Dec. conf. 389. num. 10. Crauett. in conf. 24. num. 4. & conf. 290. num. 2. Menoch. in conf. 1. num. 209. Surd. conf. 138. num. 1. est quoque text. in l. nihil §. omnibus ff. de legat. 1. l. si maritus §. si legauerit ff. ad legem Iuliam, de adulter. l. nõ videtur ff. si quis in fraud. patr. l. homo liber ibi non reuertitur ad statum à quo se abdicauit, ff. de stat. homin. l. post diem ff. de lege commiss. l. quod in eligere S. hæredem ff. de*

- ff. de tributor. l. 1. §. qui semel ff. de success. edict. l. si consensit in principio, l. Titius ff. quib. mod. pignor. vel hypotec. soluat. l. si Iudex ff. de minor. l. quis ius iurand. C. de iure iur. vbi ita scripsit, satis enim absurdum est ad hoc redire, cui renunciandum putavit, Roman. conf. 167. Anchar. cōf. 161. col. 1. Crauett. conf. 24. num. 4. conf. 74. num. 7. conf. 166. num. 6. conf. 290. nu. 2. conf. 959. in principio conf. 856. num. 1. 2. conf. 458. nu. 5. Dec. conf. 551. num. 1. conf. 625. num. 5. in fine conf. 389. num. 10. conf. 445. num. 56. Afflict. decis. 210. num. 19. Caphal. conf. 137. num. 56 & alij, Socc. iun. conf. 94. num. 31. lib. 3. & conf. 129. num. 21. lib. 1. Gabriel. conclus. 127 num. 6. lib. 1.*
- 18 Imo quia ius semel renunciatum habetur ac extinctum; quod ius non reuiuiscit, *Socc. iun. in l. stipulatio num. 106. ff. de verb. obligat. nam ius semel extinctum ex nulla causa reuiuiscere potest, Brun. conf. 38. num. 8. Surd. conf. 145. nu. 17. lib. 1. quam rationē innumeri DD. sequuntur, Alber. in l. procurator num. 2. ff. rem rat. hab. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 65. num. 2. Curt. iun. in l. vbi pactum num. 74. C. de transact.*
- 20 Verum intellige hoc, quando expressē filia renunciauit successioni paternæ, & 21 maternæ in amplissima forma, nam si renunciaffet paternæ tantum successioni, adhuc ipsorum filii possent etiam vti hæredes venire ad successionem auix, vel paternæ legitimam in illis bonis, cū 22 cesset obstaculum renunciationis, quia dicta renunctio extenditur tantum circa bona specialiter renunciata, item 23 & semper præsumitur filiam adhuc esse dotatam de bonis paternis, vt per *Marrant in disputat. 10. num. 32. & sequent. plenè Grammat. decis. 57. per totam, & in præcedenti capite dictum fuit.*
- 24 Facilius enim ad ipsam legitimam in bonis aui, vel auix obtinendam venire non vt matris hæredes, sed ex propria persona ex prouisione, & beneficio legis, & sic iure proprio, non representatiuo modo §. 1. *Aurbent. de heredib. & falcid. communiter DD. in l. in quartam ff. ad falcidiam Martinus Laudens, conf. 55. num. 2. tunc renunctio- ne matris non obstante possunt legiti- mam petere, Bald. in dicta l. pactum quod dotali num. 18. Bari. in l. qui superstitis 93. num. 2. ff. de acquir. hered. Corn. in dicta l. pactum in 9. limit. nu. 15. communem esse opinionem dixit Dec. conf. 181. num. 6. Corn. conf. 128. lib. 4. Ruyn. conf. 204. lib. 1. num. 2. & 3. Crauett. conf. 703. nu. 1. Roland. à Vall. conf. 11. num. 4. lib. 1. Crass. in §. legiti- ma quest. 4. Surd. conf. 332. num. 10. lib. 3.*
- Mancil. in tract. de imput. & detract. quest. 3. num. 18. & 19. & de magis communi testatur, Princb. decis. 67. num. 1. & 8. & ibi addentes apud ipsam; & innumeros videbis DD. apud Amendol. ibi addentem, Thesaur. decis. 138. & decis. 190. Magon. de- cif. 147. num. 10. & sic esse necessarium nepotibus repudiare hæreditatem ma- tris, vel post aditam petere restitutionē in integrum, alias semper excluderentur 25 prout Senat. Pedem. iudicauit, licet illa renunctio fecisset, non solum de dote recepta, sed etiam si dixisset se cum iuramento tacitam atque contentam totaliter in instrumento renunciationis, possunt tamen nepotes hoc non obsta- te petere legitimam, quia non cēsentur exclusi à successione Aui, vel Auix, cū non sint hæredes matris, Imol. in l. qui su- perstitis ff. de acquir. hered. Bertran. conf. 28 & conf. 73. lib. 3. Gozad. conf. 75. Crauett. conf. 703. lib. 4. & magis communem dixit Rol. à Vall. in dicto conf. 11. lib. 1. num. 7. latè sequitur Caphal. conf. 234. num. 4. & 41. & conf. 335. num. 17. lib. 3. conf. 620. nu. 88. conf. 650. num. 7. lib. 5. Menoch. conf. 223. lib. 3. Purpur. conf. 307. num. 8. & 9. Crass. in §. legitima quest. 4. num. 4. Surd. conf. 332. num. 7. 8. & 9. volum. 3. & de omnibus vide Thesaur. quest. forent. lib. 2. quest. 90. nu. 18 dicens ita fuisse iudicatum in Senat. Pedam.*
- 26 Nec qualitas hæreditaria in ipsis con- sideratur quando non vt hæredes ve- niunt *Corn. conf. 11. num. 20. & melius conf. 258. num. 14. lib. 3. neque habetur ratio qualitatis hæreditariæ, quando, quis ve- nit ex propria persona, & non tanquam hæres sunt enim hæc inter se diuersa, esse hæredem matris, & velle succedere Auo postea defuncto, Cancer. cap. 15. va- riar. resol. num. 63. Crauett. conf. 127. nu. 4. & Minad. in confit. in aliquib. nu. 12.*
- 27 Nam licet filii repræsentēt personam matris, tamen quando in renunctio- ne facta per matrem, & renunciauerit omni 28 luri sibi competenti, cessat hoc ius re- presentationis cuius portio transire per ius accrescendi ad masculos, vel alteri, in cuius gratiam facta est renunctio; 29 quod ius accrescendi impedit successo- rium edictum *Alex. conf. 75. num. 14. lib. 1. Dec. conf. 181. nu. 7. Viui. in dicta l. pactum quod dotali num. 18. lit. A. Paris. conf. 94. nu. 33. lib. 4. & post longam disputationem, verio- rem esse dixit, Thesaur. dicta quest. 90. nu. 21. & 22. Purpur. in dicto conf. nu. 9. 30 & sequenti, Verum veniēdo filii ex per- sona propria, contra renunctio- nem, transactionem, & quietationem, à matre fa-*

- factam, tenentur primo loco filii conferre totum, quod eorum mater accedit & deinde petere legitimam in bonis Aui, vel Auiæ, vt intrepidè dixit Anton. Baronis in addit. ad Guid. Pap. in quæst. 228. in fine, de qua restitutione, & conferentia faciendâ plenius in sequenti cap. disputauimus.
- 31 Sed in Regno nostro adest constitutio in aliquibus, per quam disponitur quod extantibus masculis, fæminæ non succedant, & per consequens omnes descendentes ex ipsis fæminis censentur exclusæ, Paris. conf. 94. num. 33. cap. licet ex quadam extra. de testib. & cum vnus excluditur, fortius omnis eius descendencia debet censi exclusâ, Bal. in l. maximum vitium C. de liber. præs. l. vnia ff. de in ius vocando, quia in causato non potest esse plus affluentia, & effectus, quàm in influenti, & causæ potentia, Bald. in l. 1. num. 3. vers. quia in causato ff. de senatorib. & stante prædicta constitutione, siue statuto excludente feminas, nepotes nullam legitimam petere possunt, excepta dote,
- 32 ratio quia statutum excludens vnâ personam omnem illius descendenciam excludere censetur, Bar. in l. 2. & 3. vers. & idem puto ff. ad Trebell. & in l. liberorû, nu. 14. vers. quaro, quid si filia ff. de verbor. signif. Gregor. Nat. in cap. quamuis de pact. in 6. Alex. conf. 16. num. 13. Manoil. in tract. de imput. & detract. quæst. 67. quod intellige data dote, nam ipsamet constitutio dicit dummodo filia sint dotatæ de paragio.
- 33 Et stante renunciatione matris, & exclusionem statuti descendentes ex ipsis fæminis sunt insuccessibiles, Peregrin. de fideicommiss. art. 26. num. 2. & 16. Dec. conf. 311. col. 2. & conf. 484. Brun. in tract. de statutis exclud. in 6. art. nu. 89. Ruyn. conf. 167. lib. 2. nu. 6. Crauett. conf. 22. num. 10. Caphal. conf. 581. Decian. conf. 127. nu. 17. lib. 3. Surd. conf. 316. nu. 7. Riminald. iun. conf. 249. Card. Tusch. præf. conclus. lib. 2. conclus. 432. DD. in l. gallus §. nunc de lege ff. de liber. & post. Angel. conf. 282. in ætentione statutentium col. 3. Paul. Castrensis. cõf. 91. præsupposito vol. 2. Rub. Alexand. conf. 22. num. 8. repetito in ordine 128. & post. Corn. conf. 246. vol. 2. col. vlt. Guglielm. de Bened. in cap. Raynutius in verb. duas habens filias de testam. num. 175. amplissimè Alber. Brun. de statut. exclud. in d. 5. art. num. 89. vbi rationes abunde discurrir, & sic, si per statutum excluditur mater à successione filiorum, etiam à legitima excludere censetur; Alex. conf. 3. & conf. 168. num. 2. lib. 7. Brun. super stat. quod stantibus masculis artic. 9. quæst. 1.
- 37 quod intellige, si filios non instruxisset, sed extraneos, & agnatos, nam quando instruxisset extraneos hæredes, tunc mater audiretur in petitione legitime, Capra conf. 151. Ruyn. conf. 107. num. 11. lib. 3. Dec. conf. 296. Secundo quando ascendentes essent ingrati descendentibus; & aliquam ex eis causis amitterent.
- 38 Statutum siue constitutio Regni in aliquibus, excludens fæminas propter masculos, fuit introducta, & inuenta, vt bona in agnationibus conseruentur, & manuteneantur, vt scripsit Ioan. Andr. in addit. ad speculat. in rbur. de success. ab intestat. col. 1. Menoch. conf. 6. nu. 12. & conf. 95. num. 6. lib. 1. & conf. 150. num. 38. lib. 2. Paul. de Monte Pico conf. 85. num. 34. Turret. conf. 2. num. 2. Ceph. conf. 145. num. 10. & 13. Mangil. de imput. & detract. leg. q. 52. nam. 6. 14. & 18. Brun. latè de hac materia super statut. quod stantibus masculis art. 3. nu. 11. Thesaur. decis. 375. num. 5. & propter publicam vtilitatem, vt familiarum dignitas salua sit; l. 1. §. publicè ff. de ventr. insp. Curt. sen. conf. 34. num. 12. Reg. Valenz. in conf. 113. num. 17. l. pronunciatio §. commun. iure l. familia ff. de verbor. signif. l. 1. §. & si feruus ff. de ventr. insp. l. Titia §. Lucius ff. de leg. 2. Nobilitasquè familiarum per diuitias conseruatur, & augetur, Marzar. de fideicom. par. 2. quæst. 1. Laur. Palat. in tract. quod stantibus masculis femina non succedant, num. 2. cum per pauci pauperes ad dignitates & honores promouentur l. 1. C. de dignit. lib. 12. Paris. conf. 85. lib. 2. num. 24. & seq. ubi dixit quod non potest familia, & agnatio, sine diuitijs, & bonis conseruari, sicut augetur cum illis, fæminæ autem non sunt tales, quæ agnationem conseruent, nam per nuptias transeunt in alienam familiam, vt scripsit Crauett. conf. 250. num. 2. conf. 206. num. 5. Gros. conf. 16. num. 11. Ruyn. conf. 15. num. 17. lib. 3. Dec. conf. 466. num. 9. Grat. conf. 58. num. 20. lib. 2. Menoch. conf. 95. num. 55. conf. 150. nu. 33. & 37. quia efficiuntur de domo viri, & eius agnationem incipiunt, ideo loco extraneorum sunt, & in numero ponuntur cognatorum; quia idem iudicatur de principio principiante; quod de his quæ sequuntur ex ipso principio l. maritus ubi Castrensis. num. 5. C. de prouat. Ruyn. conf. 146. num. 4. lib. 2. Menoch. conf. 150. num. 33. lib. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 9. num. 195. Menoch. conf. 400. lib. 4. num. 146. Port. conf. 14. num. 14. vbi dixit quod agnatio patris extinguitur, & incipit noua viri agnatio, idem tradit Menoch. conf. 348. nu. 31. lib. 4. Thesaur. decis. 375. nu.

- num. 5. *Surd. conf. 443. num. 22.*
- 43 Constitutio prædicta in aliquibus dicitur fauorabilis, & fuit introducta causa conseruandæ agnationis, ob quam verifimiliter statuentes, fuerunt inducti ob sexum masculinum, qui in Republica maiores sustinent labores; vt de communi testatur *Socc. Iun. conf. 1. num. 11. & 12. lib. 1. & in publica vtilitate fuit fundata ideo fauorabilis dicitur Cephal. conf. 53.*
- 44 num. 8. lib. 1. nam licet respiciat priuam exclusionem foeminarum, non per hoc dicitur odiosa, nam dispositio, quæ princip aliter fuit inducta, in fauorem alicuius, dato quod sit pœnalis, & in cōsequentiam, redeunt in odium alterius, nihilominus fauorabilis dicitur, *Bar. Bal. & Castrenf. in l. qui exceptionem, ff. de condit. in debit. Bal. in l. Venia, C. de in Ius vocand. conf. 433. lib. 3., Roman. conf. 4. n. 7. conf. 32. num. 5., conf. 39. num. 2., conf. 328. nu. 2., Anchar. conf. 112. conf. 153. conf. 404. Alex. conf. 197. num. 1. lib. 7. Gozad. conf. 5.*
- 45 num. 6., cum attendatur publicus fauor agnationis, & foemina non dicitur agnata, *Grat. conf. 68. num. 20. lib. 2., Decian. cōf. 66. num. 9., Crauet. conf. 306. num. 5. Cephal. conf. 511. num. 27. lib. 4., & Rot. Rom. in Pharent. pensionis 24. Ianuarij coram*
- 58 Tertio, quod opponens dictam exceptionem retentionis sit bonæ fidei possessor, §. si uassallus hic finitur lex, Corad. cum aliis adductis per Ludovic. decis. Perus. 34. nu. 6. & 9. quia si esset male fidei possessor non potest uti dicta exceptione retentionis, ut concludit Gabriel. conf. 5. num. 112. lib. 5. Borgnin. Cauale. decis. 28. num. 5. Reg. de Ponte. decis. 22. Gratian. decis. 125. num. 18. & seq. Muta decis. 51. nu. 9. Gratian. decis. 225. num. 19.
- Limitando dicta, in prædicta tertia intelligētia, quod etiam male fidei possessor potest retinere rem pro meliorationibus necessarijs text. in l. domum C. de rei vind. Menoch. de recuper. poss. ff. remed. 5. num. 517.
- 60 Meliorationes namque aut sint claræ, & liquidæ, aut non sint claræ, nec liquidæ, sed de proximo liquidandæ,
- 61 Amat. decis. 23. nu. 7. puta si sit facta probatio iuxta terminos, l. prætia rerum ff. ad legem Falcid. prout Franc. Marc. in decis. Delphin. 445. par. 1. adhuc datur retentio Marcus Anton. de Amat. decis. 23. num. 7. Moliugat. in tract. de retent. quest. 404. & 406. Giurba ad Consuetud. Messan. cap. 15. gl. 11. & in d. decis. 60. num. 17. Barbof. in d. l. diuortio §. fin. par. 2. num. 35. ff. solut. matr.
- vel non consent de eius liquidatio, sed
- 62 ex aspectu rei constaret, potest iudex ad dirimendas lites, vel mittere expertum, & sic Tabulariis ad illas taxandas, prout solitum est fieri in Regno Neapolitano vel se conferre super faciem loci cum dicto Tabulario, ita docet Franc. Marc.
- 63 cus dicta decis. 485. num. 1. adhuc impediret executionem sententiæ. Bel. in l. 1. num. 28. C. de fruct. & lisis expens. & ita practicari in Sac. Reg. Conf. teste Vrsill. ad. Affl. decis. 205. sub. num. 6. & ita procedit decisio relata Capicij 17.
- 64 Alia limitatio ad dictam legem, quæ venit fundata in iuribus allegatis ab Eruditiss. Ioan. And. de Giorg. in allegat. 34. num. 18. & sequenti, quod quando agens ad rescissionem est creditor in maiori
- 65 summa, quam recepit ex causa debiti liquidi, quod licitum videatur ipsi actori retinere prætium, & agere contra transactionem factam, quod totum DD. pro limitatione assignant ad text. in d. l. per diuersa, sequutus fuit Gallup. in pract. S. C. in tit. de except. dilatorijs cap. 5. num. 33.
- 66 Et ad hoc, ut retentio fieri possit pro prædictis meliorationibus oportet bene probare illas fuisse factas, ut per Casill. in d. cap. 25. num. 18. cum seq. Ann. conf. 35. num. 10. Alex. conf. 168. num. 8. lib. 2. Marefcat. lib. 2. var. resolut. cap. 10. num. 2. Ludovic. Sacca respons. 42. nu. 4. Giurba in consuet. Messan. cap. 15. glos. 12. num. 8. & duo sine probanda ad in fundo ff. de rei vendit. ubi glos. ac ceteri scribentes, vnam scilicet quid sit impensum alterum vero, quod res sit meliorata, & effecta per impensum prætiosior, quæ copulatiue, ac coniunctim requiruntur, ita ut vnum sine altero non sufficiat Negus. de pignoribus par. 5. membr. 64. num. 11. Horat. Viscont. in suis conclus. verb. melioram. sola in constit. Sabaudia tit. 4. de excussionibus glos. 9. num. 18. Muta decis. 51. num. 5. Merlin. decis. Lucens. 28. num. 5. Garf. in tract. expens. & meliorat. cap. 24. de communi omnium tradit Landerch. conf. 144. Masdrill. par. 1.
- 67 decis. 98. num. 6. Nam sola melioramentorum verbalis allegatio non sufficit, Fab. de Anna conf. 43. num. 11. Marzar. in epitom. fideicommiss. q. 66. Mauson in tract. de causis executiuis q. 6. ampliat. 35. nu. 18.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio aut specificè, aut tacitè procedi debet.
- 2 Portio renunciata an illi accrescat, in cuius beneficium facta sit renunciatio.
- 3 Portio renunciata, quando omnibus fratribus accrescere videatur.

- 4 Renunciatio quando habetur pro repudiatione.
- 5 Repudiatio facta uni heredi, censetur facta omnibus, & omnibus proficere videtur.
- 6 Portio portioni accrescit.
- 7 Renunciatio an dicatur potius donatio, quã repudiatio.
- 8 Lucrum quo quis contemplatione alicuius primatur, illi soli applicatur.
- 9 Regens Marchio Torello laudatur.
- 10 Renunciatio an censetur facta favore masculorum natorum, & nascendorum.
- 11 Renunciatio evanescit deficiente persona contemplata ea admittitur non obstante sua renunciatione.
- 12 Portio renunciata an accrescat omnibus fratribus.
- 13 Portio renunciata per filiam fratribus accrescit.
- 14 Portio filiarum exclusarum per constitutionem in aliquibus masculis applicanda videtur.
- 15 Constitutio in aliquibus est introducta favore masculorum.
- 16 Constitutio in aliquibus excludens feminas duplicem vim habere videtur.
- 17 Renunciatio facta in beneficium patris, cui accrescat illa portio.
- 18 Heres tanquam heres, nihil potest habere, quod prius non fuerit in hereditate.
- 19 Testator rogans heredem, ut hereditatem restituat illa portio renunciata an veniat in fideicommissam.
- 20 Frater heres patris dotando sororem, an censetur de proprio dotasse, & portio renunciantis illi accrescat.
- 21 Ius accrescendi ad heredes transit.
- 22 Pater non potest portionem sibi renunciata per filiam cui voluerit relinquere, sed remanere debet in hereditate, ac si filia renuncians, nunquam nata fuisset.
- 23 Pater habet facultatem disponendi de illis bonis a se acquisitis, deducta legitima filiis.
- 24 Legitima non debetur in vita.
- 25 Pater de bonis antiquis, non potest disponere nisi de medietate bonorum antiquorum secundum consuetud. Neapol.
- 26 Medietas bonorum antiquorum debetur agnatis, ex legis providentia, & ex antiqua civium pacione.
- 27 Portio debita vigore Consuetud. Neapol. ex necessitate debetur, nullo iudicio testatoris, sed iure municipali.
- 28 Hereditas non circumscribitur, ex quo est nomen uniuersale.
- 29 Successor particularis consuetudinarius, non ex testamento, neque ab intestato vocatur, sed ex dispositione consuetudinis ad certa bona intra certos fines in districtu posita.
- 30 Actiones, nec actiua, nec passiva transferuntur in successore, ex consuetudine.
- 31 Successor ex consuetudine Neapolitana ad medietatem bonorum antiquorum, non comprehenditur in substitutione facta de heredibus, & successoribus.
- 32 Successor particularis, dicitur succedens ad certum genus patrimonij.
- 33 Successor vigore Consuetud. Neap. non dicitur simpliciter heres, nec legatarius, sed dicitur Consuetudinarius successor.
- 34 Condicio ex lege datur pro obtinenda portione debita ex dispositione consuetudinis.
- 35 Medietas bonorum antiquorum debetur tanquam es alienam, & successiue tanquam debitum.
- 36 Medietas bonorum antiquorum debetur nullo existente grauamine, nec etiã in preiudicio filiorum disponere potest pro eius anima.
- 37 Vassallus non potest imponere onus feudo, ne quicquam onus candela pro eius anima.
- 38 Medietas bonorum antiquorum, semper indemnis seruanda est.
- 39 Creditor auocans portionem aliquam ex medietate bonorum antiquorum suppletur ex bonis nouiter acquisitis per eum qui onera imposuit.
- 40 Medietas bonorum antiquorum non debetur diminuta.
- 41 Legitimatio filii naturalis non est facienda in preiudicium proximorum.
- 42 Pactum factum per Neapolitanos disponendi facultates ad libitum, illa dispositio intelligi debet seruata forma Consuet. Neap.
- 43 Pactum unius priuati, non potest tollere consuetudinem.
- 44 Contrahere semper presumitur secundum iuris communis dispositionem, nisi adesset in illo loco consuetudo contraria, siue statutum, & procedit tam in contractibus, quam in ultimis voluntatibus.
- 45 Medietas bonorum antiquorum est deducta ante omnia a grauato restituere hereditate.
- 46 Agnatus disponens de medietate bonorum antiquorum debita agnato videtur disponere de re, & de bonis alterius.
- 47 Agnatus debet multum cautius facere petitionem, antequam adbeat hereditatem ad finem obtinendi medietatem bonorum antiquorum.
- 48 Inuentarium separat bona libera a bonis subiectis consuetudinibus Neapolitanis.
- 49 Medietas bonorum antiquorum quis potest retineri ex persona propria, non ut heres.
- 50 Confusio iurium non datur in portione debita per consuetudinem.
- 51 Hereditas adita videtur adita, salua lege municipali.
- 52 Inuentarium operatur, ut bona hereditaria sint loco unius, & heres loco alterius persona, penitus distincta, & separate.
- 53 Confusio iurium, & actionum non datur, nec extinguuntur hypoteca grauati de restituendo.

- 54 Medietas bonorum antiquorum dicitur segregata ex vi consuetudinis à commercio in ultima voluntate.
- 55 Compensatio non datur super medietate bonorum antiquorum debita ex vi Consuetudinis, Nec illa comprehenduntur in generali renunciatione.
- 56 Consuetudo, & si testator, & si aliquis, & si quis, vel si qua, an locum habeant, etiam quoad fructus bonorum antiquorum.
- 57 Fructus peruenti ex bonis antiquis, non censi bona antiqua, nec prohibitio disponendi ad eos extenditur.
- 58 Consuetudo iudicandi habet vim legis.
- 59 Lex dicitur inducta ex bina iudicatione.
- 60 Mulier transiens ad secunda vota priuatur successione filiorum, quoad bona eis peruenta à patre, non verò successione in fructibus ex eis peruentis.
- 61 Opinio Reg. de Ponte in tract. de potest. Proreg. in tit. de successione mulierum.
- 62 Fructus computari inter bona antiqua, quoad prohibitionem disponendi.
- 63 Fructus rerum peculij profectiij, dicuntur profectiij in vim accessionis, & lucri.
- 64 Bona empti ex pecunia antiqua, vel ex fructibus bonorum antiquorum an dicantur antiqua.
- 65 Pretium fundi habetur loco ipsius fundi.
- 66 Regens Marchio Torello laudatur.
- 67 Subrogatum sapit naturam subrogati.
- 68 Fructus non dicuntur pretium feudi, sed accessiones, qua veniunt ex ipsis corporibus, nec subiacent consuetudini.
- 69 Fructus naturam distinctam sortis principalis sapiunt.
- 70 Fructus feudi, non dicuntur feudales.
- 71 Fructus beneficij à solo separati, non dicuntur Ecclesiastici.
- 72 Fructus feudi, non sapiunt naturam feudalem, sed burgenfaticam.
- 73 Pecunia proueniens ex feudo, non dicitur feudalis.
- 74 Bona empti à Rege à fructibus perceptis à Regno Burgenfatica sunt.
- 75 Bona empti de fructibus feudi burgenfatica sunt sui auctoris.
- 76 Fructus à solo separati, non retinent naturam primam.
- 77 Bona spiritualia vendi non possunt.
- 78 Fructus percepti à bonis spiritualibus vendi possunt.
- 79 Preses S. Reg. Conf. Neapolitani Merlinus laudatur.
- 80 Fructus si considerantur, uti separandi à solo semper burgenfaticam naturam retinere.
- 81 Feudum emptum ex communi pecunia, non videtur meum, & tuum, verum fructus veniunt in communi.
- 82 Fructus si considerantur, uti pendentes feudales sunt, & non possunt alienare absque assensu, neque facere aliquam dispositionem.
- 83 Fructus si considerantur, uti fructus, an poterit feudatarius illos alienare pro pluribus annis, sine Domini consensu.
- 84 Vassallus, an possit alienare fructus pro toto tempore, quo fructus esse debent pendere eum.
- 85 Ius nullum constitui potest super re feudali.
- 86 Feudatarius, an possit locare fructus, nisi per quinquennium.
- 87 Alienatio prohibita, non censetur prohibita locatio.
- 88 Vassallus, an possit locare rem feudalem.
- 89 Resolutio iure datoris resoluitur ius acceptantis.
- 90 Assensus Domini, an requiratur in locatione ad longum tempus.
- 91 Locatio ad longum tempus, est species alienationis.
- 92 Ius in re feudali pro vno momento quis constitui non potest, sine assensu Domini.
- 93 Feudum, an possit dare in dotem mulieri.
- 94 Feudum ex causa dotis cum immediate successuro, an alienare possit, sine Domini assensu.
- 95 Refutatio feudi facta in causam matrimonij facta filio à patre, an valeat, sine Domini assensu.
- 96 Fraus quando cessare videtur.
- 97 Causa potius inspicenda est, quam contractus.
- 98 Presumptio vna excludit alteram.
- 99 Refutatio feudi quando corrumpitur.
- 100 Actio reuocatoria competit fisco.
- 101 Actio reuocatoria proponenda est in iudicio ordinario, non autem summario aucto interessato.
- 102 Fiscus non potest incipere à sequestro in bonis refutatis.
- 103 Contractus per actionem reuocatoriam rescinditur probata fraudis cognitione.
- 104 Donatio semper valet, nisi condemnatione irritationis sequuta.
- 105 Refutatio multum distat à Donatione, Cessione, & Alienatione.
- 106 Refutatio est cedere loco, & personam suam de medio se tollere, quam alienare.
- 107 Insinuatio non requiritur in refutatione, quia non est Donatio.
- 108 Refutatio est anticipata successio.
- 109 Assensus hominis non requiritur in refutatione, dum habere videtur assensum ex dispositione legis.
- 110 Dominium vile feudorū in Vassallis instituitur ad finem seruiendi.
- 111 Obligatio seruiendi feudatario non dicitur pra-

- præfisa, sed causativa, sine potestatiua.*
- 112 Vassallus potest refutare feudum inuito Domino in immediatè successuro.
 - 113 Pactum factum cum immediatè successuro valet, sine Domini assensu.
 - 114 Sententia lata contra feudatarium, an possit executioni demandari in fructibus feudi, relicta portione necessaria feudataria.
 - 115 Feudum, siue sit ex pacto, & providentia, siue hereditarium in fructibus feudi sententia exequatur.
 - 116 Executio sententia, an est facienda super feudo.
 - 117 Executio sententia conceditur in subsidium, super re feudali, & illius fructibus, quando alia allodialia non existunt.
 - 118 Legatarius, an possit propria auctoritate ingredi in possessionem feudi, & fructus percipere.
 - 119 Ius in feudo, quando videatur constitutum.
 - 120 Testator, an possit gravare feudatarium super fructibus feudi.
 - 121 Testator, an possit gravare heredem super fructibus feudi.
 - 122 Legatarius per legem constituitur creditor quantitatis legata.
 - 123 Legatum vires incipit habere à die mortis legantis, ut est in testamento.
 - 124 Dominium utile, quod erat penes feudatarium defunctum, ad legitimum eius successorem translatum fuit.
 - 125 Opinio Reg. Dux Regina tenentis tenentiam, seu possessionem feudi posse nancisci.
 - 126 Iurisdictio est de regalibus, & semper est feudalis.
 - 127 Barones habent iurisdictionem creandi Officialias.
 - 128 Officiales creati à Baronibus, Regi appollantur, & designantur à Rege iurisdictionem habere.
 - 129 Creditorum cum assensu possunt sequestrari fructus feudi.
 - 130 Iurisdictio, an possit sequestrari.
 - 131 Practica pro sequestrandam iurisdictionem.
 - 132 Successor legitimus in feudo, an teneatur solvere legata, quando institutio non habuit locum.
 - 133 Decisio S. R. Conf. Neapolitani iunctis Consiliarijs duarum aularum.
 - 134 Decisio S. R. Conf. Neapolitani.
 - 135 Consiliarius Marcellus Marcianus laudatur.
 - 136 Regens Ferdinandus Brancia Dux Beluederi laudatur.
 - 137 Onera feudi, an sint prius deducenda.
 - 138 Feudatarius per necesse debet habere, ut viuas, & militet.
 - 139 Servire quis teneatur Domino ille, in cuius transfertur, sicut moditas feudi, an verò

- Vassallus contra quem est facta executio in fructibus ipsius feudi.*
- 140 Aequitas, rigori iuris preferenda est.
 - 141 Renunciatio, an eximat ab onere.
 - 142 Iuramentum præstatum in fidelitate.
 - 143 Iuramentum non excedit personas.
 - 144 Fructus fideicommissi, an habeant eandem naturam ipsius fideicommissi.
 - 145 Fructus in restitutione fideicommissi, an veniant.
 - 146 Fructus in petitione hereditatis, an veniant.
 - 147 Lucrum extrinsecum proveniens post mortem testatoris ex industria heredis gravati, ex rebus hereditarijs cedit ad commodum heredis gravati, & non legatarij.
 - 148 Fructus in restitutione fideicommissi, an veniant.
 - 149 Fructus soluto matrimonio, an spectant ad maritum pro illata temporis, qua onera matrimonij sustinuit.
 - 150 Fructus maturi ante mortem usufructuarij ad quem pertineant ad heredem usufructuarij, vel ad creditores, vel poterit disponere de illis, vel spectent ad proprietarium.
 - 151 Feudum amittens alio modo, quam morte fructus pendentes ad quem spectent.
 - 152 Fructus pendentes pars fundi dicuntur.
 - 153 Proprietas transit ad proprietarium, ita & pars proprietatis.
 - 154 Fructus immaturi etiam si essent separati à solo, non per hoc efficiuntur usufructuarij, sed proprietarij.
 - 155 Proprietarius potest contra tertium possessorem agere actione rei vindicationis.
 - 156 Possessor non potest opponere de iure tertij.
 - 157 Lex usufructuarij messem, ff. quib. mod. usufr. amitt. enunciatur.
 - 158 Fructus maturi si cadunt in terram, non facto hominis, sed casu, tunc non sunt usufructuarij, sed proprietarij, seu heredis ipsius.
 - 159 Lex si fur deceperit, ff. de usufruct. enunciatur.
 - 160 Fructus, à qua die sunt restituendi.

CAPUT XIII.

Quibus Portio Renunciata accrescat.

- D** V M. omnis renunciatio, vel specificè, vel tacitè in alicuius beneficium procedi debet, eo modo, sicut qualitas, & substantia terminata videtur, si enim speci-

- specificè in alicuius beneficium fit, omnis renunciata portio illi, in cuius beneficium facta est renunciatio accrescit, post *Dec. in num. 3. Alciat. eidem numero scripsit Castrensis. in l. si actionem 24. num. 2. & ibi Alex. num. 3. C. de pact. idem Castrensis. in l. pactum 3. num. 8. C. de collat. & in l. si cut 4. num. 3. C. de repud. hered. Alex. consil. 149. num. 5. vol. 4. Surd. conf. 446. nu. 14. Gabr. conf. 135. num. 1. vol. 2. Ruyn. conf. 98. num. 17. vol. 1. post omnes Ioann. Crot. in l. re coniuncti ff. de legat. 3. Intelligitur quando ex verbis ipsius renunciantis satis clarè constat, quod ipsi, tanquam vni ex fratribus velle suam portionem donare, si verò expressè, & satis clarè non constat, ex ipsis coniecturis, adhuc omnibus fratribus talis portio renunciata accrescere videtur; ita singulariter *Bald. in dicta l. pactum num. 3. & 6. Paul. de Cast. nu. 8. C. de collat. Alex. num. 2. Dec. num. 3. Alciat. in l. pactum num. 5. & 8. C. de pact. sequitur idem Paul. de Cast. in l. 1. §. inde Neratius num. 2. ff. ad Trebell. Crot. in d. l. reconiuncti num. 156. vers. primus, vbi Alciat. num. 64. vers. qua sententia. Rub. in l. pater filium 14. num. 150 ff. de inoff. testam. Alex. conf. 149. num. 1. & 5. vol. 7. Soc. sen. conf. 34. num. 1. Paul. de Cast. conf. 135. num. 3. & conf. 252. num. 1. vol. 1. Ruyn. conf. 98. num. 17. vol. 1. Paris. conf. 26. num. 26. & conf. 59. num. 48. vol. 3. Crauet. conf. 220. num. 1. Mascard. de probat. conclus. 44. num. 13. Surd. conf. 133. num. 22. & conf. 44. num. 3. & 12. & consil. 446. num. 12. Honded. conf. 38. nu. 6. & 7. Costa de rata, & port. quest. 49. nu. 4. Boer. decis. 184. num. 3. Vnica ratione hi omnes DD. mouentur; quoniam huiusmodi renunciatio habetur pro repudiatione; vt scripsit *Castrensis. in dicta l. pactum, num. 8. C. de collat. & in l. 1. §. inde neratius num. 2. ff. ad Trebell. sequitur Ioann. Anton. Bell. in tract. de iure accrescend. cap. 5. q. 49. num. 7. Roman. conf. 411. num. 1. in fin. Soc. Jun. conf. 67. nu. 45. vol. 3. Franch. decis. 26. num. 5. & 7. & sic repudiatio facta vni heredi, censetur facta omnibus, & omnibus proficere videtur, *Aym. Crauet. conf. 102. num. 1. quia portio portioni accrescit, l. qui ratam ff. de acquir. hered. l. si totam, vbi Bart. ff. de acquir. hered. l. si in pluribus. ff. de suis, & leg. hered. l. cum ex filia, §. fin. ff. de vulg. DD. in l. re coniuncti, vbi Bart. num. 48 ff. de leg. 3. vbi Ripa num. 197. & num. 200. Ias. in l. Lucius num. 31. ff. de vulg. Dec. conf. 304. num. 1. Crot. conf. 32. num. 18. Cassan. conf. 14. num. 9. vers. & hoc maximè Capbal. conf. 29. num. 9. vbi infert, quod portio assumit naturam portionis, cui accrescit conf. 59. num. 40. & con-****
- fil. 60. num. 6. Surd. lib. 2. conf. 244. num. 4. & an talis renunciatio dicatur potius donatio, quam repudiatio nu. 8. 9. & sequitur igitur semper in beneficium, cuius facta est renunciatio; illi omnino amplianda est successio, iuxta text. in l. defunctus 9. C. de suis, & legitim. hered. l. 2. §. duo fratres, & ibi notat Bart. ff. de collat. honor. Ias. conf. 61. col. 3. vers. Confirmatur quia, vol. 3. Menoch. conf. 447. num. 57. Honded. conf. 1. nu. 97. vol. 2. Imò lucrum quo quis contemplatione alicuius illi soli applicari cōtēplatione, cuius priuatur, est tex. in l. post legatum 5. §. amittere. ff. de quibus, vt indig. l. penult. C. de legat. scripsit Ias. in l. seruo legato 72. §. si testator, num. 4. ff. de leg. 1. Bart. in l. 2. §. videndum, num. 2. vers. Præterea ff. ad Tertull. Ias. in conf. 61. col. 3. vers. Confirmatur quia, vol. 3. Fabian. in Auth. nouiss. num. 217. C. de inoff. testam. Dec. in l. illam 19. num. 9. C. de collat. Honded. conf. 6. num. 4. vol. 1. & conf. 1. num. 78. vol. 2. & DD. supra cit. post omnes adest meritissimus, ac sapientissimus nostris tēporibus Reg. March. Torell. in cōsult. 123. n. 66.*
- 16 Si verò in illa renunciatione, nulla exprimitur persona, sed in beneficium patris renunciauit, illa renunciatio, ex legis prouidentia fauore masculorum, censetur facta; nō solum si iam nati sint; verum etiam nascendorum fauore, presumitur talis renunciatio facta, vt latè *Gomes. ad Il. Thari comment. in l. 22. nu. 11. 12. cum sequenti, Vrsill. ad Affl. in dec. 161. num. 5. ita etiam à contrario sensu, si illi non nascantur, vel si nati moriantur, adhuc illa renunciatio euanesceat, quatenus deficiente persona contemplata, & illa ad successionem admittitur, non obstante sua renunciatione, vt post DD. supra relatos in d. cap. adest Molfes. in tit. de renunciatione, quest. 3. nu. 12. latè *Gutierrez. in cap. quamuis de pact. in 6. in verbo omnino seruari, num. 2. Andr. in cap. 1. in princip. de eo quod fecit finem agnat. bene *Bald. in l. pactum, quod dotali in 5. quest. C. de collat. vbi etiam cumulat ceteros, Capyc. dccif. 190. num. 2. Marant. qui hoc bene disputat in quest. 10. sub num. 14. vers. Sed si tempore mortis patris, Couar. in cap. quamuis 3. par. relectionis §. 3. num. 4. vers. Quarto, & si paternam dilationem, latissime D. Consil. Theodor. in allegat. 36. nu. 9. & sequenti, latè *Cancer. var. resol. cap. 15. in tit. de renunc. num. 43. Andr. Molfes. in consil. 48. num. 5. cum videatur cessata causa renunciationis personis iam cessantibus, vnde cessat eius effectus, Affl. in cap. 1. §. Titius, num. 14. tit. de feud. defunct. milit. glos. in constitut. si quem nostrum, & ibi Affl.****

Affl. in 3. notab. & in materia renunciationis idem Affl. in c. 1. §. pratered in 2. notab. quib. mod. feud. amict. l. subemus, C. ad Vell. l. si de certa, C. de transact. Bal. in l. patrum, C. de collat. num. 3. l. 1. ff. de condit. sine caus. l. nihil interest, ff. de naut. senor. Traq. in tract. de cessante caus. num. 14. & proinde tunc talis renunciatio, ita succedit, ac si nullatenus renunciasset Iuribus supra allegatis.

12 Verum talis renunciatio videtur omnibus fratribus accresci quoad æquales portiones diuidendas.

13 Imò non solum talis portio renunciata per filiam fratribus accrescit, verum etiam portio filiarum exclusarum per Constitutionem in aliquibus masculis

14 applicanda videtur, cum in ipsorum beneficium introducta sit talis constitutio, ita tradit *Bart. in l. seruo legato 77. §. si testator, & ibi Ias. num. 3. ff. de legat. 1. Bar. in l. 2. §. duo fratres, num. 1. ff. de collat. bonorum, Bald. in l. si defunctus 9. num. 1. & ibi Paul. de Cast. num. 1. C. de suis, & legit. hered. Socc. Sen. conf. 5. num. 4. in fine, & sequenti, conf. 84. num. 7. vol. 1. Dec. in l. illam 19. num. 10. C. de collat. Fabian. in Authent. nouiss. 216. C. de inoff. testam. Capbal. conf. 245. num. 36. Decian. conf. 46. num. 36. volum. 3. Honded. conf. 6. num. 39. vol. 1. & in conf. 1. num. 103. vol. 2. Paris. conf. 36. n. 30. vol. 2. Soccin. Lun. conf. 67. num. 44. & seq. vol. 3. Peregr. de fideicom. art. 36. num. 15. & conf. 65. num. 14. vol. 1. & conf. 107. num. 7. vol. 3.*

15 Cum talis Constitutio, seu Statutum duplicem vim habere intelligatur; ut scripsit *Ant. Bell. in tract. de iure accrescen. quest. 49. cap. 5. nu. 4. Socc. Sen. conf. 84. num. 7. vers. Vnde perplexus lib. 1. & consil. 241. num. 9. vol. 2. Franch. d. decis. 26. nu. 4. vers. Quibus. Vna sit respectu exclusionis foeminarum, altera verò inclusiua, respectu masculorum, ut scripsit *Bart. in l. 2. §. videndum, num. 1. in fine, ff. ad Tertull. & in l. liberorum 220. n. 16. vers. Nam statutam, ff. de verb. significat. Bal. in l. maximum vitium 4. num. 2. vers. Et iste ablatius, C. de liber. prater. Soccin. Sen. conf. 241. num. 7. vers. 4. vol. 2. Paris in dicto conf. 36. num. 29. vol. 2.**

17 Si enim in patris beneficium renunciatur illa portio hereditati accrescit; ut dixit *Faber in suo Cod. tit. de pact. definit. ult. ibi heredi tantum; & non aliis liberis; ut num. 1. nam bene se explicat nu. 3. quod hereditati accrescat, non autem*

18 heredi, quia nihil heres, tanquam heres habere potest: quod prius hereditatis non fuerit, l. 1. §. sciuola, ff. si quis testam. lib. esse: *Lussus, Vnde sit, quod si te-*

stator heredem rogasset, ut restituat hereditatem; illa portio venit in fideicommissum, quia quoties, quis rogatur hereditatem restituere, id omne videtur rogatus reddere, quod fuit hereditatis, l. in fideicommissoria 18. vers. Quoties, ff. ad S. C. Trebell.

Hæc aded quoque procedunt, quando testator dotauit filiam, & illa renunciavit, tunc videtur currere, quod hereditati portio illa accrescat, videas *Paul. cons. 252. num. 1. latè de hac materia.*

20 Nā quid si pater decessit absque dotatione filia, & heredem instituit filium suum, ille autem dotauit sorore, vtrum portio illa accrescat ipsi, an autem hereditati.

Efficacissima ratio redditur, quod accrescat ipsi, dummodo de proprio sororem dotauerit, non de bonis hereditariis, ut optime, & notatu digna scripsit *Faber in suo Cod. loc. cit. in fine, & ita decisum refert in causa D. de Carde, & Mōmayerur Triges Kal. Octobris 1612.*

Et illa bona tali heredi debeantur ratione nouæ causæ, quod receptum ab omnibus *DD.* videtur, cum per talem nouationem illa non veniunt in restitutione fideicommissi, quia heredi spectant talia bona, seu talis portio renunciata; Hoc autem ius accrescendi ad heredes transit propter rem, ut explicat eleganter *Dec. in rubr. C. quando non pet. par. in 2. lectur. num. 5. & ibi Cagnol. nu. 39. vers. Sed in oppositum, l. unica, §. his, ita definitis, & §. ubi autem legatarij, C. de caduc. tollend. l. separatim 30. & leg. si quis legata 53. §. ult. ff. de condit. & demonstrat. l. item, quod Sabinus 17. §. 1. l. liber homo 39. §. cum quis, l. si ita quis heredes instituerit 66. ff. de hered. instit. Anton. Gou. de iur. accrescend. vbi latè hūc articulum disputat, & ad illos transfinitur, ut habetur ex *tex. in l. qui ex duobus, ff. de acquir. hered. Duard. lib. 2. de iur. accresc. cap. 6. Paris conf. 25. num. 12. & conf. 76. num. 12. vol. 2. & conf. 5. num. 41. vol. 3. Chassa conf. 14. num. 9. Capb. conf. 114. num. 13. Crauet. conf. 965. num. 5. Bursat. conf. 71. num. 12. & conf. 381. nu. 19. Mantie. de coniectur. ult. vol. lib. 4. tit. 5. art. 7. num. 13. & tit. 11. num. 16. & decis. 319. num. 10. Costa de rata, & port. quest. 49. num. 3. Ludouif. decis. 551. nu. 8. latè *Craff. in §. ius accrescendi, quest. 12. num. 1. Cuiac. lib. 12. obseru. cap. 13. And. Fach. lib. 10. controuers. cap. 69. vers. Postremò, Bell. in suo tract. de iur. accrescend. cap. 7. quest. 62. n. 6. quia portionem sequitur, & rem respicit, l. si ex plurimis, ff. de suis, & legit. hered. l. si totam, ff. de acquir. hered. l. hac scriptura,***

- §.1. ff. de condit. & demonstrat. l. cum ex filio 39. §. ult. & ibi Imol. num. 7. Alex. num. 4. ff. de vulg. Imol. in l. papinianum 143. ff. ad Trebell. Duar. lib. 2. de iur. accresc. cap. 6. vers. Ego autem l. actionū genera 24. ff. de act. & oblig. Gomez. tom. 1. cap. 3. num. 28. vers. 3. & cap. 10. num. 35. vers. 2. Bell. ubi sup. num. 9. cum sit reale habens locum in proprietate Gomez. tom. 1. variar. resolut. cap. 3. nu. 28. vers. trigesimo, Aug. in l. qui patris 59. nu. 1. & 4. & ibi Imol. num. 2. Alex. num. 2. ff. de acquir. hered. Castrenf. in l. si totam 81. ff. de acquir. hered. Peralt. in l. proculo 20. num. primo & 12. ff. de leg. 2. Caiac. ad §. ult. nu. 8. in tit. de officia, latē Anton. Gon. in suo tract. de iur. accresc. num. 2. descendens ex lege non autem ex dispositione hominis, vt declarat Ceph. conf. 59. n. 21. & 24. Mantica de coniect. lib. 4. tit. 1. num. 1. lib. 6. propter quam in usufructu; vbi portio personam sequitur l. si Titio G. de usufruct. l. interdū ff. de usufruct. accrescend. notat Cancr. in tit. de iure accrescend. cap. 22. num. 45. Anton. Gon. in tract. de iure accresc. num. 2. Bellon. de iur. accresc. cap. 3. q. 1. per totam, & cum hæc non sit materia nostra ideo studiosis relinquendam curauit.
- 22 Vnde fit quod quando in patris beneficium renunciat non poterit patris talem portionem renūciatam per filiā, cui volnerit relinquere, sed remanere debet in hæreditate, si filia renunciās nūquam nata fuisset, & sequitur Molfes. loco cit. num. 14. Capyc. in consuet. si mori. in princip. in apostilla incipiente an ista portio renunciata, Aret. in l. plane §. si duobus ff. de legat. 1. Conceditur autem patri facultas disponendi de illis bonis à se acquisitis deducta prius legitima, quæ de iure naturali filiis debetur, in obitu ipsius, vt optimè adnotauit Bolognet. in l. post dotem ff. solut. matrim. nu. 6. vbi vnū tamen reseruatū fuit arbitrio parentum, vt in eius vita legitimam assignare non cogatur Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 1. num. 1. Franch. decis. 133. Ricc. collect. 655. Surd. decis. 167. num. 1. & de aliment. tit. 8. priuil. 26. & 77. nu. 7. Crassus de success. lib. 1. §. legitima q. 2. Peregrin. de iure fisc. lib. 5. tit. 1. num. 37. & 133. & de fideicommiss. art. 36. n. 14. Gutierrez in repet. cap. quamuis patrum num. 21. de pact. in 6. sed quod solum ad diurna alimenta conueniri possint; etiam si vergerent ad inopiam, vt notabiliter dixit Bal. in l. pater ff. de adopt. vel apparenter omnia ludendo dissiparent; vt plenè notat Iason in §. si quis in fraudem institut. de action. de bonis autem
- 23 antiquis adest consuetudo in hoc Regno, & si testator, & consuetudo si aliquis disponens velle patrem dispone-
re tantum de medietate bonorū antiquorū & illam medietatem bonorū agnati
26 habent ex legis prouidentia, & ex antiqua ciuim pactioe absolute, & simpliciter nullo morientis facto intercedente, & in ipsa medietate nullum testatoris iudicium, nullaque dispositio
27 attenditur, sed iure municipali, & consuetudinario, Molfes. part. 3. tit. de success. ex testament. q. 2. num. 4. in fin. & num. 5. vers. ad confirmationem non ex dispositione morientis agnati, illam habere dicuntur, dixit text. in dicta Consuetud. si aliquis moriens sub tit. de success. ex testam. vbi latē Molfes. & alij scribentes super dicta Consuet. Scipio Buc. in addit. ad Neap. super eadem consuet. fol. mibi 174. & illa portio ex necessitate debetur, l. si arrogator in fine ff. de adopt. l. vnū ex familia §. si de falcidia ff. de legat. 2. Reg. Merlin. Marchia Ramonti, & Præses S. Reg. Conf. Neapolia. controuers. forent. rent. 2. cap. 44. num. 7. nec ex testatoris prouidentia defertur, nec succedere dicitur in iure vniuersali cum succedat ad certa bona intra certos fines, & sic in districtu posita, hæreditas autem nō circumscribitur, sed est nomen iuris vniuersalis, Franch. decis. 492. & particularis successor cōsuetudinarius nō ex testamento, neque ab intestato vocatur, vt ibi addentes, nec transeunt in eū
30 actiones actiue, nec passiuæ; dixit Reg. Rouit. in conf. 94. num. 38. & sequenti lib. 1.
31 quandoquidem vocatus ad dictam medietatem non comprehenditur in substitutione facta de hæredibus, & successoribus, quia vbi quis ad certum genus patrimonii, vocatur in eo genere, dicitur particularis successor, Menoch. conf. 144. num. 14. lib. 2. Imo nec dicitur simpliciter hæres, ne quicquam simpliciter legatarius, Gabriel. conf. 40. num. 10. col. 2. sed meo iudicio dici potest consuetudinarius successor, cum nec formaliter,
34 neque essentialiter hæres vocari possit, vnde quæ ex dispositione consuetudinis, dicuntur debita iure actionis, & proinde petenti conceditur; vel conditio ex lege iuxta tex. in l. 1. ff. de condit. ex lege, vel conceditur conditio præscriptis verbis iuxta tex. in l. 1. ff. de præscript. verb. Neapodan. in consuetud. si aliquis num. 321. Vincent. de Franch. decis. 605. num. 8. quæ quidem conditio fortior, & efficacior est officio iudicis, vt post Alex. Menoch. Alciat. & alios, voluit Surd. tit. 3. de aliment. quæ ff. 3. per totam.
- 35 Debetur autem illa medietas tanquā alienum, & successiuè tanquam debitum, quod restituere tenetur, & per con-

- consequens agnato, nè quicquam elemosinam facere permiffum est, prout dixit *Andr. in cap. 1. §. hoc quoque de success. feud. Facchin. lib. 3. controuers. iuris cap. 13.*
- 36 & ex illa medietate omne grauamen deducitur, nec etiam in filiorum præiudicio disponere potest pro eius anima, *Moffes. in lib. 1. p. 3. tit. de success. ex testam. quest. 2. nu. 5. Ancharan. in conf. 25. Panor. conf. 63. vol. 1. Socc. iun. conf. 148. volum. 1. Si-*
- 37 *gnorol. conf. 21. & à pari sicut in feudis, quoniam vassallus onus imponere non potest, nec quicquam onus candelæ pro anima, Andr. in cap. imperialem col. 2. per illum text. de probib. feud. alien. per Feder. Marin. Frecc. lib. 3. de subfeud. in tit. de differens. inter feudum ex pacto, & feudum hered. differ. 5. num. 4.*
- 38 Videtur enim esse tanti robotis prærogatiua illius medietatis bonorum antiquorum, quod semper indemnitas seruanda est, quandoquidem si creditores portionem aliquam ex dicta medietate auocantur, suppletur ex bonis nouiter quæsitis, per eum, qui onera imposuit, ita decisum refert *Pisanell. in consuetud. s. 40 aliquis moriens sub num. 30. quia dicta medietas non debetur diminuta, Capyc. decis. 105. & Pisanell. cit. duas referre videtur decisiones factas à S. C. in vers. secundum istam, Præsident. de Franch. in dec. 280. & adeo ista vera sunt, quod vltimus moriens non potest in proximorum*
- 41 præiudicium naturalem filium legitimum per Principis rescriptum, ex singulari decisione *Ioann. de Imol. in cap. grad. de supplend. neglig. prelat. lib. 6. quam refert Alex. in conf. 25. vol. 1. col. 3.*
- 42 Potentior est adeo virtus consuetudinis, quod etiam si data esset licentia, vel factò pacto ad libitum disponendi, illa dispositio, intelligi debet, seruata forma ipsius consuetudinis, quoniam
- 43 pacta vnius priuati, non possunt tollere consuetudinem, ita iudicatum fuit in Sac. Conf. prout refert *Capyc. in consuet. & si testator in principio in addit. incipiente quaro, circa istam consuetudinem, vers. similiter pone fol. mibi 172. quoniam licet quis*
- 44 contrahere præsumatur secundum iuris communis dispositionem, procedit nisi adesset in illo loco consuetudo contraria, siue statutum, nam tunc præsumitur se conformare cum statuti, siue consuetudinis dispositione, quod totum nõ solum procedit in contractibus, sed etiã procedere videtur in vltimis voluntatibus, *Mantica lib. 3. de coniect. vltim. volunt. tit. 10. num. 8. lib. 4. tit. 10. num. 13. Simon de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib. 1. fo-*
- lut. 3. num. 4. & lib. 2. solut. 2. num. 304. quia hoc etiam facere tenetur, ex iuris dispositione, cum nemo possit per eius partionem dispositionemq; clausulæ statuti municipalis derogare, vt Simon de Petr. dicto loco cit. lib. 5. dubitat. 1. num. 124. hoc idem dixit Consil. de Rube. in addit. ad Neapod. fol. 4. incipiente, filius institutus, vers. & quid si licentia disponendi sit data, vbi plures DD. cumulat, dummodo tamen dicta licentia non detur à primo acquirente prout *Moffes. ad dictas consuetud. quest. 3. & de Franch. decis. 307.**
- 45 Verum addo quod si agnatus fuerit institutus in tota, vel in parte hæreditatis solemne confecit inuentarium, si grauetur fideicommissario hæreditatem restituere posse prius concludunt DD. medietatem bonorum antiquorum deducere, reliqua vero restituere *Fulgos. conf. 98. Thom. Nacter. in addit. ad dictam Consuetud. fol. 12. à tergo in fine.*
- 46 Alia ratio adest quoniam si agnatus moriens disponderet de illa medietate agnato debita disponere videretur de re, & de bonis alterius, & tunc tacitus consensus non sufficit agnati viuientis, sed expressus consensus, requiritur, *Alex. conf. 8. vol. 5. Ias. in l. cum properas num. 6. C. de pass. Peregrin. de fideicom. artic. 60. num. 67.*
- 47 Et quod agnatus aduertat facere petitionem antequam adeat hæreditatem, quod dicat velle adire cum beneficio l.
- 48 *& inuent. cum per ipsum inuentarium bona libera, à bonis subiectis separentur per Consuetud. Franch. decis. 613. num. 17. & 18. & decis. 83. & 246. cum licitum sit retinere medietatē bonorū antiquorū*
- 49 *ex persona propria, nõ vt hæres, ita Bar. Bal. & Franch. decis. 39. num. 4. & præsertim in portione consuetudinaria; in qua*
- 50 *non datur confusio iurium, per aditionem, Franch. decis. 39. num. 6. & decis. 486. in fine Neapod. in dicta consuetudine si quis vel si qua num. 231. amplius dixit, quod*
- 51 *dum quis adit hæreditatē videtur adire salua lege municipali, sequitur Reg. de Ponte conf. 61. nu. 35. lib. 1. Anton. de Amat. Variar. resolut. cap. 56. num. 3 lib. 2. nam in-*
- 52 *uentarium operatur, vt bona hæreditaria loco vnius; & hæres loco alterus personæ distinctæ, & separatæ habentur, Mantica de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 20. n. 31 vol. 2. Ant. dicto cap. num. 8. Vrsill ad Afflic. decis. 237. & 367. num. 11. nam non datur confusio iurium, & actiõnum, l. fin. §. in computatione C. de iur. deliber. l. 1. ff. de separ.*
- 53 *bonor. nec extinguuntur hypothecæ grauati de restituendo, quia non fuerunt*

bona irrevocabiliter quaesita, & sic tanquam res alienum, & debitum proprium potest gravari, siue haeres eius legitimam, & quartam, & alia credita deducere.

- 54 Medietas autem bonorum antiquorum dicitur segregata ex vi consuetudinis à commercio in ultima voluntate,
 55 & deficere extrema compensationis, idest debitum ex parte testatoris, & creditum ex parte legatarii, & non datur in iure compensatio, cum non debito *l. compensatio ff. de compensat. Sard. decis. 119. n. 8. Excubar. de ratiocin. cap. 32. num. 31.*

Potentior denique redditur Vis talis medietatis bonorum antiquorum quod etiam si filia renunciationem generale fecisset adhuc secundum veritorem sententiam non comprehenderentur bona ipsa antiqua licet Capycius negatiuam tenuerit in *decis. 90. per tot. De Franchis in decis. 690. num. 10. et in ita dicat tamen in num. 2. & 9. dixit nunquam medietatem bonorum antiquorum comprehendendi in generali renunciatione à filia facta.*

- 56 Dubium omnino erit, an dictae consuetudines locum habeant etiam quoad fructus eorum bonorum antiquorum.

57 In quo dubio responderetur, fructus, non censerentur bona antiqua, nec prohibitio disponendi ad eos extenditur, *Bal. in cons. 104. incipiente factum tale est, vers. item istam, ubi loquitur in casu statuti similis, consuetudini si quis, vel si qua; & tenet praedictos fructus non censerentur bona antiqua, & ne deficiat auctoritas DD. scribentium super his nostris consuetudinibus, dixit equoque Thom. Nacler. ita asserens in addit. ad consuet. si quis moriens in vers. quaritur fol. 13. ad est Praesid. de Franch. qui ut omnes sciunt fuisse virum doctissimum, & celeberrimum, & praecipue in materia consuetudinis, oraculum appellatur in decis. 604. nu. 4. ubi testatur non solum in illa causa fuisse hoc modo decisum, verum etiam semper sic fuisse per Sac. Reg. Cons. iudicatum, & propterea, etiam quamvis tale quaesitum dubium esset; tamen cum pluries, imo semper fuerit, hoc modo per dictum Sacrum*

58 Conf. decisum; talis consuetudo sic iudicandi habet vim legis, & ita servari debet *S. ex non scripto instit. de iure iuran. l. de quibus ff. de legib. Minad. in repet. constit. in aliquibus in 8. notat. num. 12. prout etiam*
 59 *fuit bis ita iudicatum, & ex tali bis iudicatione facta, censeretur, & inducta lex, post alios tradit, idem Praesid. de Franch. in decis. 238. num. 3. & plene probat sapien-*

tissimus, at meritiss. *Reg. Rouit. in cons. 18. num. 2. 3. & 4. eandem opinionem, quod fructus dicantur bona noviter quaesita late comprobat Molf. in tit. de bonis q. 20.*

60 Quae opinio comprobatur etiam ex decis. facta per Sac. Cons. in simili casu, cum quaedam mulier licet transisset ad secunda vota, priuaretur successionem filiorum, quo ad bona eis peruenta à patre, tamen non priuaretur successionem in fructibus ex eis peruentis, prout plene probat, & per Sac. Cons. decisum testatur idem *Praesid. de Franch. in decis. 18. per totam, quem refert & sequitur Peregr. in tract. de fideicom. art. 29. nu. 20. in fine, Reg. Rouit. in cons. 98. num. 6.*

61 Nec obstat, quod Reg. de Pont. teneat in tract. de Petest. te Proreg. in tit. de success. mulier. in princip. num. 15. Auctoritate Pisanell. in consuet. si quis vel si qua in addit.

62 ad Neapod. num. 227. fructus computari inter bona antiqua, quo ad prohibitionem disponendi, nam Neapod. in primo loco plures modos obventionum de iure communi assignat, & inter alia respectu peculii profectitii filiorum famil.
 63 dixit quod etiam fructus rerum peculii dicantur profectitii in vim accessionis, & lucri, ut allegat *tex. in S. sanctitum instit. per quas personas nobis acquir.*

64 Ex quibus inferitur an bona empta ex pecunia antiqua, vel ex fructibus bonorum antiquorum dicantur antiqua.

In qua re cum distinctione procedendum est, nam si pecunia sit peruenta ex bonis antiquis puta ex venditione alicuius rei antiquae, illa pecunia, siue illa res empta, ex illa pecunia dicitur antiqua, & subiacet consuetudini prout *Molf. ad consuet. Neap. p. 2. in tit. de bonis q. 20. post longam di-*

65 scussionem à num. 1. usque ad 11. & ibi ita iudicatum refert quia praetium fundi habetur loco ipsius fundi, ut in *l. sed si lege S. 1. ff. de pet. hered. & ibi glos. dicti S. asserendo tex. in l. imperator S. ult. cum l. sequenti ff. de legat. 2. Afflict. in decis. 369. nu. 10. & ibi Vrsil. Traquel. de vtroque retrac. tit. 1. S. 33. glos. unica nu. 23. & sequent. & de retrac. consanguin. S. 32. glos. 1. à num. 43.*

66 vsq; ad num. 52. meritiss. atque doctissimus nostris temporibus, omni aetate venerandus *March. Torell. Reg. Capyc. Labr. in decis. 70. num. 43. & 49. Ioann. Andr. de Giorg. in suis allegat. allegat. 4. num. 13. idem de Giorg. in sua repet. feud. cap. 43. num. 10. & 11. Ioann. Bapt. Thor. in compend. verbo empta tom. 3. par. 1. fol. 118. Giurb. ad consuet. Messan. c. 11 gl. 8. n. 7. qui decisionem S. C. refert, & in decis. 111. nu. 21. Castill. de tertis c. 4. n. 15. vers. unde res subrogata.*

Ex

Ex tali autem permutatione emptio- nis, & venditionis non habetur, nec cō- siderari potest diminutio patrimonij, cū aliud loco eiusdē subrogatum sit, quam rationem docuit *Capyc. decis. 194. sub num. 18. Præsident de Franch. in decis. 435. num. 21. & 22.*

67 Subrogatus enim sapit naturam sub- rogati, & licet non sicut eadem bona entitatiuè, nihilominus vice subrogati succedit loco prioris rei, & eiusdem sapiunt naturam, dixit eruditè *Molfes. ad Consuetud. Neap. par. 2. tit. de bonis quæst. 5. num. 13.*

68 Si verò illa res fuit empta ex fructi- bus bonorum antiquorum, non dicitur antiqua, quia fructus non dicuntur pre- tium fundi, sed accessiones, quæ veniūt ex ipsis corporibus, nec subiaceat con- suetudini, *Paul. de Cast. in l. fin. ff. quan- do actio. de pecul. ratio est, quia illa res fuit empta ex fructibus, non autem ex re, vt in l. venditor ex hereditate, ff. de hered. vel act. vendit.*

Verum ex his supra dictis omninò generalem regulam constituendam esse, quod fructus naturam distinctam

69 sortis principalis sapiunt, quæ omnia solidantur primo circa feuda, nam fru- ctus feudi non dicuntur feudales, sicut fructus beneficij à solo separati, non di- cuntur Ecclesiastici, vt tenet *Ioann. in cap. verum de foro compet. Picus in repet. §. Titia, cum nuberet, col. 89. de legat. 2. sequitur Frecc. in sua repet. in tit. de subfeud. lib. 2. pag. 164. num. 84. dicit Camer. in fol. 17. litt. O. qui fructus feudi, non sapiunt naturam feudalem, sed Burgenfaticam,*

vt *Isern. in cap. 1. §. si quis verò de pace te- nenda, col. 3. item pecunia proueniens ex feudo non dicitur feudalis, & bona em- pta à Rege, à fructibus perceptis à Re- gno, burgenfatica esse, & idem bona*

73 empta de fructibus feudi burgenfatica sunt, vt *tex. cap. 1. de duobus fratrib. Bald. in conf. 33. vol. 1. Ratio euentissima est,*

76 quia cum fructus sint à solo separati non retinent naturam primam, id au- tem solidatur, quia bona spiritalia vè- di non possunt, & tamen fructus perce- pti benè venduntur, vt in *cap. vestra, ex- tra loc. cum simil. post hac scripta, perle-*

77 xi, ea, quæ scripsit *Marchio Remonti Prg- ses S. R. Conf. Neap. controuers. tom. 2. c. 90. per totum.*

78

80 Verùm si fructus considerantur vti se- parandi à solo semper burgenfaticam naturam retinere, vt dixit *tex. in cap. 1. an agnatus, & in cap. 1. §. bis consequenter, & in conf. si quando, §. fructus.*

Sunt enim illi hoc modo consideran- di secundum *Bart. in simili, in l. qua non- dum, ff. de pignor. hoc planè Isern. placuit, vt non solum constat ex locis supra ci- tatis, verum ex constit. post mortem, & in dicto §. bis consequenter, & in cap. si duo fratres in princip. tit. de duob. fratrib. de no- 81 no bene inuest. Isern. ibi, hoc aliud addit, nempè, vt si feudum ex communi pecunia emptum sit, non videtur meum, & tuum, verum fructus in communi veniunt, cui subscribit *Aluar. in l. ista, co- lum. 3. & Bald. col. 2. in fine, & in cap. 1. de bis, qui feud. dare poss. §. fin. in fine vlt. colum. Affl. decis. 26. & decis. 240. in 3. notab. per- scribentes in l. si finita, §. si de veftigalibus, ff. de damno infecto, & in l. commodis, ff. de re iudic.**

82 Si enim tales fructus considerentur, vt pendentes, ita feudales sunt, vt nihil absque assensu in toto, vel parte corpo- ris attentare licet, ita vt de fructibus pē- dentibus, sine assensu nulla quidem di- spositio permittitur, *l. cum principalis, ff. de regul. iur. iuncta l. fructus, ff. de rei vendic.*

83 Si denique considerantur fructus, vt fructus, poterit feudatarius illos aliena- re pro pluribus annis sine Domini con- sensu, argumento *l. Codicillis, §. institutio, ff. de legat. 2. & l. arboribus, C. de usufruct. & idem in Constit. Regni, Constitutionem, se- quitur Paris de Put. de feudor. reintegrat. cap. 252. num. 1.*

84 Vnde infertur, quod Vassallus secun- dum talem considerationem non pos- sit alienare fructus, pro toto tempore, quo fructus esse debent penès eum, & quamuis permillum sit ab *Isern. in Con- stit. diua memor. contra quam affertur communis conclusio, quod nullum ius*

85 constituere possit in re feudali, item se- cundum *glos. & Isern. in dicta Constitut.*

86 vbi non licet feudatario locare fructus, nisi per quinquennium, igitur non pro toto tempore suæ vitæ, Item & finaliter alteram conclusionem in medium pro- mam per *tex. in l. Codicillis, §. institutio, ff. de legat. 2. vbi reprobata glos. communi- ter concludit, tex. illum, dum vult, vt*

87 prohibita alienatione non prohibea- tur locatio, & habere locum talis prohi- bitio, si fieret ad longum tempus, ita post Scribentes tenuit *Bald. hic col. 3. in cap. 1. de bis, qui feud. dar. poss. col. 6. & idem in cap. aut si liberatio, in quibus caus. feud. amitt. in l. fin. C. de reb. alien. non alienand. & Canonista in cap. nulli de reb. Eccles. non alien.*

Verū vt distinctius procedamus tres considerandi sunt casus primum, quan-

- 88 do Vassallus locauit ad modicum tempus, siue sit quinquennium, siue septennium, dum tamen non transferatur ius in re, & hoc casu fructus dicuntur feudales respectu Domini, cui non potest nocere, ex quo resoluto iure ipsius dantis resoluitur ius acceptantis, secundum *Ifern.* hic post *Ardizzon. in sua summ. in tit. utrum feuda pignor. obligari poss. per tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor.*
- 89 Si verò ad longum tempus locatur requiritur omninò assensus, quia ex tali locatione ad longum tempus inducitur alienatio, vt in *l. antiquitas, C. de usufruct. & in l. qui Roma, ff. de verb. oblig. pro quo faciunt ea, quæ habentur in l. penult. s. quod ait. ff. de superfic. & in l. i. ff. si ager vectigal. pet.* Eset profecto constituere ius in re, quod nec vno momento facere quispiam sine assensu potest, vt dixit *Bal. in l. bis, qua, C. de prædijs minor. & in cap. 1. de Vassall. decrep. etat. & Bal. in cap. donare, qualiter olim feud. alien. poss. Reg. de Ponte decis. 28. num. 24. 25. 26.*
- 90 Nec impedire videntur ea, quæ tradit *Curt. Iun. in suo tract. de feud. in 3. part. art. 41. in rubr. an feud. dar. poss. in dotem in fine*, quod licet prohibitum erat datio in dotem feudi, quæ causaret ius marito, vt *cap. 1. in tit. an maritus iuncto cap. 1. qualiter olim feuda alienare possint, & in S. donare*; tamè benè mulier poterit feudū dare in dotē inestimatum, nō causādo ius in feudo, pro toto tēpore suæ vitæ quo tēpore vir in recōpensam onerū matrimonij hos fructus capit, & cum hoc intellectu concurrat communis opinio, & licet *Felin. in cap. que in Ecclesiarum extra de condit. dubitet de hoc*, sed si rectè consideres, loquitur ipse, quando alienatio à principio causaret ius formatū, iuxta tradita per *Bart. in l. 1. s. quod ait, & in l. penult. s. institutio, ff. de legat. 2.* quia tunc alienare esset, ad quod etiam facere possunt, ea, quæ dixit *Ostau. Bambac. in tit. si de feud. fuer. controu. quest. 1. nu. 213.*
- 91 quod etiam causa dotis, cum immediate successuro, sine Domini assensu feudum alienare potest, vt *cap. 1. & ibi And. de alienat. feud. patern. & in cap. 1. s. sed & res. per quos fiet inuestit. & in cap. 1. s. & si clientulus de alien. feud. testatur Reg. de Ponte conf. 21. num. 44.* sequitur, & allegat *Intrigl. in tract. de feud. cent. 2. nu. 403.* dixit *Fab. de Ann. in sing. 569.*
- 92 Imò, & etiam valebit refutatio facta in causa matrimonij à patre filio sine Domini assensu, vt *DD. citati, & citandi*, nec in ipsa fisci fraus argui potest, quoniam optima, & finalis iuris ratio colli-

- gitur in ipsa refutatione, quæ causa est paternus amor, & ad hoc, vt valeat contrahere insignes nuptias, & ad alliciendo magnates ad facilius cōtrahendum dixit *Ann. in Rubr. de Vassall. decrep. etat. num. 56. & 57.* quod totum colligitur ex his verbis ibi hodie refutationes fieri pro aucupanda matrimonia, imò idem *Ann. in allegat. 97.* dixit refutationem in filium esse actum consuetum, quem sequutus fuit *Franc. de Ponte tit. 18. de re- 96 fut. feudi num. 7. & per consequens, stante, quod videtur actus solitus, & consuetus, omnis fraudis coniectura cessat cap. cum venerabilis, & ibi glos. singulariter dixit ex actu solito etiam quem excusari à peccato in foro conscientie in eo, quod peccatum esset, verū voluit *Andr. in cap. 1. s. sed & res. per quos fiet inuestit. & ex regula tex. in l. omnes, s. Lucius, ff. qua in fraudem credit. qui tex. adeò voluerunt, tunc præsumi fraus fisci in refutatione feudorum, quando refutatio est omnium feudorum refert de Ponte in tit. de refut. feudor. in princip. num. 7.* tamen de- 97 indè refert, quod *Andr.* dixit, quod causa sit potius inspicienda, quam contractus, titulus, & modus nasciscendi, ideoque in specie refert causam matrimonij, si pro ea causa refutatio facta fuerit iuxta solitam, & communem cōtracta- 98 tionem, maximè si ob insignes nuptias, tunc quia vna præsumptio excludit alteram ad *tex. in l. diuus, ff. de restit. in integr.* cessabit in ipsa causa fraudis suspicio pro valida ab omnibus Iuribus admissa fuerit refutatio, prout ita iudicatum refert in *Reg. Camera de Ponte cit. in pluribus causis.**
- 99 Hæc omnia limirantur in fisci fauorem, quando in refutatione causæ supradictæ finales, non veniunt, nec ipsæ considerari possunt, & de euidenti fraude coniectura demonstratur, tunc refutatio corruiat, vt *DD. cit. & fiscus, quā actionem proponere infra videndum, secundum autem terminos Iuris Ciuilibus.*
- 100 Aduersus autem donationes factas in fisci fraudem competere videtur ipsi fisco reuocatoriam actionem, sic dixit *Iure Consult. in l. 1. ff. qua in fraud. credit. ita Bart. in l. post contractum num. 12.*
- 101 quæ quidem actio non proponenda videtur cū summario iudicio, sed cum ordinario audito donatario, per *text. in l. si quis in fraudem instit. de action. l. 1. s. 1. ff. si ventr. nomine nullo, & ibidem in l. post contractum 25 ff. de donat. & ibi Bart. n. 19.*
- 102 Imò, & tali iudicio reuocatorio pend-

dente non poterit fiscus incipere à se-
questro in bonis refutatis per apertā di-
spositionem *tex. in l. defensionis facultas*,
C. de iur. fisci lib. 10. ad quam dispositio-
nem, affertur ratio doctrinæ Olibani in
tit. de actio. par. 2. lib. 1. som. 2. num. 32. cap.
18. num. 10. & seq. quia per actionem re-
103 uocatoriā rescinditur contractus pro-
bata fraudis cognitione, qui contractus,
rescissione pendente, semper adhuc vi-
104 get, prout dixit *Iure Consul. in dicta l.*
post contractum, in illis verbis, (donatio-
nem valere, nisi condemnatio irritatio-
nis sequuta fuerit) cum adhuc videatur
refutatio valida, nisi sequatur irritatio,
& refutatarius iusto titulo possidere vi-
detur bona refutata.

105 Verum & licet secundum iuris feu-
daliter terminos, refutatio multum distet
à donatione, cessione, & alienatione,
106 prout dixit *Camer. in cap. imperialem*,
fol. 15. lit. V. quia refutatio est potius ce-
dere loco, & personam suam de medio
tollere, quam alienare, iuxta *text. in cap.*
3. de eo, qui finem sec. agnat. Item, & ideo
Camer. in dicto cap. imper. fol. 15. litt. F. di-
107 xit, quod ideo in refutatione nulla re-
quiratur insinuatio, quia non est dona-
tio, cum illa fiet ex necessitate antiquæ
causæ, *l. sanctimus, & l. si quis argentum, ff.*
de donat. & idem Camer. in fol. 16. litt. Q.
& *fol. 30. litt. B.* dixit in refutatione refu-
108 tans, nihil de suo dat, sed refutatarius
iure suo capit cum refutationem anti-
cipatam successionem vocavit, *Loffred.*
in Paraphr. super cap. & si Vassallus, versie.
Quod sitotius, col. 3. si de feud. defunct. milit.
fuer. controuers. fol. mibi 34. Camer. fol. 25.
col. 2. litt. H. Fabius de Anna cons. 39. nu. 13.
& *seq. lib. prim. dūmodo sit pura, & sim-
plex absque vlla reservatione, ex qua
ius aliquod separatum constituatur in
feudo, Ann. cons. 41. & 46. Reg. de Ponte
cons. 12. post Loffred. cons. 3. per tot. & in
cons. nono, nu. 16. & seq. Bolognet. in cons. 6.
num. 24. & in cons. 7. per totum, Reg. de
Ponte in tract. de potest. Proreg. tit. de re-
fut. feud. per totum, fol. 358. In regl. decis. 43.
Ostau. Bambac. in cap. beneficii. à Vassal-
lo quaest. 1. per totum, sub tit. si de feud. de-
funct. fol. 234. qui omnes opiniones circa
hunc articulum refert, & latissimè ex-
plicat *Reg. Rovit. in pragm. 4. de feud. nu. 8.*
109 cū plurib. seq. quapropter assensus ho-
minis non requiritur, quia habere vi-
detur assensum, & dispositionem legis
de transferenda successione in imme-
diatè succedentem, *cap. 1. §. si libellum de
alienat. feud. pater. & cap. 1. §. sed, & si res,
per quos fiet inuest. & per Andr. qui in**

Constit. Constitus. Diua memoria.

110 Multo magis cum vtile dominium
feudorum in Vassallis instituat ad fi-
111 nem seruiendi, quæ seruiendi obliga-
tio, non videtur præcisa, sed eausatiua,
siue conditionalis conditione potesta-
tiua ex voluntate vassalli pēdens, si feu-
dum retinere voluerit, quæ verba dixit
*Bald. in cap. 1. de vassallo, qui contra consti-
tution. Lothar. num. 6.* Ex quo sequitur,
quod illud vtile dominium feudi pen-
112 deat pro libito ab eius voluntate si vo-
luerit seruire, vel nē, poterit vassallus
feudum refutare inuito Domino in im-
mediatè successurum, sic expressè dixit
tex. in cap. 1. de vassall. qui constit. Lothar.
per hæc verba, quia Vassallus etiam si-
ne Domini voluntate rectè feudum re-
futare potest, & post refutationem fa-
ctam non amplius ad seruitium tene-
tur; notat *Rosental. de feud. lib. 1. cap. 9. con-
clus. 50. à num. 7. cum seq.*

113 Quantum autem spectare videtur
ad refutationem ipsam, omne pactum
cum immediatè successuro, valet, sine
Domini assensu, cum tale pactum refu-
tationem importare, dixit *tex. in cap. 1.*
de eo, qui finem sec. agnat. Paul. de Castr.
cons. 342. num. 8. volum. 1. Vincent. de Ann.
in allegat. 97. num. 6. Aff. in cap. Imperia-
tem, num. 551. de prohib. feudi alien. per Fe-
der. Franck. in decis. 71. num. 17. & talis re-
futatio, aut fit in manibus fratris, & tūc
omninò videtur facta ad liberandum
fratrem; quo casu, sine assensu valet, ita
etiam quando constituitur sorori para-
gium, prout *T. bom. Minad. in constit. in
aliquib. notat. 8. num. 10.* Intelligendū de
illis pactis, per quæ ad refutationem,
deuenitur, & hoc modo loquuti sunt
DD. valere sine assensu tamen si pacta
correspondentia sunt ipsa refutatio sine
assensu nulla redditur, ut dixit *Camerar.*
in cap. imperialem, fol. 25. litt. S. & fol. 31.
litt. G. Isernia cap. 1. de eo, qui fin. sec. agnat.
Bald. cons. 3. num. 2. Loffred. cons. 9. num. 16.
Anna cons. 39. nu. 31. Anna allegat. 10. nu. 9.
Anna Iun. cons. 46. num. 9. Menoch. consil.
114 *330. num. 3. Castill. de usufruct. cap. 29.*
num. 16.

114 Nam quæritur, an lata sententia cō-
tra feudatarium possit exequutioni de-
mandari in fructibus feudi; cui quæsitio
licet in principio satis obscure loqua-
tur *Camer. in fol. 18. litt. V.* equè deindè,
se distinguit, quod aut si contra feuda-
tarium, qui se obligauit, & est condem-
natus actione personali, & stante nulli-
tate respectu obligationis feudi, sine as-
sensu, potest fieri exequutio in fructi-
bus

bus feudi latè *Henr. à Rosental. de feud. cap. 9. membr. 1. num. 19.*

115 Quo casu nō est dubium, quod feudum siue sit ex pacto, & prouidentia, siue hæreditarium in fructibus ipsius feudi, sententia contra ipsum demandatur, secundum *glos. Paul. de Castr. in l. pro hærede, §. si quid tamen, ff. de acquir. hæred. num. 4.* cui subscripsit *Angel. & Imol. ac cæteri in l. si finita, §. si de uectigalib. ff. de damno infecto, Alex. & Ias. in l. commodis, ff. de re iudic. Frecc. de subfeud. lib. 3. 29. differ. inter feud. titul. & alia post Ardi. in sum. cap. 17. Andr. in §. quod ergo num. 26. per totum, de inuest. de re alien. Reg. Rouit. conf. 77. lib. 2. dummodò deducatur portio necessaria feudatario pro præstando seruitio directo Domino, & pro sustentatione vitæ ipsius feudatarij, *Camer. in l. imperialem cart. 20. litt. G. cent. 21. litt. L. Affl. in Const. Si quis post litem nu. 9.**

116 Dixit saltem in fructibus, non verò ad proprietatem ne Dominus cogat habere vassallum quem non vult, vt *Paul. in dista l. pro hærede num. 4. Hartm. Pist. qq. iur. lib. 1. q. 15. num. 1. Reg. de Ponte conf. 34. num. 8. & 9. lib. 1. Loffred. conf. 46. nu. 17. & seq. Thom. de Marin. tit. 6. num. 37. Affl. in Const. si quis post litem, num. 9. decis. 26. & decis. 240. sub num. 10. Camerar. in l. imperialem ear. 18. col. 4. lit. V. & cart. 51. litt. K. & in cap. 1. q. 10. nu. 91. an agnat. Frecc. de subfeud. lib. 3. diff. 5. in tit. feud. ex pat. & feud. hæred.*

Quando verò filius succedit in feudo eo casu distinguendum erit, aut sit hæreditarium, aut ex pacto, & prouidentia; si est hæreditarium, & debitum est defuncti, & tunc fit exequutio super fructibus feudi hæreditarij, vt notant Moderni, & planè in *constit. Feder. si quis post litem, & Rota in decis. 16. 111. 240. & 265.*

117 Et talis exequutio cōceditur in subsidium tantum, quando alia allodialia non existunt, vt per *Cumulatos à Ias. in l. commodis, ff. de re iudic. & per Modernos in l. si finita, §. si de uectigal. Paul. de Castr. in l. pro hærede, §. si tamē, ff. de acquir. Curt. in tract. feud. 4. par. quæst. 12. Alex. conf. 19. in 5. lib. Ioseph Cumia in cap. si aliquem de success. feud. antig. fol. 377. num. 369. Frecc. de subfeud. lib. 3. vers. 5. num. 1. fol. mibi 44. Camer. in fol. 19. litt. E.*

118 Et hoc idem esset, si creditor legatarius fuisset; nam in hoc casu incurreret maxima dubitatio, quid si feudatarius testamentum condens, hæredem grauens in feudo ad certam pecuniæ quantitatem alicui persolendam, posse absque Regis assensu disponere, & ordina-

re, vt legata quantitas ab hærede grauito soluatur, & an possit legatarius feudi possessionē propria authoritate ingredi, & fructus percipere, & iurisdictionem exercere.

119 Quo statim multa in hoc dubio querenda sunt; primum, an in tali legato constituatur aliquod ius in feudo; Et 120: nim pro veritate est inuestigandum, quod quoties feudatarius hæredem grauet, vt de fructibus feudi singulis annis certā pecuniæ quantitatem præstaret, nullū ius sup feudo cōstituere videtur, 121 ea rōne; quia nō dicitur disponere de re feudali, sed disponere videtur de fructibus ab hærede percipiendis, & à solo separādis, de quibus, vt de re hæredis disponit feudatarius hæredem hoc modo grauando, sicq; feudum verè nō tangitur, nec vilum ius super eum constituitur, ita *Bald. in cap. 1. nu. 8. de success. feud. Alex. conf. 18. lib. 5. Caryc. in inuest. feud. in verbo feudorum fructus, vers. futuri fructus, fol. 205. Camer. in cap. imperialem fol. 18. litt. V. & fol. 20. litt. F. Frecc. de subfeud. in limit. 21. ad Constitut. Constit. Diua memor. Reg. de Ponte in lect. feud. al. lect. 14. nu. 33. vbi sic eo referente per Regiam Cameram decilum; refert *Reg. Rouit. in pragm. 4. & alij ad id expedentes, text. singularem in l. fundi Trebetiani 38. ff. de usufruct. legat. & ad considerationem, huius opinionis, nempè, vt successor in feudo, tanquam eius hæres obligetur personaliter ad præstandum legatario fructus illos, ex corpore feudi separandos, siue vt burgenaticos, siue vt hæreditarios, siue vt proprios.**

Verum contraria opinio, omninò ponderanda est, nam quousque quantitas legata soluitur, valeat legatarius feudi possessionem ingredi, & fructus illius propria authoritate percipere, ac iurisdictionem exercere.

Quædere secundum hanc cōtrariam opinionem illa dispositio facta à Testatore aliud non importat, nisi ius formatum in feudo constituere, ac si feudi usufructus legatus esset euidenter probat *tex. in l. cum ita 41. ff. de usufruct. legat.*

In qua opinione benè animaduertit *Reg. de Ponte loc. cit. in secundo verò casu, quia ex legato verbis directis, factò trāsfertur ius in tertium percipiendi fructus, propria authoritate, dicitur verè constitutum ius in corpore feudi, quod sine Regio assensu permittitur, vt communiter tradiderunt *glos. & DD. in cap. 1. de capitib. Corrad. & in Constitut. Diua memor. & in puncto firmavit *Reg. Rouit.***

in

in tit. prag. num. 46. de feudis, ibi admittēs, vt feudatarius possit absque assensu successorē grauari ad præstandum alicui fructus feudi, negat omnino, vbi tractaretur de transferendo in tertium ius illos percipiendi propriæ autoritate, quod idem sentit Regius Consil. de Anna cons. 46. nu. 29. idem latè confirmat Montanus in comment. ad l. Imperialem in principio à num. 4. ad 8. vbi num. 6. probare voluerit, quod constituere sit ius in corpore feudi, dum directo sit legatum fructuum feudi, dixit, quod perceptio fructuum ex feudo vel arguit dominium ad tex. in l. Nerennius, & in l. fructus ff. de usur. & in l. fructus ff. solut. matrim. & per Couar. pract. quest. cap. 37. num. 5. in fine, vel arguit vsufructum; si vsque ad certum tempus §. finita institut. de vsufruct. quomodocumque sit, semper ius formatum in illo constitui videtur; nam quod dominus habeat ius in re, petat, quod habeat vsuarius est text. in l. fundi vsu in fin. & in l. fin. ff. de vsa & habit. quod habeat vsufructuarius, est text. in §. 1. institut. de vsufruct.

Vnum pro huius dispositionis inualiditate considerandum est, quod attento illius tenore, & realitate personæ, quibus certè nummorum quantitates fuerunt legatæ feudum pignori trahitur, nam si vult testator, vt legatarius feudi habeat, siuè retineat donec legata quantitas illi soluatur, hoc aliud non importat nisi pro summa legata feudum pignori tradere, etenim negari non potest

122 quin legatarius per legatum constituitur creditor quantitatē legatæ ad tex. in §. nostra autem institut. de legat. vbi glos. & DD. omnes, vnde si de num. iubet testator, vt post mortem suam habeat legatarius feudum, donec hæres pecuniam legatam soluerit, mandat vt pro pecunia legata feudum pignoretur, quod si sine assensu est omni iure improbatum, vt communiter dixerūt feudistæ in cap. imperialem, Aluarot. in cap. 1. §. aut si libellario num. 2. in tit. quibus modis feud. amitt. Afflict. in Constit. Constit. Diua mem. n. 8. & ceteri omnes.

123 Et ex hoc oriri videtur aliud absurdum, nam cum certum sit quod legatum vires incipiat habere à die mortis legantis, & sic testatoris prout est etiam in testamento, vt notatur in l. qui hereditatem, & l. neminem ff. de acquir. hered. sequitur Iulius Clar. in §. testamentum in ad-

124 dit. ad primam questionem, & eo tempore vile dominium, quod erat pænes feudatarium defunctum ad legitimum eius

successorem translatum fuit, sine factō successoris, & hæredis, quo iure possit legatarius feudi possessionem ingredi; & illud loco pignoris possidere, donec legata quantitas ei soluatur.

125 Quibus bene ponderatis sic stantibus non obstant ea, quæ dixit Reg. Capyc. Galeot. Dux Regina controuer. iur. lib. 1. controu. 36. à num. 31. dum allegando Andr. in cap. Imperialem §. illud post num. 69. vers. non possunt & post num. 70. vers. nam licet feudum num. 71. dicit tenutam, seu possessionem feudi posse nasci ab herede illius, qui feudum illud possidebat, quamuis non sit in feudo legitimus, ac immediatus successor, loquitur enim in casu, quo, quis habet feudi tenutam, & sic fructuum perceptionem, ex eo quod propria pecunia fuerat illud feudum ab alio emptum, cum solita recognitione instituit sibi hæredem coniunctum, qui in bonis feudalibus, non erat immediatè successor, quamuis in gradu successibili, vnde contradicente proximior dicebat hæres scriptus, quod non tractabatur de succedendo in feudo, sed tantum in illa detentione, quæ erat pænes defunctum id quod ad casum de quo loquimur, quia supponitur vocatum esse legitimum successorem, & illi grauatam ad certam pecuniæ quantitatem præstare, vt donec, & quousq; quantitas legata, non soluatur, quod possit legatarius feudi possessionem ingredi; fructus percipere; & iurisdictionem exercere, vt infra videndum est, ex qua dispositione optimè ius in feudo constitutum videtur, quod omni iure prohibitum videtur.

126 Hæc omnia supra iam dicta, quæ de plano procedant respectu exercitii iurisdictionis, cum enim iurisdictione de regalibus sit, cap. 1. quæ sint regalia, Capyc. in inue. ff. feudat. fol. mibi 223. vers. iurisdictione omnis, & semper feudalis iudicatur Capyc. in inue. ff. in verb. castris vers. est bene verum fol. mibi 201. Frecc. de subfeud. lib. 3. differ. 26. in tit. feud. quatern. & de tab. fol. mibi 424. Pisanell. in pragmat. edita Tbori, que est 4. sub tit. d. poss. non turb. num. 60. Rog. Rouit. cons. 77. lib. 2. num. 7. & pro iu-

127 re publico consideratur, etiam in posse Baronis, nam officiales à Baronibus

128 ad iusticiam ministradam electi adhuc Regii appellantur, quia cum ipsi Barones, qui eos constituunt, merum, & mixtum imperium à Rege habeant etiam eorum officiales dicuntur à Rege iurisdictionem habere, vt per Carau. in Ritu M.C.V. ritu 49. num. 7. & ex hoc sequitur

- potestatem hanc realem magistratus constituendi ab alio, quam ab eo, cui à Rege communicata est, haberi non potest, & sine eiusdem Regis consensu, ne quicquam exerceri, ita *Camill. de Medic. conf. 147. à nu. 3. ad 13. Affl. in constit. Regni scire volumus in 4. Notab. vbi dixit omnia regalia priuatis personis concessis, siue magna, siue parua, siue in allodium, siue in feudum per quemcumque contractum non posse in alium, sine Regis licentia transferri, sequitur Montan. in tract. de Regal. in verbo potestas constituendorum magistratum num. 3. hinc Reg. Ro. uit. tam in pragm. 3. num. 16. & sequenti de ordine iudic. quam in conf. 77. à num. 5. lib.*
- 129 2. satis apertè demonstrat ad instantiã creditoris, cum assensu posse sequestrari
- 130 fructus feudi, sed nullo pacto ipsam iurisdictionem meminit *Montan. loco cit. vbi addit iurisdictionem stare in castro ex se, non tanquam fructus castri, imo illam iurisdictionem esse maius Castri, & castrum stare, vti accessorium ad iurisdictionem, non è contra: sed hoc sanè*
- 131 intelligas cum hodie practicatur quod pro sequestranda iurisdictione porrigitur memoriale in Collateralij Consilio, pro obtinenda licentia, prædicti sequestri iurisdictionis, & remittitur illo Tribunali vbi vertitur lis, quod super petito sequestro iurisdictionis provideat, & facto decreto sequestri prædicti rescribitur S. E. ad finem vt destinetur persona, siue Commissario pro effectu prædicto.
- 132 Vltimo confirmatur opinio quæ tuetur sententia, autoritate rerum iudicatarum, nam feudatarius decedens instituendo in feudo personam, quæ secundum ius commune feudorum à Regno succedere prohibetur, nullo pacto possit disponere, quod vbi hæredis institutio locum non haberet teneatur legitimus successor personæ institutæ tantam soluere pecuniæ quantitatem, & donec, & quousque quantitas illa legata, nõ fuerit soluta, possit legatarius feudi possessionem propria autoritate ingredi, illudque retinere, ac fructus precei
- 133 pere, fuit solemniter per S. Reg. Conf. Neap. iunctis Dominis Consiliariis duarum aularum decisum in causa successionis bonorum feudaliũ Nicolai Ant. Visconte, qui duos habebat filios testamento suo, secundogenitum etiam in bonis feudalibus hæredem instituit, cum hoc, quod institutio respectu bonorum feudaliũ iuris haberet resistentiam, sicque succederet primogenitus; tene-
- retur illi secundogenito soluere duos triginta mille; quorum solutione pendente potuisset hic secundogenitus feudum retinere, nam cum de viribus huius dispositionis dubitatum esset; quamuis per Regiam Prouincialem Audientiam fuisse secundogenitum immisum in possessionem, seruata forma paternæ dispositionis, habito tamen recurso ad Sac. Consil. causaque commissæ olim Regio Consiliario Ioanni Baptista Meliori, viro doctissimo, & integerrimo, fuit datus terminus in causa, & interim immisus primogenitus in possessionem feudi nulla habita ratione de præfata dispositione, vt in actis deductum, idque sub die 18. Mensis Nouembris 1616. penes Carbonum Aëtorum Magister.
- 134 Secundo fuit hoc idem iudicatum iunctis dominis Consiliariis duarum aularum in causa successionis Principis Mõtis Cauesii, super qua scripsit Reg.
- 135 Conf. Marcell, Marcian. vir eruditiss. ac eloquentiss. virtute præditus, & primus inter Aduocatos Primarios in relato consil. 26. cum Principissa vxore, hærede, & legataria illius terræ, possessionem propria autoritate ingressa, fuit, idque vigore potestatis sibi à viro tributa, donec legatum ducatorum 84. mille à legitimo hærede grauato, ei solueretur, ac etiam vigore priuilegij, quod obtinuerat Princeps disponendi de dicta terra Montis Cauesii, tam inter viuos, quam in morte in personam extraneã, tam ab ipso, quam à Domino Rege nostro approbandam, & quia adhuc, non constabat de approbatione præfate dispositionis, quæ à Rege erat omnino facienda seruata forma priuilegij; in actis producti, fuit datus terminus in causa; & sequestratum feudum, vsque ad declarationem faciendam per Captoolicam, Maestatem, seruata forma dicti priuilegij, nulla habita ratione de possessione capta per Principissam, vigore potestatis à Principe viro, dicto testamento Tributa, idque sub die 15. Decembris 1612.
- 136 referente Domino Rege Ferdinando Brancia feudista doctissimo tunc Regio Consiliario dignissimo, & meritißimo Collateralis Consil. Rege.
- 137 In tali autem executione facienda deducuntur victus feudales, & onera feudi secundum Angel in Leorum, ff. de damno infecto, Salic. in Auth. ei qui, C. de bonis Author. Iud. poss.
- 138 Verum subdit *Cammar. in fol. 20. litt. G.* quod non solum relinquendum sit feudum

139 dario, ut possit viuere, vetera pactam. militare, quo stante quaritur, quis tenetur seruire Domino, ille in cuius transfertur commoditas, an vero Vassallus, contra quem est facta executio in fructibus ipsius feudi.

140 Quia in te placuit Angel. respondere, in *l. i. de damno infecto*, & ad instantiam, cuius facta est executio teneatur seruire, quia licet de iuris rigore possit inuocare, ut primus vassallus teneatur, tamen sequendo equitatem, que equitas rigori iuris preferenda est, videtur non solum ex iuris rigore, nec etiam ex equitate, sed ex natura ipsa procedit, ut qui sequuntur commoda, sequantur, & incommoda, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* & pro ista equitate Angel. & Alex. in *l. si finita, §. si de vestigialibus eodem tenent* assert illud, quod legitur in *l. prior, §. hoc ad idem cod. tit.* vbi vult Iureconsultus, ut nemo oneretur ultra rem, quam non habet, postquam illam dereliquit.

141 Quod autem pari passu procedit in Clerico renunciante beneficio, in quo constituta erat aliqua pensio, ut deinde nullo modo teneatur propter talem renunciationem factam, & circa casum renuncians, late dixit supra, sicque non est equum, ut alter seruiat, & commoditates sint penes tertium, cum hæc quidem equitate pertransire videatur, *S. licet in Auth. & qui iurat, C. de honis d. ant. indic. possit.*

142 Pro contraria parte assertur doctrina Bart. in *d. l. si finita, §. si de vestigialibus, ff. de regul. iur.* & ibi Ioan. de Imola, ac Ludouic. Rom. in *dicta d. eorum, ff. de damno infecto*, moti, quia esset seruire per substitutum contra *tot. in l. si quis, C. de murileg. & ginegiariis lib. 17.* ut diximus in *cap. 4. an. mutus, & Surd. de feud. alienat.* hanc opinionem, e quoque *Speculat. & Ioan. Andr. in tit. de primo, & secundo decreto, §. restat in vers. videndum*, moti, quia est speciale in *cap. 1. extra de feudis*, & quando fructus capiuntur a Domino, tunc non tenetur seruire.

143 Verum distinguendum est, aut est datum ad seruitium determinatum, aut ad seruitium indeterminatum, si enim seruitium est determinatum ipse vassallus teneatur seruire, ut Alex. in *dicta l. si finita*, quia non potest per indirectum relinquendo feudum, seruitium non præstare, sequitur *Camer. in lit. L. fol. 20.*

144 Nam si seruitium est indeterminatum, iuxta terminos *cap. 1. §. fin. quib. caus. feud. amitt.* in hoc autem casu tali pacto per

145 alium possit seruire, quia posset feudum relinquere, iuxta notata per *glos. in l. prior. in verbo capere, ff. de damno infecto*, quæ singularem habet *Bal. in l. 2. col. 3. ff. si ex non. caus. feud. agat*. Verum si nullum seruitium expressum esset in feudo, adhuc teneri ad seruitia comprehensa in fidelitate, ut in *c. 1. §. fin. quib. caus. feud. amitt. iuncto. cap. 1. de noua forma fidel. ut supra 142 in prima lect.* & quia in fidelitate præstat iuramentum, ut *cap. 1. quid præstat d. debet inuest. an iurament.* & iuramentum non excedit personas, ut in *cap. veritatis. extra de iur. iur.* & late supra de *143 iuramento*, remanet videndum, an fructus fideicommissi habeant eandem naturam, ac ipsius fideicommissi.

146 In qua de re fructus fideicommissi, non habere eodem privilegia, ac fideicommissum, nec eandem naturam faciunt, cum enim in fideicommissi institutione, non veniant *Ruin. cons. 97. num. 13. lib. 5.* etiam iudicio testatoris, vel negligentia non petentis, *l. mulier, §. fidei. ff. ad Trebell.* & ratio diuersa curare 146 videtur in petitione hæreditatis, ac fideicommissi, nam in petitione hæreditatis veniunt vsuræ pecunie hæreditatis perceptæ per bonæ fidei possesorem, *l. Fabianus de petit. hered.* Verum in restitutione fideicommissi, non veniunt, nec fructus, nec vsuræ, *l. postulante, §. sed homini, vers. Sed cum hæreditarios, ff. ad Trebell.*

147 Constat igitur ex prædictis manifeste, quod omne lucrum extrinsecum, proueniens post mortem testatoris, ex industria hæredis grauari ex rebus hæreditariis, & propter ipsas res cedunt fructus ad commodum hæredis grauari, & non legatarii, vel fideicommissarii, hæc omnia sequitur *Peregrin. de fideicom. 148 art. 10. num. 3.* & late *art. 24.* Vorum tales fructus distinctionem patiuntur, nam

148 si fructus fuerunt percepti a testatore, & in arca, vel horreo reperiuntur tempore eius mortis, & hi fructus omnino veniunt in fideicommissi restitutione, *glos. in l. quod bis verbis, ff. de legat. 3. Bart. in l. centurio in ult. opposit. & ibi Angel. n. 2. Imol. num. 6. Aret. col. 1. Ias. num. 16. Zifus num. 15. vers. Quinta utilitas, ff. de vulg. & pupill. substit. Alex. in l. in fideicommissarii num. 9. vbi Ripa, num. 11. & 36. ff. ad Trebell. Alex. respons. 361. secundum vnam impressionem, & secundum aliam cons. 155. num. 3. lib. 9. vbi ita omnes teneri dicit *Craweto. consil. 293. in fine, Gabr. vass. 121. num. 58. lib. 1. Bertazz. cons. 87. Marzar. in epit. de fideicom. quest. 5. par. 2. Mentis. de consil.**

coniect. ult. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 1. vbi de communi opinione testatur, *Monoch. de arbitr. iudic. casu 256. num. 3. & lib. 4. presumpt. 197. num. 2. Cras. in S. fideicommiss. quest. 49. vbi communem esse opinionem dixit, & communitor DD. apud ipsos videbitur; quia isti fructus augere videntur hereditatem, l. in falsid. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 19. & 66. Petrus de interpretat. ult. volunt. fol. 347. num. Alex. Rand. decis. Pisana 22. num. 71.*

Si vero fructus, adhuc non sunt percepti, & hi sunt restituendi, *gl. in l. fideicommissum in verbo non lucrum, ff. de usufr. Guglielm. de benedict. in cap. Raynupt. in verbo si absque liberis, num. 21. par. 2. extra de testamentis, Angel. cons. 33. col. 1. Paris. cons. 59. num. 35. & 38. lib. 3. Strab. cons. 121. num. 8. lib. 1. Cras. S. fideicommiss. quest. 49. num. 3. Monoch. de arbitr. iudic. casu 256. num. 4. Peregr. de fideicom. art. 49. par. 2. num. 16. & communem, & receptam habet *Inrigl. de substitut. centur. 3. quest. 74. num. 14. licet contrarium probet Imok in dicta l. Centuria, & videtur sentio Ripa in d. l. in fideicommissariam, num. 13. Imo, & iura predicta etiam intelligenda sunt siue fructus sint maturi, siue non secundum communem opinionem, teste *Peregr. dicto art. 49. num. 17. Imo etiam illi fructus sunt restituendi siue conde, siue sponte heres adeat hereditatem, qui sunt pendentes, & percipiuntur hereditate iacente, *gl. in l. in fideicommissariam, & ibi Angel. ff. ad Trebell. Iacob. de Arena in l. si quis honorum, & ibi Bald. ff. de legat. vide in Bald. in l. 1. num. 12. de usufr. & fructib. legat. Salic. in l. iubemus num. 3. vers. aut quaritur, C. ad Trebell. Angel. cons. 33. col. 1. vers. quarto fallis, Mantit. de coniect. ultim. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 5. Alex. Rand. decis. Pisana 22. num. 72. vbi de communi opinione testatur****

149 In hoc autem casu non attenduntur, ea, quae obseruantur in casu soluti matrimonij; nam soluto matrimonio, & fructus iam sunt maturati, adhuc spectant ad maritum. pro rata temporis, quae onera matrimonij sustinuit, ut dicit *Zepat. in tit. solut. matrim. vers. fructus fol. mihi 106.*

150 Quo stante affurgit dubium si fructus maturati ante mortem usufructuarii, & sic sua vita durante ad quem pertineant, vel ad haeredes usufructuarii, vel ad creditores, vel poterit disponere de illis.

In quocumque casu, in l. usufructuarius, ff. quibus modis usufructus amittit, & in l. in regulis, ff. de vniuers. legat. decidunt predicti

etiam questionem, vbi mortuus usufructuario, & re ipsa ad proprietarium reuerfa, fructus non solum in vita durante, usufructuarii maturi, imo maturi tempore mortis, & proximi collectioni integre ad rei Dominum directum spectant. *Conan. late explicat in lib. de vniuers. resolut. cap. 15. num. 2. Peregr. de fideicommiss. art. 49. num. 9. 1.*

151 Adeo hoc verum, quod si feudum, alio modo, quam morte contrahitur fructus pendentes ad eum pertineant, ad quae feudum deuoluitur *Bald. in cap. 1. anagnatus vel filius, Tirac. lib. 3. de re. 132. tract. 65. gl. 4. num. 3. cum fructus pendentes pars fundi dicantur, l. fructus pendens, ff. de rei vendic. & l. in ff. que in fraud. 153. cre. die. Corn. cons. 158. lib. 3. & sic sunt proprietarii, quia quemadmodum proprietarias transit ad proprietarium, ita & pars proprietatis, *Bart. Angel. & alii in l. qui usufructum col. 1. ff. de verb. oblig.**

154 Imo etiam, si isti fructus immaturi sepabati essent a solo non per hoc efficiuntur usufructuarii, sed proprietarii, *Bald. in l. si pater, vers. sed ponamus, C. de usufruct. Franoh. decis. num. 2. quia in fraudem fit, & tenetur ad interesse Dominio directo, Bald. in l. si pater, col. 1. vers. sic, 155. Sed hic ponamus, C. de usufruct. & per hoc etiam proprietariis conceditur, quod possint contra tertium possessorem agere actione rei vindicationis directe, & recuperat rem, ac etiam a tertio possessore, & hac actione rei vindicationis, vocat fructus, quos ipsemet tertius possessor percipit, nec poterit opponere predictus possessor de iure tertii, *Bart. in cap. 1. S. praeerea de prohib. feudi alien. per Feder. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de fructib. & interesse, S. 1. in fine, & Bald. in l. cum quidam, vers. modo quero, C. de fruct. 157. & lit. expens. est tex. in l. usufructuarius messem, qui adeo difficilis, & elegans est tex. & ibi addentes ad *Bart. in dicta l. ff. quib. mod. usufruct. amittit. qui tex. differentiam fructuum ponit, & fructus maturi, & immaturi, nam si fructus maturi cadunt in terram non facto hominis, sed casu, tunc non fiunt usufructuarii, sed proprietarii, seu haeredis ipsius, ut *Angel. in S. is vero ad quem instit. de rer. diuis. & non est recipiendus intellectus Paul. ad hunc tex. in l. si fur deceperit, ff. de usufruct. nam tex. ille loquitur, quando fructus ceciderint facto hominis.****

158 Igitur conclusum remanet, quod seper fructus sunt restituendi; remanet videndum, a quo die debeantur, & restituendi sunt; Certum omnino videtur,

aut quod predicti fructus restituendi sunt à die mortis usufructuarij, ut est lex. in huiusmodi hereditatibus. n. c. de acquir. hered. Et hec satis de ista materia fructuum cum hic eorum locus non sit.

S V M M A R I V M.

1. Alienatio fructus prohibita erat de iure communi, & in panam amittabant fructum.
2. Alienatio fructus cum assensu valet.
3. D. Ferricandus Arias de Mesa Reg. Consil. laudatur.
4. Assensus Regius qui ratione sua introducitur.
5. Causa finalis introducti assensum que fuit.
6. Assensus dicitur confirmatio actus, siue contractus, & dicitur consensus permissivus non autem dispositivus.
7. Consensus Domini est confirmatio actus.
8. Consensus & confirmans videtur donare.
9. Assensus dicitur gratia, atque Principis munificentia.
10. Contractus duo stipulati eodem die, quando dicuntur correspondere.
11. Pluribus individua contrahentium, quomodo dignoscitur.
12. Assensus concessus super uno, non extenditur ad alterum.
13. Assensus dicitur actus suppletorius, qui supplet validitatem actus, & sumit vires à decretatione.
14. Assensus an videtur necessarius in reformatione litis mota super fundo.
15. Assensus an requiratur in renuntiatione iuris, quod quis habet in fundo.
16. Renuntiatio dicitur fidei alienatio.
17. Alienatio fundi est prohibita, ita & renuntiatio.
18. Renuntiatio fundi obfirmatio.
19. Assensus requiritur in renuntiatione.
20. Assensus in beneficiis cadentibus an transferatur in cessionarium, siue nomen assensus super cessione.
21. Contractus super re feudali pro nullo habetur deficiente assensu Regio.
22. Assensus Domini, an requiratur in resolutione.
23. Assensus Domini, an requiratur in cessione, que tenderet ad liberandum fundum.
24. Feudatarius non potest retinere redem unius gallina.
25. Assensus Regius an requiratur in augmento fructus.
26. Pactum pro accrescendo fundo valet, absque assensu.
27. Proprietarius invito usufructuario potest proprietatem augere.

28. Feudatarius an possit, sine assensu Domini remittere augmentum fructus.
29. Feudatarius potest, sine Domini assensu fundum meliorare, non autem deteriorare.
30. Assensus an requiratur in remissione mationum.
31. Augmentum, siue melioratio feudi dicitur pars feudi.
32. Retentio datur pro augmento, & meliorationibus feudi.
33. Prudam potest dari in pignus mulieri, pro dote in retentione.
34. Augmentum siue melioratio est pars augmentum.
35. Retentio datur pro augmento, siue meliorationibus factis in re feudali, ad hoc non liquida.
36. Retentio datur pro augmento siue meliorationibus factis in re feudali, etiam si non constaret à quo fuerit factum, sufficit tantum adesse augmentum.
37. Exceptio augmenti facti, & meliorationis opponi potest in executionem sententiae.
38. Exceptio augmenti, & meliorationis non impugnat sententiam, sed modificat sententiam, & illius executionem.
39. Retentio datur pro augmento, & meliorationibus factis, sed non facit transferre Dominium in possessorem, sed solum tenuitatem.
40. Augmentum rei non facit transferre dominium, sed solum certam tenuitatem.
41. Appretium est necessarium pro liquidandis meliorationibus.
42. Retentio datur mulieri super bonis viri pro suo credito dotali, etiam super re feudali.
43. Mulier potest retinere feudum in pignus pro suis dotibus.
44. Retentio concessa mulieri super bonis viri, an possit praebari super bonis fideicommissi subiectis.
45. Privilegium concessum constitutioni dotis an censeatur concessum restitutioni dotis, & eius antepato, siue augmento dotis.
46. Retentio concessa mulieri pro eius dotibus, non solum procedit contra heredes viri, sed etiam contra singularem mariti successorem, etiam contra fideicommissum pro rata sui crediti.
47. Retentio est favorabilior, & facilius admittitur retentio quam petitio.
48. Retentio facilius datur, quam compensatio.
49. Retentio datur mulieri, & transmittitur ad suos heredes, ante factam liquidationem sui crediti.
50. Retentio competit mulieri in bonis viri, dummodo possessus sit maritus.
51. Clausula constituti, & praecati quid operetur posita in contractibus.


- 52 Clausula constituti, & precarii operatur veram translationem possessionis ipso iure absque apprehensione.
- 53 Dicitio ex nunc pro tunc posita in contractu quid operetur.
- 54 Tempus futurum quando in presentem referatur, & alius possit ex quocumque tempore initium sumere.
- 55 Dicitio ex nunc designat temporis incubationem, & futurum denotat effectum.
- 56 Dicitio ex tunc inducit extremitatem temporis, & ultimum temporis impletum.
- 57 Clausula constituti, & precarii, passiva in heredem transit, nec extinguitur per mortem constituentis.
- 58 Resentio multipliciter concedi potest.
- 59 Resentio nunquam conceditur in castris, ubi sunt homines, & exercitatur iurisdictio propter impensas.
- 60 Res concessa in emphyteusim devoluta ad directum dominum, non ex culpa emphyteuta, sed propter tempus, vel generationem completam intelligitur devoluta soluta meliorationibus, & augmentis, non solum manu factis, sed etiam temporis, & hoc in emphyteusi Ecclesia, quam privati.
- 61 Maritus, construendo novam villam, facto divortio per uxorem sunt ei impensa solvenda.
- 62 Meliorationes non solum debentur ipsi emphyteuta si vivis, vel eius filiis, siue masculis, siue feminis, sed etiam heredibus extraneis.
- 63 Meliorationes solvenda sunt per Dominum directum finita emphyteusi per temporis cursum, vel per generationem completam, si Dominus illam pro se retinere vult, si vero alteri vult concedere potest emphyteuta recusare solutionem augmenti, & cogere directum dominum, ut illam in eius personam confirmet.
- 64 Res devoluta ad directum dominum ex culpa emphyteuta an cadat diure suo, & perdit meliorationes.
- 65 Dominus directus post caducitatem recipit canonem censetur remississe caducitatem.
- 66 Eligens unum, alteri renunciare videtur.
- 67 Renunciatio bonorum emphyteuticorum, an possit fieri sine Domini consensu.
- 68 Assensus non censetur praestitus ratione alicuius causa privilegiate, & quid in dote.
- 69 Laudemium quando in contractu dotali debeat.
- 70 Dos data marito aestimata dicitur vera, & emphyteuta, & transfertur in maritum.
- 71 Enictio quando locum habet in contractu dotali.
- 72 Maritus quando habet electionem in restituenda dote.
- 73 Evictio venit de natura contractus.
- 74 Aestimatio facit emptionem, & venditionem.
- 75 Assensus nunquam praesumitur in contractibus: solum in contractu, vel quasi contractu Regis.
- 76 Assensus super uno, non extenditur super alio, & sic dato super sorte non extenditur ad interesse.
- 77 Assensus capituli censetur praestitus in contractu dotis Neapolitanorum super capitulis matrimonialibus ex gratia concessa Neapolitanis.
- 78 Assensus non solum intelligitur praestitus in restitutione dotis, verum etiam & in affectatione dotis.
- 79 Assensus censetur praestitus, non tantum in bonis viri, sed etiam in bonis socri.
- 80 Assensus non praesumatur intervenisse spatio centum annorum.
- 81 Tempus trium mensium requiritur ad impetrandum assensum, servata forma Reg. Pragmatica.
- 82 Assensus impetrari debet secundam subiectam materiam.
- 83 Assensus a quo est impetratus, & petendus.
- 84 Quod a principio non valet, tracta temporis non reconalescit.
- 85 Spes reconvalidationis contractus, ex supervenientia assensus pendet.
- 86 Assensus superveniens an retrotrahatur ad tempus celebrati contractus.
- 87 Assensus nihil aliud facit, quam tollere obstatum voluntatis Principis.
- 88 Concessio ex consensu vigorem accipit.
- 89 Assensus non valet in tertii praesudicium.
- 90 Assensus non extenditur ad alium contractum factum, sed tantum circa ipsum contractum versatur, nec ad alios casus, nec ad alia tempora.
- 91 Interesse voluntatis consideratur in feudis.
- 92 Assensus non se extendit ad futura, nec de persona ad personam maxime quando persona est mortua.
- 93 Alienatio restringitur in illa persona tantum contemplata.
- 94 Assensus est stricti iuris.
- 95 Assensus regulatur a contractu, non autem contractus se debet regulari ab assensu.
- 96 Assensus an requiratur in renunciatione.
- 97 Assensus an requiratur in renunciatione instantia.
- 98 Assensus requiritur in renunciatione iuris, non personae servatae, sed tantum in specie considerati.
- 99 Assensus in renunciatione praestitus, si non fuerit registratus in quinterioribus Reg. Camera Sumaria, an per talem registrationem non factam annullatur assensus.
- 100 Practica registrandi assensus.
- 101 Assensus infra quod tempus est registrandus.

- des in quinternioribus Regia Camera Summaria.*
- 102 *Affensus habens clausulam resolutiuam, quod sit ipso iure nullus, nisi registratur.*
- 103 *Affensus statim resoluitur non facta registratione in quinternioribus Regia Camera Summaria.*
- 104 *Aneilus de Amato Presb. Reg. Cam. Summaria laudatur.*
- 105 *Remedium frustra querit, qui errat in calculo dierum.*
- 106 *Affensus est gratia Principis habetur, ac si ab initio non fuisset impetratus, stante lapso termini in registrando.*
- 107 *Clausula resolutiua, an faciat annullare actum.*
- 108 *Clausula annullatiua, an faciat cessare restitutionem.*
- 109 *Clausula annullatiua siue resolutiua priuilegij, tollit facultatem Iudicibus iudicandi, aut disponendi aduersus eam.*
- 110 *Registratio assensus dicitur solennitas, intrinseca.*
- 111 *Purgatio mora non admittitur, quando per moram actus resoluitur, maxime in termino statuto à lege, vel à Principe.*
- 112 *Dispensatio Regij Collateralis Consilij, an proficiat in registratione assensus non facta.*
- 113 *Registratio assensus, an requiratur pro interesse fisci, vel partis.*
- 114 *Prorex, aut Rex, an possint dispensare nullitati registrationis assensus.*
- 115 *Restitutio in integrum non conceditur ob registrationem non factam.*
- 116 *Restitutio in integrum non dari Re non integra.*
- 117 *Tempus statutum à lege peremptorius videtur.*
- 118 *Dilatio siue sit legalis, siue iudicialis dicitur peremptoria.*
- 119 *Tempus prefixum à statuto si patitur labi non auditur.*
- 120 *Mora post tempus purgare non potest.*
- 121 *Tempus lapsum habet vim renunciationis.*
- 122 *Forma registrandi assensus impleri debet etiam si illam omittendi habeat quis iussissimam causam.*
- 123 *Forma debet impleri in forma specifica, non per equipollens, etiam si idem resultaret effectum.*
- 124 *Actus vitiatu nedū ex defectu forma, sed modo forma.*
- 125 *Forma mutata, mutatur actus.*
- 126 *Modicitas forma vitiat actum ipso iure.*
- 127 *Affensus dicitur resolutus non facta registratione in quinternioribus Reg. Camera Summaria.*
- 128 *Registratio assensus, etiam si per errorem, non fuerit facta, adhuc vitabitur actus.*
- 129 *Renunciatio assensus arguitur, ex non registratione.*
- 130 *Renunciatio tacita inducitur per lapsum temporis.*
- 131 *Pactum de non petendo, an inducatur per lapsum temporis.*
- 132 *Collatio sacrorum ordinum extra tempus prefixum à Canone, nullum effectum operatur.*
- 133 *Permissum ad tempus, censetur post tempus prohibitum.*
- 134 *Tempus dicitur esse de forma, & venit obseruandum ad unguem.*
- 135 *Ratificatio facta post tempus inefficax est, tanquam non sit amplius in eodem statu, neque potest fieri post mortem.*
- 136 *Tempus statutum currit de momento, ad momentum.*
- 137 *Tempus precisè appositum alicui contractui, vel dispositioni, illud tempus limitatum, continet contrariam dispositionem post tempus.*
- 138 *Actus, qui debent fieri in tempore prefixo non valent si fiunt extra illud.*
- 139 *Renunciatio, an inducatur per contrarium actum.*
- 140 *Eligens unum ex contrariis, alterum renunciare censetur.*
- 141 *Via una electa, an alteri renunciare videatur, fallit in exequutiuis.*
- 142 *Lex creditoris arbitrio explicatur.*
- 143 *Variatio, & electio, quando permittitur super bonis obligatis.*
- 144 *Creditores debent habere arbitrium regulatum, non autem effrenatum.*
- 145 *Creditores non possunt habere recursum ad generalitatem, habentes rem specialem obligatam.*
- 146 *Obligatio generalis habet tacitam conditionem, si bona specialiter obligata deficiant.*
- 147 *Via una electa non potest variare maxime lite contestata.*
- 148 *Clausula posita in contractu per Notarios una via electa altera non tollatur, quid operetur.*
- 149 *Creditores si possunt se satisfacere super fructibus non possunt corpus vendere.*
- 150 *Sententia lata super una re, non potest creditor variare, nisi excussa illa re super qua obtinuit.*
- 151 *Mala fides, quando dignoscitur.*
- 152 *Arbitrium eligendi, vel variandi, debet esse effrenatum, & non iniquum.*
- 153 *Iurisdictio creditorum est temperanda.*
- 154 *Obligatio generalis, an cesset existentibus bonis specialiter obligatis.*
- 155 *Creditores, an possint vendere pignus, & variare contra fideiussorem.*
- 156 *Bona magni valoris, an sint vendenda pro paruo pretio.*
- 157 *Creditores perdente lite coram uno Iudice,*

- dice, an possint variare, coram alio Iudice.
- 158 Creditores conuento principali, an possint conuenire fideiussorem.
- 159 Lis, quando dicatur pendere.
- 160 Lis dicitur pendere per sequestram.
- 161 Creditores, an possint relinquere viam ordinariam, & ad viam executiuam transfere.

CAPVT XIV.

Assensus Regius, an sit necessarius in Renunciatione Feudorum.

- 1  M de iure communi omnis feudorum alienatio prohibita erat per leges Lotharij, & Federici, prout cap. 1. & § preterea, quid iuris sit, si vassallus post alienationem; feudum recuperauerit, testatur Franc. de Ponte de assensu Regio super dote, num. 10. §. 1. cum in illis nullum commercium sine ipso assensu haberi possit, vt dixit Vinc. de Ann. in allegat. 127. nu. 1. & in poenam feudatarius illud alienando amittit, Affl. in cap. 1. de prohib. feudi alienat. per Federic. num. 10. sequitur Marinus Frecc. in tit. de subfeud. lib. 2. fol. mibi 155. num. 6. Reg. de Ponte conf. 157. num. 9. lib. 2. Camerar. fol. 65. Anna in repetitione Cōstit. Diue memoria, num. 49.
- 2 Accedente autem Regio assensu, illud quod à principio prohibitum erat, & est; sit ex non licito, licitum, ea causa, & ratione, vt feudatarius de nouo inuestiatur à Domino de feudo, vt cap. 1. de bis, qui feud. dare poss. dixit meritissimus, ac sapientissimus Hispanus Præceptor meus Regius Consiliarius, primus l. interpres in studijs Neapolitanis D. Ferdinandus Arias de Mesa, omni suo venerandus, in suo lib. aureo var. resolut. c. 18. num. 1. alia autem ratione introductus fuit talis assensus; vt veterem faciat, hoc est veterem inuestituram iam factam vassallo filijs confirmet; vt cap. 1. per quos fiat inuest. & vassallus soluit releuium, vt latè Capan. de iure releu. loquendo de feudo antiquo, seu hæreditario, alia denique ratione, quia Dominus directus, & vassallus utilis, vtile dominium alienare volunt; quam rationem assignat Camer. de feud. in cap. imperialem, de prohib. feud. alien. fol. mibi 3. litt. R. Verum se-

5 cundam inuestiendi modum causa finalis introducēdi assensum, fuit ad hoc, vt Rex sciat feudatarium ad finem seruiendi, præstandique seruitium, & fidelitatem, prout Camer. in princip. sua repet. lit. G. Roman. cōf. 368. col. 5. Ifern. c. 1. §. valuasores, qui feud. dar. poss. in preclud. quæst. 4. & vbiq; Iacob de Ardiz. in sua summa, col. 2. & Lucas de Penna in l. 2. C. de fund. pat. lib. 11.

Nec ad hoc innotescere videntur, ea, quæ adnotauit Franc. de Amic. in sua repet. feudat. in cap. de bis, qui feud. dar. poss. fol. mibi 91. vers. Et quia diximus, per totum ibi, vel assensus dicitur confirmatio actus, siue contractus, Reg. de Ponte conf. 3. in fine, num. 91. lib. 1. Camerar. in cap. imperiali. fol. 44. à ter. lit. D. & proinde dicitur quidam consensus permissiuus non autem dispositiuus, iuxta cap. Titius si de feud. fuer. controu. dixit Paris de Pat. de reintegr. feudor. cap. 85. num. 8. hunc passum tangit Andr. in cap. imperialem post num. 10. & post num. 11. videtur enim alienare, quodammodo consentiendo alienanti, latè etiam scripsit Ioseph. Ludouic. in suis conclus. conclus. 7. per totam Hier. Gabriel. conf. 83. nu. 71. Tiraguell. de retract. confang. §. 1. glos. 6. num. 136. Menoch. conf. 58. num. 27. lib. 1. Ias. in l. si quando, §. generaliter, num. 7. de leg. 2. Bald. consil. 16. lib. 1. facti euidentia Cast. conf. 34. quæstio ista vertitur lib. 2. Franc. Ares. consil. 3. Albert. Brun. conf. 30. vers. & quia considerata, Iacob. de Beluis. in cap. 1. §. ultim. ad fin. & ibi etiam Alua. in 30. conclus. & Card. Alex. col. 5. tit. quæ fuit prima caus. benef. amitt. Castrens. conf. 190. lib. 2. vers. restat nunc videre, sed in cap. 1. qui succ. tenet, num. 8. dixit, quod consensus Domini est confirmatio actus, vnde consentiens, & confirmans videtur donare, Bal. autem in cap. si facta si de feud. defunct. milit. dixit, quod Rex per assensum dare dicitur, seruata tamen forma, l. singularia, ff. si cert. pet. & idem Bald. in cap. sanè de renunciat. dixit, quod non dicitur dare, sed tantum tollit impedimentum prohibitionis assentiendo, & per hoc prorogare videtur potestatem Baronis, sed melius hoc dixit in l. 4. C. de seru. pignor. dat. alii autem DD. feudiste aliter dicunt.

9 Assensus dicitur gratia, atque Principis quadam munificentia, ita quod in eo obtineat dispositio, tex. in l. final. ff. de constit. Princip. Andr. in cap. imperialem, 1. col. de prohib. feud. alien. per Feder. Camer. in repet. dict. l. imperialem fol. 45. litt. G. Ann. allegat. 39. num. 7. Franck. decis. 695. num. 3. Andr.

Andr. de Isora. in constitutione si quis post litem, Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2. q. 20. num. 8. Reg. de Pont. de potest. Proreg. in tit. de assens. Reg. super dote fol. 261. num. 19. & in tit. de assens. Reg. fol. 313. nu. 12.

- 10 Ex hoc inferitur quod quando duo contractus sunt stipulati eodem die, & coram eodē notario, & testibus, & vnū est correspondens ad alterum, ita quod vnus non fuisset stipulatus, sine altero, & tunc reputatur, vt vnum; ratione indiuiduæ voluntatis contrahentium, *Bart. in l. grace §. illud ff. de fideiuss.* tamen hæc
- 11 sunt vera respectu ipsarum partium stipulantium, secus respectu Domini assensum præstantis, cui nisi omnia sunt
Abb. ibi ex glos. in clement. 1. de iure patron.
in verbo inbibentes. Itē stante determina-
 tione certi temporis infra quod, hoc fie-
 ri debuerat, *Angel. cōf. 36. sub nu. 5. & de-*
nique ex clausula resolutiua in eodem
assensu adiecta, Bald. cōf. 283. n. 2. lib. 4.
de Ponte post ceteros cōf. 81. num. 11. & la-
tius cōf. 5. nu. 57. lib. 1. quæ formam sub-
 stantialem inficiunt, vt fundat *meritiss.*
Reg. Valenz. cōf. 3. lib. 2. num. 30. ibi præ-
 cipue, & propterea si labatur biennium,
 non facta registratione in quinternioni-
103 bus Regiæ Cameræ Summaria, assen-
 sum resolui statim, ac effici ipso iure
 nullum, tradiderunt *Afflic. decis. 335. nu.*
4. Franc. de Amicis de his qui feuda dar. poss.
§. vltimus de Ponte cōf. 5. num. 32. & 44-
vol. 1. & cōf. 60. vsque ad num. 17. lib. 2. Ro-
uit. prag. 20. de feudis num. 5. & prag. 1.
num. 3. de fide instrument. Gizzarell. dec. 3.
num. 14. & 15 ceteros cumulat meritissimus
104 *Præses Regiæ Cameræ Summaria Anell.*
de Amato, qui nondum doctrina, verum
 etiam, & ingenio præditus inter aduo-
 catus primarius, inter feudistas satis do-
 ctissimus, ac omni æuo venerandus in
 suis consiliis *cōf. 69. num. 2. & sequenti,*
 faciunt etiam notata per *Loffred. cōf. 21.*
 & statim lapso biennio fuit resolutus, &
 annullatus assensus ipso iure ob regi-
 stratione infra tempus illud non factam,
 etiã si ex errore id euenisset, imputatur
105 enim sibi qui non fecit illud registra-
 re, errans in calculo dierum, & frustra
 lapso tempore remedium quærit, *Bal. &*
alii per R. de Ponte dicto cōf. 5. num. 45. &
46. de Amato cōf. 69. nu. 9. ex quo idem
 sonant illa verba (habeatur pro non
 præstito) ac si dixisset non sit præstitus,
Archidia. & ceteri per Amatam dicto cōf.
num. 10. & sequenti, ratio est, quia cum
106 talis assensus sit gratia concessa à Prin-
 cipe *Franchis dec. 695. Anna allegat. 39. n. 7*
 habetur proinde ac si ab initio nõ fuis-
 set impetratus, stante lapso termino, cū
107 hæc sit vis clausulæ resolutiue, & de-
 creti annullatiui, *cap. si eo tempore extra*
de elect. in 6. & cap. dilecto vers. nisi forte sta-
tutum, extra de prebend. in l. 4. vers. & qui-
dems ff. de lege commissor. Bal. in l. ea num. 12
& 13. C. de condit. ob caus. & in l. non du-
bium C. de legib. Alex. in l. ambiguitates,
circa principium C. de testam. & post alios
Cou. r. variar. resolut. lib. 3. cap. 8. Loffred.
cōf. 17. num. 16. Cacher. decis. Pedamant.
160. num. 4. ergo si hic assensus, siue gra-

tia elapso tempore determinato ex clau-
 sula annullante, & irritante iudicatur,
108 ac si nunquam fuisset in mundo, nulla
 læsio, nec restitutio in eo considerari po-
 test, & ita venit etiam obseruandus in
 assenso nulliter obtento, & ex clausula
 irritante, & annullante, iam reuocato, &
 extincto, quia deficit terminus ad quem
 esset facienda restitutio, nempe assensus
109 annullatus, & extinctus, & clausula
 illa annullatiua priuilegii tollit faculta-
 tem iudicibus inferioribus ludicandi,
 aut disponendi aduersus eam, quemad-
 modum solemniter aduertit *Ias. in l. fin.*
num. 25. ff. de feriis, per tex. cum glos. in fine
verbo nullatenus in clement. 1. extra de se-
quest. possess. & fruct. cum talis assensus
 registratio pro causis supra adductis, &
110 per consequens esse solemnitatem in-
 trinsecam, vt exequutorienrur litteræ
 in forma Cancellariæ, de qua re, *Affl. de-*
cis. 335. per tot. cum de mutatione naturæ
feudum ageretur, & de transitu ad aliã
formam. intererat, & Regis, & publicæ
utilitatis fieri exequutoriam, & in Ca-
mera registrari adesset, plusquam trans-
latio dominij, de hypothecis tãtum omit-
titur, vt testatur Reg. de Ponte de potestat.
Proreg. tit. de assens. §. 4. num. 2. ob id non
 admittitur purgatio moræ, nam vbi per
111 actus resoluitur, non admittitur illius
 purgatio, *Alex. Dec. & de Ponte per dictum*
Amatum ibidem num. 22. maximè in ter-
 mino statuto à lege; siue à Principe, *Fel-*
lin. & ceteri per Surd. cōf. 97. num. 16. &
29. Amat. dicto cōf. 69. num. 23. Bal. & Lau-
dens. in cap. 1. quæ sit prima causa beneficij
amitt. Curt. iun. de feud. 4. par. num. 138.
 tunc etiam ex clausula annullatiua, alias
 habeatur pro non præstito, quam simi-
 liter formam docent *Bart. in l. de his sub*
num. 3. de transact. & idem in l. 1. circa me-
dium ff. de liber. & posth. Dec. cōf. 10. nu. 2.
cōf. 77. col. 1. cōf. 110. num. 6. cōf. 455. nu.
6. & cōf. 446. num. 13. & 528. in fine, quan-
 doquidem in hoc casu, non innotescere
 videntur, ea quæ eruditissimè adno-
 tauit *meritissimus Reg. Fab. Capyc. Galeota*
in suis controuers. lib. 1. controuers. 14. nu. 48.
 ibi nullo modo sub quouis quæsito co-
 lore, moræ purgationem admitti, vt *Reg.*
de Ponte cōf. 3. num. 24. vbi sub num. 28.
112 nihil prodesse dispensationem *Reg.*
Collaterali Conf. Neap. in tali casu, vt
dicto cōf. 5. post num. 57. vers. nec dicat
pars num. 58. & idem concludit vt in ca-
su tractat de potestate Proreg. de Assens.
Reg. num. 4. & de refut. feud. in pralud. post
num. 12. in vers. hinc pragmatica, & ritus,
113 Nec obstant ea quæ dixit idem *Reg.*
 Z 2 de

- de Pante in *conf. 17. num. 8. lib. 2.* quod talis conditio registrandi requiratur pro interesse filii, non autem partium, vt idem *Capyc. Galeot. nu. 49.* siquidem probauit, non solum latè in *conf. 3. num. 24.*
- 114 & 23. nullo modo Proregem dispensare huic nullitati quinimo nec ipsum Regem, nisi ex certa scientia, id autem solidauit in *conf. 5. post num. 57. vers. nec dicat, & iterum nu. 65. vers. ex quibus vanissimum asserere dixit clausulam registrationis in Regia Camera respicere solum interesse filii, & non partium, contra voluntatem illius cuius fauore est introducta, hæc autem pro gratia ipsius registrationis.*
- 115 Nec enim in tali registratione restitutio in integrum conceditur re non integra *Ioan. Bapt. Const. in tract. de re integra distinct. 63. per totam, de Ponte lectur. 22. num. 9. de Franch. decis. 213. & Cauale. decis. 14. respondendo omnibus contrariis, Paul. in l. quod si minor §. semper, & §. seuo la ff. de minor. damnat enim negligentiam iuuenis, & abnegauit auxilium restitutionis in integrum, ex quo re non integra, Vafq. Illust. questionum par. 2. cap. 7. negligentia illa sapit dolum, Gomes. de restit. in integrum, testantem sic esse communi opinionem DD. vltra intellectum Bart. similiter, & communiter, à DD. sequutum, non dari restitutionem in integrum, re non integra, de iustitia plura sunt exempla in Regia Camera Summaria in Sac. Reg. Conf. Neapol.*
- 117 Et ea ratione talis purgatio moræ non admittitur, quia talis terminus à *l. statutum peremptorius videtur*, vt notat *Bald. in l. 2. num. 1. C. de temp. appell. Bart. in l. 1. num. 1. C. de dilat. vbi dixit non esse necessarium, quod lex, vel Iudex, dicat terminum esse peremptorium, quia id à iure intelligitur, Arct. in §. si minus, n. 17.*
- 118 *instit. de actiõ. vbi dixit, quod quælibet dilatio, siue legalis, siue iudicialis dicitur peremptoria, Ripa in l. si infulam nu. 21. ff. de verb. oblig. & è quoque hoc etiã procedit in terminis extraiudicialibus, l. Titia, §. vsuras, ff. de leg. 2. l. si tempora, vbi Angel. C. de fide instrum. & iure hast. fiscal. lib. 10. imò etiã in causis summarijs, secundum Bart. in extravagant. ad reprimendum in vers. in termino, latissime agit. Soccin. in tract. fall. regul. 312. vbi communem esse dixit Iaf. in l. fin. ff. de ferijs, num. 7. & plurib. sequentib. vbi ponit regulariter, cum octo ampliationibus, & 6. limitationibus. Abb. in cap. pastoral. de except. vbi Felin. colum. 2. in princip. latè ponit, & Dec. in cap. licet causam, num. 5. de*
- probat. Cauale. in conf. 16. col. 12. Crauetz. in conf. 179. num. 2. Capbal. in conf. 266. num. 3. & post bienniũ, quis audiri non potest, lob commissa, C. de adul. dict. l. fin. ff. de ferijs, cap. 1. de acusat. l. si ea, C. qui accusare non poss. l. Titia, ff. de acusat. l. accusatus vbi glos. ff. de adulter. Bald. in l. edita nu. 17. C. de edendo, Castrens. in conf. 288. num. 2. vers. sed postquam statutum, vol. 1. vbi lap-*
- 119 *so tempore præfixo à statuto, quis non auditur, & dixit idem Castrens. in conf. 304. num. 2. quod stante statuto, vt captura iustificari debeat infra tres menses, non*
- 120 *auditur quis post tale tẽpus, nec moram purgare potest, est tex. in l. scire, §. sufficit, ff. de excusat. tutor. l. fin. C. de repudijs, & in l. fin. §. præterea, C. de iure dot.*
- 121 Et talis lapsus temporis habet vim renunciationis, *l. si ea, C. qui accusari poss. de quo latè infra, maxime in eo, qui patitur labi tẽpus ad proponendas exceptiones, cap. cum causa de appell. l. ita demum, C. de procur. l. sancimus in fin. C. de iudic. Iaf. in l. si arrogator, nu. 59. de adopt. Ruin. conf. 71. vol. 5. num. 3. & conf. 98. nu. 4. vol. 5. Paris in cap. exceptionem, num. 4. cum sequent. de except. Felin. in cap. insinuante, num. 1. de off. deleg. Hippol. in tit. de except. cap. 4. num. 49.*
- 122 Verum, & talis registrandi forma impleri debet, etiam si illam omittendi habeat, quis iustissimam causam, nam hoc non obstante vitatur actus, *Dec. cõf. 366. num. 14. Bal. & ceteri, quos refert, &*
- 123 *sequitur Amat. conf. 69. num. 7. & debet impleri in forma specifica, nõ per æquipollens, etiam si idem resullaret effectũ, sic ex Bal. Arct. Angel. Paul. de Castr. & ceteri DD. de Ponte allegat conf. 5. num. 74. & 75. & post Alex. Dec. & ceteri, id fundat Amat. conf. 69. num. 6. quando enim aliquid pro forma requiritur non attenditur ratio, quæ statuentes mouet, sed tantum forma, quæ ad vnguem seruari debet, adeo vt etiam deficiente ratione, motrice, vel ei per equipollens impleto non solvatur actus, Bald. Dec. & alij per Anell de Amat. conf. 69. num. 19. è contra aut præter formam traditam, non potest*
- 124 *aliquid agi adeo vt defectus, nedum formæ, sed modi formæ vitiat actum, vt cruditissimè deducit ex Bal. Valenz. disto conf. 3. num. 20. debet enim ad vnguem obseruari, adeo vt ei nihil addi, vel detrahi possit, fundat bene Valenz. ibidem num. 23. & forma mutata, mutatur actus,*
- 125 *& ea neglecta quidquid agitur infirmatur, & paria sunt contra legem aliquid fieri, & non seruata forma tradita, etiam in actu fauorabili, vt bene explanat*

nat Reg. Valenz. in num. 23. quod proce-
 126 dit etiam si defectus in forma sit mo-
 dicus; quia tunc etiam modicitas vitiat
 actum ipso iure, Ias. Felin. Tiraquell. &
 ceteri, Valenz. ibidem nu. 28. Guttier. pract.
 quest. lib. 3. & 4. quest. 15. nu. 4. & sequenti
 idem Valenz. conf. 2. num. 75. bene Viu. de-
 cis. 336. num. 1. nec à formalitate verbo-
 rum formæ recedi potest, nec inquiri-
 tur registrandi in illis libris, & non suè-
 di sit tradita forma, vt bene concludit
 idem Reg. Valenz. in conf. 67. n. 27. & R. G.
 Scip. Theod. allegat. 20. sub num. 11. igitur,
 dum assensus minimè in Reg. Cameræ
 quinternionibus registratum fuit, sed
 tantum illius copia suta, non est serua-
 ta illa forma, registrationem requirens.
 127 Igitur necessario requiritur, vt infra
 tempora registretur talis assensus aliter
 non facta registratione in quinternio-
 nibus Regiæ Cameræ resolutus dicitur
 assensus, ac si nunquam fuisset præsti-
 tus, Affl. decis. 335. num. 15. idem Affl. in cap.
 1. sub num. 19. vers. item illud de vassallis;
 qui contra consti. Lothar. Camer. in cap. im-
 perialem fol. 14. litt. H. Gizzarell. decis. 13.
 num. 4. Reg. Rouit. in pragmat. 20. de feud. Reg.
 de Ponte in conf. 67. Amat. conf. 69. de Ponte
 in tract. de potest. proreg. tit. de regalib. im-
 posit. num. 15. Reg. Tap. decis. 5. conf. 3. Imò,
 nec sufficit dare ad registrandum, nec
 per hoc dicitur fecisse totum posse,
 quia incipit facere partem, cum non
 sufficiat pro parte implere, Abb. in cap.
 pisanos, vers. nota gesta, de testam. spoliat.
 quem refert, & sequitur de Ponte conf. 5.
 num. 47.
 128 Hinc etiam si per traditionem assen-
 sus, & errorè registrationis, fuerit omis-
 sa registratio in tempore vitiabitur ac-
 tus, Bal. Alex. & ceteri, de Ponte in conf. 5.
 num. 46. & non sufficit emptori osten-
 dere suum posse fecisse; & per registra-
 torem non fuisse in tempore registratū;
 Cyn. Bald. Ang. Tiraquell. & alij per Ama-
 tum dicto conf. 69. num. 8. imputet sibi cur
 non interpellauit; sollicitauit, ac per lu-
 dicem coegit registratorè, ad registra-
 dum in tempore, vt in casu fundat be-
 nè Tiraq. vbi sup. num. 46. in quo onus re-
 129 gistrandi ad tempora spectat. Imò ex
 tali non registratione bene renunciatio
 arguitur, quia ex tali lapsu temporis in-
 ducitur verà renunciatio, per tex. in l. si
 ea, C. qui accus. poss. & ibi notat Bald. dixit
 idem Bald. ad Specul. in tit. de appellat. in 2.
 par. §. 1. vers. porro, quod tempus apposi-
 130 tum, plus operari, quam renunciatio-
 nem, & quod lapsus temporis tacitam
 inducat renunciationem, voluit glos. in

l. si ego ff. de negot. gest. vbi Angel. circa fi-
 nem, dixit esse menti tenendum, allegat etiā
 Dyn. & Ioann. Andr. in l. bonorum ff. rem-
 ratam haberi, Bald. in conf. 69. in fine vol. 1.
 & videtur iuri renunciare, qui non pa-
 rit terminis à iure statutis, vt dixit idem
 131 Bald. in conf. 466. num. 2. vol. 1. Imò dixit
 lapsus temporis habet vim pacti de non
 petendo, secundum Bald. in l. 2. quæst. 8.
 num. 11. C. de rescind. vendit. & in l. 1. nu. 13.
 vers. extra appono, C. quando dies legat. Ce-
 dant, videtur enim, à forma recedere,
 qui tempus non seruat, Bald. in l. obserua-
 re, §. post hac, col. 2. vers. est etiam ff. de offic.
 proconf. & in Auth. qua supplicatio in fine,
 vbi Salic. in 1. notab. & Ias. in 4. C. de pre-
 cib. imper. offeren. & singulariter Felin. in
 cap. cum dilecti, col. 8. vers. Octauum signum
 132 de rescriptis, post Firmianum, dixit hęc
 esse rationem, quare collatio sacrorum
 Ordinum facta extra tempus præfixum
 à Canone, nullum effectum operatur, &
 Bald. in l. omnes populi ff. de iustit. & iur.
 quod si statutum requirat tempus, tu
 quoque illud requirere debes, sequitur
 Ias. qui alios cumulat in l. 1. §. 1. num. 3. ff.
 de edendo, Tiraquell. de retract. consang.
 glos. 4. num. 3. Boccius in tract. de præscript.
 133 statu glos. 2. num. 9. & facit, quia permis-
 sum ad tempus, censetur post tempus
 prohibitum l. statu liberorum, §. sicutum,
 l. Titia cum testamento, §. ultimo ff. de le-
 gat. 2. l. si ita quis, vbi Bal. Imol. Alex. Aret.
 & Ias. ff. de liber. & posth. l. sicut, §. vbi Bal.
 Bald. ff. quib. mod. pign. vel hypot. soluat. &
 infinitos cumulat, Tiraquell. de retract.
 conuent. §. 1. glos. 2. num. 4. Ruyn. in conf. 77.
 col. 1. vol. 4. Cephal. & alios refert in conf.
 134 77. num. 18. & sequenti, vbi dixit, quod
 tempus dicitur esse de forma, & venit
 obseruandum ad vnguem, Roland. in
 conf. 72. num. 8. vol. 3. Becc. in conf. 32. nu. 1.
 quæ omnia supradicta de necessitate
 registrationis assensus, solummodo lo-
 cum habent in illis contractibus, in qui-
 bus satis apertè constat de dominij trās-
 latione, vt post tot DD. supra citatis scri-
 psit Capyc. in inuestitura feud. col. 1. in fin.
 vers. bodie Regia Camera fol. 230. non verò
 in translatione simplicis hypothecæ bo-
 norum feudalium, quia per ipsum nul-
 lum dominium transferatur, vt Reg. Ro-
 nitus in decis. 84. num. 3. referendo deci-
 sionem factam in Reg. Collaterali Con-
 sil. Neap. in causa Mariæ Bernizoni cum
 creditoribus sui Viri, sequitur etiam
 Reg. Consil. Theodor. alleg. 34. num. 5. & seq.
 Francisc. Maria Prat. doctissimus Aduoca-
 tus in suis discept. forens. cap. 26. n. 39. & seq.
 135 Item omnia, quæ post tempora sta-
 tuta

- tuta inefficacia sunt, sicut ratificatio facta post tempus inefficax est, tanquam non sit amplius in eodem statu, *Bart. in l. si uxor, §. si quis plane uxorem ff. de adult. Nat. conf. 415. num. 2. & conf. 504. nu. 20. Osasc. decis. 119. num. 23. Becc. conf. 66. n. 25. iuxta l. si ego, §. si res de iure dot. Surd. consil. 8. num. 18. lib. 1. & decis. 245. nu. 8. Ioan. Andr. in cap. ratihabitionem de reg. iur. in 6. Alberic. Bald. & alij communiter in l. aliena res, de pignor. action. Reg. de Ponte decis. 40. num. 25. & decis. 27. n. 1.*
- 136 Et tale tempus currit de momento a 1 momentum *Bal. conf. 457. num. 3. lib. 3. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 36. & quando tempus præcisè est appositum alicui contractui, vel dispositioni, illud tempus limitatum, continet cõrrariam dispositionem post tempus, l. fratres ff. de pœnis, Bal. Salic. in Auth. que supplicatio, C. de precib. imper. offer. Surd. decis. 15. num. 1. decis. 189. num. 8. decis. 244. num. 10. & decis. 106. num. 17. Gratian. discept. forens. cap. 710. num. 9. lib. 4. Dec. consil. 61. nu. 4. & si actus permitteretur post tempus frustra esset illa adiectio in prædictis contractibus, l. si quando ff. de leg. 1. cum in illis nullum omninò verbum, sed nec vlla quidem syllaba debeat esse sine effectu aliquid operandi, vt pulchrè dixit *Bal. in rub. C. de contrah. empt. in quest. 9. deinde post tempus facta non currit, tanquam re non integra; Ioann. Baptista Coss. in tract. de re non integra distinct. 27. per totam, vt est tex. in l. bonorum ff. rem rat. haber. Paris. conf. 77. nu. 39. lib. 1. Gratian. discept. forens. cap. 571. nu. 7. lib. 3. & cap. 573. num. 15. ea ratione non valet, quia est ius alteri quæsitum, l. si ego 10. §. res ff. de iure dot. l. si pupilli 6. §. sed si ego, ff. de negot. gest. Rolan. conf. 19. lib. 1. num. 12. & num. 13. Alex. conf. 165. lib. 8. nu. 2. & 3. Ruin. conf. 172. igitur ratificationes, & omnes actus, sub quouis colore, vt *Bart. in dicta l. bonorum ff. rem rat. haber. & in l. si quis pro emptore num. 4. ff. de usucap. Paris. conf. 77. num. 38. lib. 1. Surd. consil. 9. n. 53. lib. 1. & conf. 157. num. 17. lib. 2. & decis. 111.***
- 138 num. 1. & 2. ratio est, quia actus, qui debent fieri in tempore præfixo, non valent si fiunt extra illud, l. fratres ff. de pœnis.
- 139 Idem operatur effectus talis lapsus temporis, ac aliquid fieri per contrarium actum, cum ex tali contrario actu, inducatur renunciatio, *cap. gratum de officio delegat. Felin. in cap. cum venisset in glos. 2. de testibus notat in cap. licet de contest. lib. 6. & ibi Gomez. notat. 4. & in l. si filius ff. de minor. facit text. in cap. ex ore de ijs, quo*
- fiunt à maiore part. capit. non solùm, sed etiam instantiæ litis motæ, vt notatur in d. l. si filius, & ibi Bald. Nam qui facit actum contrarium suo iuri spontè eligere videtur, eligendo autem ponit vnum contrarium, & idcò alterum tollere iuribus suis renunciare videtur Crauett. conf. 137. nu. 3. Cephal. conf. 3. num. 85. con-*
- 140 *sil. 26. num. 2. siquidem eligens vnum ex contrarijs, alterum renunciare censetur, l. quod in heredem, §. eligere ff. de tribut. action. l. in delictis, §. si distracta ff. de noxal. l. Clodius, & ibi notata ff. de acquir. hered. l. de lege, §. post diem in fine ff. de lege commiss. l. non codicillum, & ibi Bald. C. de testam. l. si filius emancipatus ff. de minor. l. final. §. illud ff. de diuort. l. 1. & ibi DD. de furt. l. fin. C. de Codicill. l. scimus, §. sed quia, C. de iure deliber. & ibi notat Fulgos. nu. 2.*
- 141 quod eligens vnam viam videtur alteri renunciare, l. amilius ff. de minor. notat glos. in l. nihil inter se, C. de inoff. testam. *Bart. in l. 1. §. vnde quaritur ff. de publican. Gabr. in communi tit. de action. conclus. 2. num. 2. Curt. iur. conf. 159. num. 6. vbi tradit per electionem vnius ex pluribus videri, ceteris contrarium renunciatũ; & conf. 7. num. 5. Soccin. iur. conf. 122. nu. 10. lib. 1. Cephal. conf. 193. num. 10. Surd. consil. 273. num. 20. & tract. de aliment. tit. 9. q. 16. num. 19. quo fit, vt eligenti vnum contrarium, non datur regressum ad alterum, non magis, quam renunciati, ad ius renunciatum, quippè cum electione semel facta non licet amplius variare, l. serui electione in princip. ff. de opt. legat. l. statuta liberorum §. fin. ff. de legat. 2.*
- 142 Verum talis regula variandi, non procedit in casu *l. creditoris arbitrio ff. de distract. pignor. in quo casu creditor variari permittitur, cum ex verbis ipsius apparet, ibi (creditoris arbitrio permittitur ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit distractis ad suum cõmodum peruenire) ex quibus verbis colligitur*
- 143 permitti variationem, & electionem, toties, quoties super bonis obligatis, & mutare iudicium contra quoscumque, vt in *l. qui pignori 19. ff. de pignor. l. moschis, vbi DD. ff. de iure fisci, l. ultim. C. de action. & oblig. Speculat. de obligat. & solut. §. 1. Roman. conf. 128. Crauett. conf. 53. maximè in exequutijs, vt *Franchis decis. 53. quia tunc creditor potest vno remedio intentato, illud relinquere, & transire ad aliud, quousque sibi satisfactum, l. consentaneum, vbi Bart. C. quomod. & quand. Iudex, A sin. in tract. de exequut. §. 4. cap. 69. num. 3. Surd. conf. 365. num. 31. lib. 3. Concordantes allegat *Becc. conf. 17. num. 3.***

Bart.

Bursi. conf. 163. num. 1. lib. 2. Ias. conf. 28. lib. 1. num. 3. Cartar. decif. Rota Genuens. 105. num. 7. quam ampliando potest creditor in prædictis variare de principali ad fideiussorem, & è conuerso, ac de persona ad rem, & de re ad personam, & de vna re ad alteram, Amanel. de clar. aquis. singul. 185. Corn. conf. 108. nu. 6. lib. 4. Angel. conf. 8. num. 6 & 9. Siluan. conf. 23. num. 6. Berou. conf. 107. num. 5. vol. 3. Negus. in tract. de pignor. par. 8. memb. 3. nu. 27. Brun. à Sole in compend. resolut. propof. iur. in verbo creditor in executiuis, Cauale. decif. nu. 15. lib. 1. & in tract. de usufruct. num. 203. in quo loco varios videbis DD.

144. Intellige autem de arbitrio creditoris regulato, non autem creditoris arbitrio effrenato, cum in multis limitant DD. vt ex expositis, satis clarè constat, cum creditor non debet distrahere bona magni valoris pro minimo suo credito, in quo non videtur audiendus, talis creditor, cum in fraudem, & mala fide agere videatur, *Minad. decif. 13. num. 2. adducens decisionem factam per Sac. Reg. Conf. Neap. in causa Comitissæ Saponariæ per text. in l. in fundo 39. ff. de rei vendic. glos. in l. quamdiu, C. de distract. pignor. Angel. in l. 1. C. qui potior. in pignor. Bart. & Bald. in l. 2. C. de pignor. & dixit Bart. in d. l. creditoris arbitrio quest. 2. ibi (creditorum in dolo versari) & creditor ex hoc ad interesse tenetur, latè, & pulchrè Bal. in conf. 73. num. 2. lib. 1. Dec. conf. 235. Minad. in decif. 13. Ant. Gamm. in decif. 40. vbi plures apud ipsos. Menoch. de arbitr. iudic. casu 187 num. 34 post istos illustrat præceptor meus Reg. Conf. D. Ferdin. Arias de Mesa in suo variar. resolut. cap. 26. lib. 1. num. 6. Amat. conf. 95. num. 3. & n. 10. Coras. de oblation. q. 10. n. 74.*

145. Nè quicquam poterit creditor habere recursum ad generalitatem habens rem specialem obligatam; nisi prius ipsa res specialiter obligata excusserit, nec poterit alios, in bonis obligatis molestare, *Osasc. in decif. 159. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 18. per totum, post omnes, dicit Cardin. Mantie. de tacitis cap. 22. nu. 28. & alij apud ipsum sequitur Ioann. Domin. Gait. de credito cap. 4. quest. 10. n. 1544.*

146. Ex quibus infertur, quod generalis obligatio habet tacitam conditionem, si bona specialiter obligata deficiant, nã illis non deficientibus, ad generalitatem deuenire nõ potest, vt DD. supra citati.

147. Quæ iura in multis limitantur, & primo electa vna via, non potest variare, maximè contestata lite super vna re, plu-

res habentes res obligatas, siue habeat electionem, ex prouisione hominis, siue ex prouisione legis, *l. si quis stipulatus sit ff. de verb. obligat. & in l. 3. §. generaliter ff. de eo quod cert. loco, text. in l. à diuo pio §. si pignora col. 2. vers. quidam tamen fuerunt in contraria opinione ff. de re iudic. motus per regulam l. semel de reguliur. in 6. per tex. in auth. qui semel C. quomod. & quando iud. & in l. sicut C. de action. & obligat. & facit regulam nemo potest de reg. iur. in 6. l. edita C. de edend. text. formalis iuncta glos. in l. si is qui sticcum ff. de procurat. text. in l. si quis ita stipulatus ff. de verb. obligat. & in l. cum qui certator ubi scribentes post Bart. §. cum pure ff. de verb. oblig. Anna allegat. 141. nu. 4. Minadous decif. 13.*

Secundo limitatur quando esset posita in instrumento clausula vulgata per 148 Notarios, vna via electa altera non tollatur, quæ clausula si adesset, operatur vsque ad sententiam; nempe quod per electionem actionis, seu modi agendi, semel factam, licet de iure statim esse preclusa via, ad aliam conuolandi l. 9. §. eligere ff. de Tribut. Actio. tamen per illam clausulam, hæc facultas, quæ per solam electionem amittebatur, reseruatur vsq; ad sententiam, & non vltro.

Tertio quando pro modico debito rem magni valoris vendere vellet creditor, si tamen ex rebus alijs commodè potest illi satisfieri, *Bar. in l. alio sub. num. 13. in fine ff. de aliment. & cibar. legat. Imo, & agendo tenetur creditor ad interesse quia videtur dolo versari, Bar. in dicta l. alio, Bal. conf. 75 num. 2. lib. 1. Minado. decif. 13. Mart. decif. Pisan. decif. 130. num. 2. l. quando C. de distract. pign. Bart. in d. l. creditoris num. 3. Flam. Monac. in add. ad decif. Minadous decif. 13. num. 3.*

Quarto quando creditor potest se satisfieri super fructibus non potest vendere corpus, *Franc. de Ponte in tract. de Potest. Proreg. in tit. de assensu Regio super dote num. 36. Minado. cit. decif. 13.*

Quinto, nisi debitor præuenisset creditorem, vt vendat tale pignus, ita *Bar. in dicta l. creditoris, Ann. allegat. 141. num. 4.*

150. Sexto quando prius creditor egisset super aliquibus bonis, & sententia obtinisset, & ante eius executionem, super dictis bonis, agere vellet, super alijs quibus à principio non egit, tunc negatur hoc fieri posse, ex doctrina *Bar. in l. cum qui certarum ff. de verb. obligat. num. 4. Capic. decif. 33. & decif. 46. num. 6. & decif. 119. nam tenetur experiri super corpore quò obtinuit, ne autoritas prætoris sit eluso.*

clatoria, *contra lex. in l. 51. pater. 75. ff. de indic.*

- 151 Septimo quando creditor non bona fide, sed dolo, aut mala fide agit, non potest variare, cognoscitur namque mala fides, quando malitiose intendit, vel variare, vel procedere ad venditionem rei magni valoris, pro modico debito, & ideo dixerunt DD. quod arbitrium eligendi; vel variandi debet esse effrenatum, & non indomitum, vel iniquum, sed boni viri arbitrio regulandum *l. 2. C. de pignor. Fabius de Anna conf. 73. num. 4. lib. 1. & conf. 76. Minadous decis. 13. ubi Monac. in add. ad dist. decis. nam. 3. Marta decis. 13. num. 6. decis. 130. Reg. de Ponte de potest. Proreg. super dote in prin. n. 38. Anna alleg. 141. num. 4. volum. 2. Gamm. Lusit. dec. 40. & 77.*

Octavo, quando creditor habet specialem hypothecam, cum generali iunctam, tunc non potest agere super rebus generaliter obligatis, nisi discussis rebus specialiter obligatis, *l. 2. C. de pignor.*

- 153 Nono, *tex. in l. Creditoris arbitrio pro-* cedit de iure *ff.* sed non de iure *C. ius nouum*, quod dixit, temperanda est iurisdicatio creditoris, ut *l. 2. C. de pignor.* unde si essent plures res obligatae, si ex venditione vnus rei satisfieri se potest creditori, debet illa tantum vendi, non autem omnes *Bart. Bal. & Salic. in l. quzmdiu C. de distract. pignor.*

- Decimo, non posse creditorem vendere res generaliter obligatas, maxime existente alio creditore, nisi prius fuerint venditae res specialiter obligatae, *tex. in l. que specialiter C. de distract. pignor. Negus. in 1. membr. 8. par. num. 20. ubi non potest creditor peruenire ad generalem hypothecam bonorum, donec est conclusum super speciali corpore obligato, cum praesumitur sufficiens ad soluendum debitum, donec contrarium probetur per ipsum creditorem, ut dixit glos. in l. 2. ubi DD. C. de pignor. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 18. in princip. & Negus. 2. membr. 5. par. num. 51. vers. & pro complemento Ann. allegat. 141. num. 5. Rolan. à Vall. conf. 36. vol. 4.*

Vndecimo, limitatur *text. creditoris arbitrio*, & *decis. D. de Franch. deci. 5. & 53.* quando creditor vellet eligere bona generaliter obligata omittis bonis specialiter obligatis, post litem contestatam, ut decidit *Capic. decis. 36. num. 3. & decis. 46. num. 6. Ioannes Asten. Niger in cap. Regni quod decreta post num. 15. vers. item illud, & addentes ad Capic. decis. 33.* maxime cum mutatio haec tendat in alterius prauidi-

cium, quod est prohibitum *ex reg. lex. in l. nemo potest mutare ff. de reg. iur.* & ita decisum refert *Mart. decis. pisana. 130. Pellis. ad consuet. Auerf. cap. 8. num. 185. Cacher. decis. pedam. decis. 159.*

- Duodecimo limitatur quando secundus creditor offert suum debitum primo, quia tunc primus non potest, nec vendere pignus, nec variare contra fideiussorem, *Marsill. in tract. de fideiussorum num. 18. Cepol. caut. bel. 138. in cap. ego ad tibi.*

- 156 Decimotertio, limitatur quando non inuenitur iustus emptor, & sic non sunt vendenda bona magni valoris pro paruo pretio, ut notat *Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 4. num. 6.* & bona illa tradenda sunt creditori extimata *l. magis 5. S. item prator ff. de reb. eor. Bar. in l. alio num. 14. ff. de aliment. legat. Fulgos. in dist. l. creditor ff. de distract. pignor. Afl. decis. 358. num. 4. Roland. conf. 32. nu. 33.*

- 157 Decimoquarto, limitatur quando creditor conuenit suum debitorem coram vno iudice, & postea de eadem re intendat conuenire coram alio iudice, non potest, quia iam elegit, & obstat ei litis pendencia, nam pendente lite non potest creditor de eadem re coram alio proponere; *Socc. sen. conf. 78. num. 7. vol. 3. Marcellus Marcius sapien. issimus Confiliarius Neapolitanus, & aduocatus primarius memoria cuius semper viuit in suis consil. conf. 47. num. 24. Quintil. Mandos de inhibitoriis quest. 49. Suarez in repet. l. post rem iudicatam in declaratione legum Regn. S. circa iudicem num. 16. cart. mibi 582. & ibi addentes in lit. C.*

- 158 Decimoquinto limitatur, quod creditor conuenit principali, non potest conuenire fideiussorem, cum lis pendeat cum principali, ista litis pendencia procedit fideiussoribus, *Gramm. conf. 170. in ciuil. Magon. decis. 91. num. 10.* & lis dicitur pendere statim per libelli oblationem, & per solam citationem, *cap. 2. ut lite pendente, Seraphin. decis. 316. num. 4. Cap. ut de bitus de appellat. ubi glos. element. 2. ut lit. pendente. l. 1. C. quando lib. princip. dat. docet glos. in cap. relatum vers. contestata de off. deleg. pract. Papiens. in forma responsiones rei in verb. exceptiones litis pendenciae, Guid. Pap. decis. 437. & 448.* & lis dicitur etiam si est intentata actio Realis, quam personalis, *l. litis nomen ff. de verb. oblig.* Alia opinio est, quod lis dicitur pendere in toto progressu iudicii primae instantiae, usque ad sententiam, *Alex. in l. fin. ff. de eo per quem, Imo, & per sequestrum dicitur pendere litem, Cauale. decis. 4. nu. 9.*

lib. 1. Barrell. super pragm. odialitium §. 2. glof. 1. num. 50. Perogr. conf. 26. conf. 12. Menach. de arbitr. Iudic. casu 202. Cassad. decis. 6. num. 4. & 14. Lancell. de attentat. p. 2. in prafat. cap. 4. num. 1. Mascard. late conclus. 984. LeL. Zanch. in tract. de priuil. Eccl. priuil. 105. num. 3. Bartolin. in tract. de subrept. rescript. qu. 8. §. 6. ar. 9. Franc. Marc. decis. 248. num. 1. lib. 1. Neuizan. consil. 98. num. 19.

Decimosexto limitatur, quando cre-
ditur incepit agere ordinariæ cum iu-
dicio ordinario, quia non potest relicta
via ordinaria transire ad viam execu-
tiuam, Galter. de liquidat. instrument. 3. p.
princ. num. 8. fol. mi 159. Nouar. in prax. da-
tion. insolutum quæst. 6. sect. 1. Monter. de-
cis. 22. & Masfrill. decis. 157. ex quo sibi
obstaret exceptio litis pendentia, Ca-
uale. decis. 1. num. 14. 16. & 17. lib. 1. Mart.
de iurisdict. par. 4. centur. 2. casu 177. num. 3.
Masfrill. decis. 157. num. 1. qui testatur de
communi Scacc. de Iudic. cap. 62. num. 33.
& cap. 76. num. 9. vers. & quidem vide-
tur, Giurb. decis. 74. num. 11. & decis. 105.
num. 53. Gratian. disceptat. forens. cap. 118.
num. 49. & num. 50. Macerat. resolut.
29. num. 8. Farinac. decis. Rotæ Roman.
720. num. 1. Surd. decis. 92. num. 13. Ber-
zacch. in suo reper. or. in verbo guarentigia
executio num. 30. Frecc. in suo tract. de
presentat. instrum. par. 4. num. 3. Dummo-
do non adit clausula in instrumento,
vt pro debito possit agere ciuilitè, iux-
ta ritum, & quod vna via electa liceat
variare, & quod vna actio per aliam nõ
tollatur Frecc. par. 9. quæst. 9. Galter. ubi
supra.

S V M M A R I V M.

- 1 Consilium hominis non potest providere ad-
uersus casus, qui fortuito accidunt.
- 2 Casus fortuiti dicuntur rei inopinatae euen-
tus.
- 3 Fortuna quid sit.
- 4 Pactum valet, & tenet inter contrabentes,
vt vnus ex contrabentibus à se casus præ-
stetur.
- 5 Suscipiens in se casum fortuitum, ad impos-
sibile se obligare videtur.
- 6 Renuncians expressè casui fortuito, habetur
ac si promittat se velle teneri, etiam si nan-
possit.
- 7 Casus fortuiti possunt renunciari.
- 8 Renuncians casibus fortuitis, excusari non
potest.
- 9 Conductor ex sua renunciatione tenetur ad
casus fortuitos.
- 10 Renunciatio casuum fortuitorum, non compre-

hendere casus insolitos, & inopinatos.

- 11 Renunciatio facta de casibus fortuitis cum
clausula Ex, quacunque causa, quæ dicit,
vel excogitare possit, talis clausula, non
facit comprehendere, casus valde inopina-
tos, & insolitos.
- 12 Suscipiens in se omnes casus fortuitos, adhuc
non suscepisse, videtur casus, qui nunquam
consueti fuerunt euenire.
- 13 Casus insoliti, & inopinati, qui dicantur.
- 14 Casus insoliti, & inopinati, nunquam veni-
re videntur, in renunciatione casuum
fortuitorum, dummodo verba non sint
adeo pragnantia, quæ illorum casuum in-
solitorum significationem importarent.
- 15 Vis dispositionis in genere, eadem operatur,
ac dispositionis in specie.
- 16 Remissio mercedis, an est facienda condu-
ctori, impedito vii re conducta, propter ca-
sum insolitum.
- 17 Locator, tenetur tradere rem locatam con-
ductori.
- 18 Locator, quando poterit discedere à locatione.
- 19 Conductor intelligitur conduxisse, cum
clausula, vt possit vii, & frui re conducta.
- 20 Solutio pensionis cessat, quotiescumque ces-
sant fructus.
- 21 Conductio semper intelligitur, sub tacita
conditione fructuum recolligendorum.
- 22 Locator, tenetur conductorem defendere
& non sufficit rem locatam tradere.
- 23 Remissio mercedis, an sit facienda pro rata
temporis, vel quoad utilitatem, quam ex
eo tempore percipere potuisset ex re loca-
ta, & quid si comoditas consistit in certis
mensibus.
- 24 Mora certi temporis, an faciat oriri obli-
gationem ad interesse totius temporis.
- 25 Rata temporis tunc attenditur, quando cõ-
currit aequalitas temporis, & portio co-
modi.
- 26 Vis conductionis est attendenda in remis-
sione mercedis, quam tempus.
- 27 Remissio mercedis non debetur, quando dõ-
num est modicum, vel quando in vno an-
no successit sterilitas, & deinde alio anno
vbertas.
- 28 Contrariorum eadem est disciplina.
- 29 Augumentum proueniens ab inopinatu ca-
su, tanquam à contrabentibus non præui-
sum debet omninò esse exceptum.
- 30 Conductor potest in contractu renunciare
remissionem mercedis, & ab illa excludi
stante renunciatione.
- 31 Renuncians casibus fortuitis videtur illis
tantum casibus renunciasse, qui generali-
ter, & communiter accidunt.
- 32 Factum Principis nullo modo priuatis per-
sonis nocere debet, & contrabentes sunt
exempti.

- 33 *Qua de oua emergunt, nouo indigent auxilio.*
- 34 *Factum Principis non connumeratur inter casus fortuitos, & est facienda remissio mercedis.*
- 35 *Factum Principis dicitur casus fortuitus cuius imperio resisti non potest.*
- 36 *Autoritas superioris in qualibet promissione reseruata censetur.*
- 37 *Facto Principis renunciare non potest.*
- 38 *Euctio, an habeat locum in contractu, ubi interuenit postmodum factum Principis.*
- 39 *Detrimentum causatum ex facto principis, non cadit in damnum venditoris.*
- 40 *Periculum semper spectat ad emptorem.*
- 41 *Euctio, an locum habeat, quando diminutio rei succedit ex tempore.*
- 42 *Euctio non habet locum, quando sciuerit id, quod a Principe facturum esse.*
- 43 *Casus fortuiti ad conductorem spectant, & post perfectam venditionem ad emptorem pertinent.*
- 44 *Factum Principis proueniens in pecunia depositata in publico banco, cuius periculo sit venditoris, an uerò emptoris.*
- 45 *Casus fortuiti, quando ante traditionem, & perfectam venditionem contingunt, tunc periculum ad venditorem spectare uidentur.*
- 46 *Pactum ualeat, ut conductor soluat pensionem, siue mercedem omni exceptione remota etiam perempta re.*
- 47 *Renunciens potest suscipere periculum casus fortuiti.*
- 48 *Remissio mercedis, an debeatur vendita gabella, cum commodis, & incommodis.*
- 49 *Suscipiens in se omne periculum, non tenetur de casu fortuito.*
- 50 *Contractus conditionis natura est, non uenire casus fortuitos, nisi specificè, & expressè opponantur.*
- 51 *Suscipiens in se omne periculum, non uidentur renunciare casibus fortuitis.*
- 52 *Verbum periculum est generale, continens leuissimam culpam.*
- 53 *Periculum quidem est genus, casus est species.*
- 54 *Suscipiens periculum, non tenetur de casu.*
- 55 *Periculum suscipiens potest referri ad aliam speciem, quam ad casus fortuitos.*
- 56 *Conductor suscipiens periculum operis, non tenetur, nisi de periculo, quod contingit saltem ex culpa leuissima, non de eo, quod contingit ob casum fortuitum.*
- 57 *Clausula omni legum, & iuris auxilio, quid operetur in renunciatione posita.*
- 58 *Clausula omni legum, & iuris auxilio operatur renunciationem omnium exceptionum, sed etiam renunciationem beneficiorum competentium, tam de iure, quam municipali.*

- 59 *Clausula omni legum, & iuris auxilio, non solum operatur in homine suo beneficia renunciante, uerum etiam in muliere, circa suum beneficium, tanquam de eo bene certiorata, & maximè, quando se obligat pro tutela.*
- 60 *Clausula omne iuris, & legum auxilio, non operatur, neque supplet, & purgat errorem, & ignorantiam contractus, cum operatur tantum, circa id, quod agitur: non autem casum peritus diuersum.*
- 61 *Renunciens cum clausula omni legum, & iuris auxilio, quid renunciaffe uidetur.*
- 62 *Renunciens cum clausula omni legum, & iuris auxilio censetur renunciaffe omnibus casibus fortuitis, uerum etiam, & insolitis, & inopinatis, etiam casibus belli.*
- 63 *Conductor, quando teneatur denunciare locatori casus fortuitos, pro obtinenda remissione mercedis.*

CAPVT XV.

Renunciens cum clausula Omne legum, & Iuris auxilio, an censeatur, renunciaffe casibus fortuitis.

I



Vohiam nullum hominum consilium aduersus casus, qui fortuito accidunt prouidere potest, l. 2 §. si eo tempore ff. de administrat. rer. ad Ciuitat.

pertin. l. que fortuitis, C. de pignor. action. l. in reb. in princip. ff. commod. Paul. de Cast. in l. sed & si quis §. quæsitum ff. si quis caution. cap. fin. de homicid. Menoch. conf. 835. num. 5. nam nemo diuinare tenetur, l. si fideiussor §. si cum debitor ff. mandati, l. si procurator ff. ad legem Aquiliam cap. 1. ut Eccles. benef. sint diuin. l. penult. C. de usufruct. l. fin. C. de prescript. 30. vel 40. annor. & ibi latè Petr. Gregor. in lib. 21. syntagm.

- 2 *iuris, cap. 12. num. 1. in tit. de action. unde casus fortuiti dicuntur rei inopinatae euentus, Aristot. 2. physicor. tex. 61. & fortuna apud Laëtant. diuinarum insti. lib. 3. cap. 29. est accidentium rerum subditas, atque inopinatus euentus, & secundum aliquos Philosophos, quod aliud non est, nisi causa efficiens, ordinata ad effectum intentum; atqui raro contingit planè casus fortuiti diligentissimo, cuique contingere possunt, l. uerum §. neque ff. de*

mino.

minorib. Imo multo magis, quando diligentia est exacta, aduersus casus, minime proficit, *l. si ea res in princip. ff. de Actio. empt. l. ad eos ff. commod. l. si uendita ff. de pericul. & commod. rei uendit. Castrenf. in l. interdum num. 7. ff. de iudic. Ias. in §. sed iste num. 49. Instit. de action. Crauetta cons. 957 num. 30. & non modo casus fortuiti praeuidere non possunt, verum etiam illis praeuisis resisti non potest; *dicta l. in rebus & l. ex conducto §. 1. ff. locat. Cephal. cons. 258. num. 18. Ias. de Actio. in §. sed iste num. 49.* Imo ne quicquam culpa alicuius adscribi possunt casus fortuiti, ut *Bah. in l. qua fortuitis C. de pignor. act. de Marin. cap. 201. num. 6. Ludou. à Peguer. decis. Sathalon. 214. num. 14.* proinde casus dicitur etiam vis maior, *l. si cum uenderet in fine ff. de pignor. action. l. 1. ff. commod.**

4 Ex hoc usque pactum valebit, & tenet inter contrahentes, ut unus ex contrahentibus à se casus praestetur, *l. impossibilium, l. verum ff. de regul. iur. l. impossibilis ff. de verbor. obligat.* siquidem suscipiens in se casum tenetur ad impossibile, & ad illud obligatur, atque ad id uti nullo hominum consilio occurrere potest, *d. l. 2. §. si eo tempore, & d. l. que fortuitis.*

6 Nam renuncians expressè casui, proinde habetur, ac si promittat, se velle teneri, etiam si non possit; *Bart. in l. sed & si quis §. quaesitum. opposit. 3. ff. si quis cant. ubi Bal. in secunda opposit. Cyn. in l. impossibile circa finem ff. de regul. iur. e quidem non videtur, ut quis pacto patiatur iacturam, ob casum contingentem, absq; culpa sua, circa rem cuius alter habet dominium, ut inquit Lopez de contract. lib. 2. capit. 27.*

7 Et quod possit quis casum fortuitum pacto recipere; & ipsis renunciare adest *text. in l. si quis fundum in principio, & ibi DD. in l. item queritur §. si gemma, l. opus quod auersione ff. locati, l. iuris gentium §. item si quis pactus sit, & §. si paciscar ff. de pactis, l. si res pupillaris ff. de administrat. tutor. l. si certo §. nunc videndum vers. certe si hoc ff. commod. l. 1. §. sepe euenit ff. de posit. l. pomponius ait ff. de pact. dotal. Capit. bona fides §. vero de deposito, cap. 1. de comod.*

8 Neque enim qui casibus fortuitis renunciauit excusari potest, quandoquidem conuentio spontanea, legem facit, iurique beneficium tollit, *l. sicut commoda, & ibi Paul. in l. sicut C. de Actio. Petr. Gregor. Tholos. in lib. 21. syntagm. cap. 1. tit. de necessitate conuention. num. 4. & ad considerationem illius verbi, spontanea tradit I. C. quod in omnibus rebus per quas dominium transfertur, omnino accede-*

re debet affectus contrahentium, siquidem conuentio nulla est, *l. in omnibus 54 C. de action. l. fin. C. qua res pignor. obligar. poss. idem Petrus Gregor. num. 3. sequitur Arias Pinell. in l. 2. par. 1. num. 26. C. de rescind. vendit. vnde potest cōductor, qui alias de casibus fortuitis non tenebatur ex sua renunciatione obligari ad ipsos casus fortuitos praestandos l. si quis fundum in principio ff. locati, l. licet ubi Alber. col. 2. C. eod. Bart. in l. si merces §. vis maior nu. 6. ff. locat. Gozzad. cons. 74. num. 16. Mozz. de contract. tit. de locat. & conduct. num. 51. Valasq. de iure empbit. quaest. 77. nu. 34. Gajl. obseruat. 23. nu. 17. lib. 2. Gomez cap. 3. nu. 19. vers. item quaro de locato.*

10 Nec ad alios casus se obligare videtur qui expressè casibus fortuitis renunciauit, cum talis renunciatio, non comprehendere videtur casus insolitos, & inopinatos, *l. si stulas §. fin. ff. de contrahend. empt. dicit Angel. in cons. 176. permittendum Bald. in cons. 145. casus talis est, col. 2. in 3. vol. Fulgos. cons. 193. Alex. cons. 107. perspetis verbis col. 4. vers. non obstat, quod dominus in 3. vol. refert, & sequitur D. Iacobus Mandell. de Alb. in suo cons. 1. num. 4. Ioann. Baptista Larrea in suis fiscal. allegationib. allegat. 31. num. 31. lib. 1. Menoch. cons. 27. num. 18. cum sequenti, D. Castill. in suis controuers. tom. 3. cap. 3. num. 80. Anchar. cons. 402. Larrea in allegat. 17. num. 4. Ferrett. respons. 15. Pinell. in l. 2. C. de rescindend. vendit. 1. par. cap. 3. nu. 26. Gomez. tom. 2. variar. cap. 3. num. 26. Corras. lib. 1. Miscell. cap. 19. Valasq. de iure empbit. q. 27. Ceuall. commu. contra commun. quaest. 702. D. Ioann. de Castillo lib. 3. controuers. cap. 3. Morl. in empt. tit. de locat. quaest. 1. num. 19. cum aliis per Hermosill. in l. 3. tit. 2. par. 3. glos. 8. num. 2. Alex. cons. 107. num. 16. lib. 3. Vrsill. ad Affl. decis. 258. Guid. Pap. decis. 620. Ioan. Franc. à Ripa in tract. de peste vers. venio ad secundam partem num. 22. & 23. Socc. Sen. cons. 44. num. 4. vol. 1. Mozz. in tract. de locat. & conduct. vers. Accidentalem in hoc tract. n. 1. & 6. Marsil. in singul. 615. Aegid. Bos. in tit. de remissione merced. num. 40. & seq. l. excepto C. locat. litem queritur 14. §. exercitum, l. habitatores 3. §. fin. l. si fundus 36. ff. locat. l. quod si domus 31. §. idem iuris esse ff. locat. Capyc. decis. 98. num. 1. Guid. Pap. decis. 630. Affl. & Vrsill. decis. 258. plenè Couar. praest. quaest. cap. 30. per totum Crauet. cons. 95. & 233. pulchre Anchar. in cons. 402. Iac. Macchell. in patrocin. 6. num. 2. latè Franc. Becc. cons. 31. per totum, & plenissimè D. Ioan. de Castill. in 3. lib. quotid. controuers. cap. 3. nu. 80. cum seq. & quod magis est si non solū*

11 renunciauit casibus fortuitis ex quocū-

- que causa, quæ dici, vel excogitari possit adhuc talis clausula non comprehendit casus valde inopinatos, & insolitos; vt *Alex. cōf. 107. perspektis verbis col. 4. vers. non obstat quod dominus in 3. volu. eruditè Andr. Sicul. in cōf. 21. col. 5. vol. 2. Alex. cōf. 28. num. 10. vol. 1. ibi ex inuidia, contrariū verius, quia nunquam suscipiens in se*
- 12 omnes casus fortuitos, adhuc nō suscepisse videtur casus qui nunquam con-
fecti fuerunt euenire, puta aliqua magna siccitas, vel alia similia, vt fuit incendium Montis Vesuei, propè hanc nostrā fidelissimam Ciuitatem in anno 1631, 16. Mensis Decembris, *Bar. in l. sed si quis §. quæsitum ff. si quis caution. idem Mandell. in dicto cōf. 1. num. 5. Moz. de contract. in tit. de locat. & conduct. in verbo accidentalia num. 6. etiam si fuerit dictum in tali contractu de omnibus quæ imaginari possunt, vel ex quacumque causa dici, vel excogitari possunt Stracchà de asscuracione glos. 15. nu. 9. dixit non teneri Alb. in d. cōf. 1. num. 4. Purpurat. cōf. 466. num. 4. & 30. Crau. cōf. 718. num. 13. & 14. Becc. cōf. 82. num. 11. Surd. cōf. 61. num. 65. & cōf. 339. num. 35. lib. 3. per tex. in l. ex conducto §. 1. & l. si merces §. maior ff. loc. Bar. in l. cotem §. qui maximos ff. de public. Cyn. & DD. in l. licet C. locat. late Alex. in d. cōf. 28. lib. 1. num. 12. Ang. cōf. 179. Alex. in l. stipulatio ista col. fin. ff. de verb. oblig. Bal. cōf. 372. lib. 3. Crauet. cōf. 95. Dec. cōf. 7. & cōf. 430. 632. Imq. cōf. 84. Aret. cōf. 8. in fin. Dec. cōf. 379. Alex. cōf. 59. lib. 1. & adhuc si in illa renunciacione interuenisset iuramentū, *Bertran. cōf. 28. lib. 1. cū iuramentū non trahitur nisi ad illos casus ad quos traheretur renunciatio non iurata DD. in d. §. quæsitum, cū iuramentū nō trahitur ad casū insolitū, & incogitatū, c. ueniens de iur. iur. & c. cū inter de renunc. Bald. in cap. 1. de controu. feud. inter par. tert. Alex. late in cōf. 28. lib. 1. num. 12.**
- 13 & propriè verò qui dicantur casus insoliti, & inopinati, optime tradit idem *Mandell. de Alb. in dicto cōf. 1. num. 8. & illi dicuntur, qui à mille annis circa, non contingit, quæ sententia fuit Bar. in l. scio §. Medico in fine ff. de annuis legat. quam sententiam sequutus fuit Corn. in cōf. 231. vol. 2. & in cōf. 12. vol. 4. Ias. cōf. 107. col. 3. vers. tertio respondendum uol. 1. Rube. cōf. 153. num. 2. & quid si minus mille annorum, dicatur casus insolitus, plenè *Gratian. de hoc discurrens cōf. 94. num. 48. Seraph. de priuileg. iurament. priuileg. 106. num. 5. qui affirmatiuè concludunt, verum de tot opinionibus relatis à Vincent. Caroc. de locat. & conduct. quæst. 9. per totam, pla-**
- cet, & illi assentior opinioni *Alex. in cōf. 31. col. 4. vol. 2. & cōf. 108. col. penult. uol. 3. Ias. in l. sed si quis §. quæsitum ff. si quis caution. concludentis, quod ille dicitur casus insolitus, & valde inopinatus, qui raro aut nunquam euenire solet.*
- 14 Igitur isti casus insoliti, & valde inopinati, nunquam venire videntur in renunciante casuum fortuatorum, & comprehendendi, dūmodo verba non sint adeo prægnantia, quæ illorum casuum insolitorum significationem importarent; vt late *Caroc. ubi sup. in quæst. 10. per totam, Ioann. Bapt. Larrea in suis allegat. allegat. 19. num. 6. Bar. in l. si de certa C. de transact. & l. cum aquiliana ff. eodem, communem dixit Bertran. cōf. 172. num. 4. uol. 3. Anton. Gabr. de regul. iur. conclus. 4. num. 13. cum*
- 15 eadem operetur vis dispositionis in genere, ac dispositionis in specie, *l. qui Iure militari, ff. de milit. testam. DD. in l. sub pretestu, & Angel. in l. tres fratres, ff. de pact. Alex. cōf. 87. uol. 3. Afflic. decis. 44. uol. 11.*
- 16 & sic concedenda omnino videtur remissio mercedis, cum conductor impediatur vtire conducta propter casum insolitum superuentum, & sic de iure conductor non tenetur ad pensionem, seu affictum, & contractus statim dissoluitur, ab vtroque parte, dum res sit perempta casu insolito, absque culpa conductoris, cum locator habeat facultatē
- 17 tradendi rem locatam conductori, ad *tex. in l. item queritur, S. exercitiū, l. haberes §. fin. & l. si fundus §. fin. ff. locat. sequitur Surd. cōf. 400. num. 12. & sequenti uol. 3.*
- 18 omnino uidentus, qui etiam ex alijs docet, quod si locator non potest vtire tota re conducta, sed tantum pro parte, adhuc poterit conductor à contractu discedere, quoniam vnica est locatio facta, pro vnico prætio, ut optime *Berou. cōf. 140. num. 13. usque ad 15. uol. 1. & Alciat. cōf. 43. num. 7. & cōf. 116. lib. 8.*
- 19 quia conductor non conduxit partem rei conductæ, & quando conduxit eam clausula, & cum conditione, quod semper salua remaneat substantia rei, quatenus oporteat præstari rem cōductoris; vt illa frui possit, pro ut est *tex. in l. ex conducto 16. ad fin. vers. sed si ager terremotu, ff. locat. Bar. in l. si vno 17. §. ubicumque tamen, post medium, vers. quandoque allegat fundi, et in l. si merces 28. §. uis maior col. ult. in principio num. 6. vers. quandoque colonus allegat. ff. eod. late D. Ludou. à Pegner. decis. Cathalon. 214. num. 1.*
- 20 Præterea quotiescumque fructus cessant, cessat è quoque solutio pensionis, ita cumulatis omnibus refert *Stephan. Gra-*

Gratian. discip. forens. tom. 3. cap. 334. n. 33. cum sequenti, & late de hac materia in *tomo 1. cap. 195. per totum*, quia semper
 21 censeatur facta conductio sub tacita conditione fructuum recolligendorum, & quia ex causa superuenienti, receditur à iuramento præmissio, & aliis legitime celebratis, quasi contractum sit, sub ea conditione si res in eodem statu remanserit, & *num. 36.* & semper concluditur, quod conductor in tali casu liberatur, tanquam si sit finitus contractus, & maxime quando deficit substantia rei, idque affirmat in *cap. 557. num. 61. cum sequenti*, inherendo notabili decisioni Rotæ Romanæ in proprijs terminis, & sic his statibus dissolvitur contractus ab utraque parte, & locator non tenetur ad rem, nec conductor ad pretium, cum necessario cessat ab utraque parte obligatio, maxime quando perit sine culpa locatoris, late de hac materia, & doctè more suo dixit *Imol. in cap. potuit num. 4. versio. facit, quod habetur in simili de locat. ubi ait, quod res conducta, si perimatur cessat obligatio, quia cessat usus ex parte conductoris, & patientia ex parte locatoris, ut Imol. in conf. 39.*
 22. Quod autem, nedum teneatur præstare patientiam, quando conductor utatur, & fruatur re conducta, verum etiam tenetur dictum conductorem in possessione rei locatæ defendere, adeo quod non sufficiat, quod rem tradiderit, nisi curet, quod apud eum sit toto tempore conuento, & patientia debet esse successiva, *glos. Bart. & alij in l. corruptionem C. de usufruct. Bart. & Castrenf. in l. si ita domum ff. locat. Alex. in conf. 111. col. 2. vol. 1. Socc. conf. 156. num. 10. vol. 2. Ofasc. in decis. 51. per totam refert idem Ludov. à Peguera in dicta decis. 214. num. 3. l. quægro §. inter locatorem ff. locat. Gacheran. decis. Perlamont. 90. Versill. decis. 233. num. 4. Marsil. si. gul. 293. Dec. conf. 421. Roland. à Vall. conf. 59. lib. 4. & conf. 99. num. 6. lib. 4. Nat. conf. 360. lib. 2.*
 23. In remissione autem mercedis vnum notandum est, an facienda sit talis remissio pro rata temporis, vel quo ad utilitatem, quam ex eo tempore percipere potuisset, ex re locata, si conductor non fuisset impeditus, qua in re remissio fieri debet solum pro eo tempore, quo conductor prohibetur frui, re conducta, *l. si quis domum, §. 1. l. si quis fundus §. imperator ff. locat.* tamen quando totius anni utilitas, & comoditas consistit incertis mensibus, atque in certa temporis parte, tunc impeditus pro illa parte

temporis, consequitur remissionem pensionis, pro toto anno, proinde ac si toto anno fuisset impeditus, ita determinavit *Socc. conf. 88. in 3. quæst. vol. 1. moventur per text. qui bene probat in l. & ideo habetur ff. de verbor. obligat. ubi DD. omnes, quo cum l. si stipulatus essem ff. eod. tit. dicunt, quod etsi tantum temporis restituendum sit, quantum abstulit impedimentum, tamen fallit quando impedimentum certi temporis abstulit totius temporis comoditatem, allegatur
 24. *Bart. in l. 2. ff. de annuis legat. ubi vult, quod ob moram certi temporis, oritur obligatio ad interesse, totius temporis, quando ea mora abstulit totius temporis utilitatem; ut in simili dixit Imol. in l. diuortio in princip. ff. solut. matrimon. sequitur Bald. in l. ades num. 9. C. de locat.*
 25 & dixit, quod rata temporis, tunc attenditur, quando concurrat æqualitas temporis, & portio commodi, secus verò quando non subest aliqua proportio, & sic remissio pro toto anno erit facienda, quia conductor dicitur verè impeditus pro fructibus totius anni, & proinde est, ac si toto anno fuisset impeditus, &
 26 propterea *Bal. in conf. 145. vol. 3. temporis utilitatem considerat, quia in remissione mercedis plus attendimus usus conditionis, quam tempus, ut per Bart. in d. §. item cum quidam nu. 1. qui enim conduxit respexit principaliter ad utilitatem; quæ in vna parte temporis percipi solitum est, ideo illa cessante videtur in totum cessare usus rei, cū ad aliud conductio facta non fuerit; ut per Castrenf. in l. cum in plures in princ. ff. loc.*
 27 Verum quando damnum, quod colono propter casum fortuitum inferitur est modicum, tunc non debetur mercedis remissio, quia licet colono, vel conductori, non debet esse damno; si plusquam tollerabile est, l. si fuerint fructus, tamen quando damnum modicum est, equo animo colonus ferre debet, imò etiam si in vno anno successit sterilitas, & deinde alio anno successit vbertas magna, colono non debetur remissio mercedis, quia illa magna vbertas, quæ in illo anno successit recompensatur, cum illa sterilitate primi, vel secundi anni, & si conductor in illo anno sterili remissionem habuisset poterit exigere, ut dictum est à *Peguera dicta decis. 214. num. 29. addent. Guid. Pap. decis. 630. sub verbo, quod sic Egidius Boss. in suo tract. siue tit. de remiss. merced. num. 35. Castrenf. in l. ex conducto 16. §. si quis tempestatibus ff. locat. Host. in summa de locat. & conduct. vers.**

vers. propter sterilitatem num. 7. Mozz. in tit. de locat. & conduct. num. 26. ex quo dico, quod sterilitas ad hoc, vt competat remissio mercedis quanta esse debeat, plures sunt opiniones, vna est Iudicis arbitrio, Bursat. conf. 11. in fine, vol. 1. Rolan. à Vall. conf. 86. vol. 3. Suarez com. opin. litt. C. num. 219. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. casu 76. num. 3. Barb. conf. 21. secunda opinio, quando conductor deductis expensis non valet dimidiam pensionis ex fructibus soluere, Capyc. decis. 88. Suarez com. opin. litt. C. nu. 220. & litt. S. n. 177. Ant. Gomez. Hispan. var. resol. de contract. cap. 3. num. 18. Aret. conf. 52. Arius Pinell. l. 2. cap. 3. num. 21. C. de rescind. vend. DD. in l. licet, C. de loc. Soccin. iun. conf. 68. num. 9. lib. 2. Hieron. Grat. conf. 161. num. 21. lib. 2. Bursat. conf. 709. num. 3. lib. 3. tertia opinio, vt vulgò sit estimandum Turzanus comm. opin. lib. 1. cap. 107. Grat. d. conf. 161. num. 6. Michael Grass. com. opin. lib. 1. cap. 14. q. 4. Alex. conf. 3. lib. 1. & conf. 107. nu. 18. lib. 3. quarta opinio, si fructus non ascendunt ad tertiam partem, Mozzius, vbi supra num. 12. Ruin. conf. 81. num. 3. lib. 1. Neuiz. conf. 90. num. 8. vers. quarta opinio, Fab. de Anna conf. 64. & 65.

Quod dicta sunt respectu coloni, circa mercedis remissionem, id autem dicendum omninò erit respectu conductoris circa magnam insolitam vbertatem, euenientè casu fortuito non per diligentiam coloni, vt contrariorum eadem sit
28 disciplina, l. & si contra in fine ff. de vulg. Bald. in l. penult. in fine C. de solut. Nat. conf. 44. Tiraquell. cessante causa par. 1. nu. 17. ad medium, Surd. conf. 458. num. 15. lib. 4. & hæc qualitas inter contrahentes seruatur, l. penult. in fine C. commun. diuid. Aym. conf. 70. num. 1. cum etiam illa solum in contractibus veniant, de quibus verisimiliter credendum est, partes cogitasse, DD. in l. fin. C. qua respignor. oblig.
29 post. vnde istud insolitum augmentum ab inopinatu casu proueniens, tâquam à contrahentibus non præuisum, debet omninò esse exceptum, Ias. in l. 1. nu. 29, col. 5. in fine, vers. istam licet communem, C. de iure emphyteut.

30 His omnibus poterit conductor renunciare, & à remissione mercedis excludi, & illa renunciatio valebit, & per consequens, conductor teneatur ad pensionis solutionem, ita probat text. in l. si quis fundum ff. locati, cuius verba hæc sūt, si quis fundum locauerit ea lege, vt si quid vi maiori accedisset, hoc ei præstaretur, patet standum esse, tex. in l. item quaritur, S. gemma eod. tit. ff. eod. tex. in l. iuris gentium,

S. si autem si quis pactus sit ff. de pact. teneat tex. in l. licet C. de locat. & conduct. & adde, quod si quis rem accipit suo periculo, idem est, ac fortuitis casibus renunciare, ita Bart. in l. si bis, qui ff. de acquir. rer. domin.

- 31 Ex hoc inde sequitur, quod renunciâs casibus fortuitis videatur illis, tantum casibus renunciaisse, qui generaliter, & communiter accidunt, nō autem illis censetur renunciaisse, qui raro, & de plenitudine potestatis contingere possunt, cum in renunciacione illorum, tale ius speciale non veniat in consideratione, quod ius est factum Principis, quod factum nullo modo priuatis personis nocere debet, ex tali succedente facto, contrahentes omninò exempti sunt, vt dixit Vincent. Carocc. de locat. & conduct. qua. 8. num. 71. fol. mibi 190. dixit Petr. de Ancharan. in conf. 414. ex text. in l. cum proponas C. de naut. fenor. quem text. singularem dixit Ias. in l. 1. colum. 2. in fine
32 C. de instit. & substit. ca. ratione, quia quæ de nouo emergūt de nouo indigent auxilio, l. de etate S. ex causa ff. de inter. act. cum similibus in glos. vbi allegat, & facit tex. in l. plane ff. vt in possess. leg. in fine.
33 Et talis casus fortuitus oriens ex facto Principis, non connumeratur inter casus fortuitos, vt Aym. conf. 95. num. 1. Anchbar. cōf. 402. Dec. conf. 335. Gratian. discept. forens. cap. 884. nu. 15. lib. 5. Bald. conf. 396. lib. 3. Alex. conf. 107. lib. 3. in materia remissionis mercedis; latè hanc materiam disputat Aym. & tener, quod omninò facienda videatur in tali casu, remissio mercedis conf. 402. Dec. in dicto conf. nu. 3.
34 lib. 1. cum factum Principis, casus fortuitus reputetur, imperio cuius resisti non potest, l. item si verheratum S. item si forte ff. de rei vindicat. l. apud Iulianum S. constat ff. de legat. 1. Bald. in l. falsus 19. n. 30.
35 C. de furtis, idèoque semper in qualibet promissione autoritas superioris reseruatã censetur, l. fin. vbi Ias. num. 6. ff. qui satis dare cogant. l. si quis maior num. 19. C. de transact. sequitur Gratian. lib. 3. discept. 37 cap. 520. num. 26. Tali autem casui fortuito prouenienti ex facto Principis renunciari non potest Aym. Crauett. conf. 233. Gratian. discept. forer. cap. 334. nu. 57. lib. 3. Anna alleg. 27. per totam, & alleg. 67. nu. 17. & quando casus oriens ex inobseruantia contractus à Principe gesto dixit Alex. in conf. 97. num. 4. qui insolitum casum dicit esse, & quod casus fortuitus oriens ex facto Principis, dicatur pœnitus insolitus dixit Afflict. in decis. 54. & ibi Vrsill. num. 2.

38 Ex quibus sequitur, quod nunquam in contractibus locum habeat euctio, quando accidit in tali contractu, ubi interuenit postmodum factum Principis, seu causa ex nouis legibus disponentibus circa deciforia, contra ius commune, cum illud detrimentum causatum;

39 & tali facto, Principis, seu ex quauis alia causa, non cadat in damnum venditoris, optimè Bald. in cons. 400. incipiente factum tale est. num. 4. lib. 4. sequitur Stephan. Grat. discept. forens. cap. 521. num. 24.

40 ad quod facit regula, quod semper periculum spectet ad emptorem, in specie dixit Iacob. Anton. de Mauro Auersanus in suis allegat. allegat. 107. num. 7. fol. mibi 309 per tex. in l. 1. C. de rer. permutat. ubi Bart. & Bal. & in l. si res ff. de euct. l. si cui ff. de seruit. l. quamquam ff. de ritu nupt. l. veteribus ff. de pact. mouentur DD. dicendo,

41 quod in isto casu, locum non habeat euctio, quia diminutio rei succedit ex tēpore, cui nullo modo euctio locum habere possit, vt Bald. Salic. Angel. & alii communiter in l. si familia C. fam. hercisc. Dec. in cons. 411. v. si, b. si que occuratē in fine num. 4. Ruin. cons. 7. num. 18. lib. 3. Roland. cons. 51. num. 19. lib. 4. laud. Becc. cons. 24. num. 34. cum sequenti, ibi, nec agitur ad pretij restitutionem, Bero. cons. 41. num. 48. lib. 1. Mastrill. decis. 61. num. 6. Rosental. de feud. cap. 9. num. 1. conclus. 54. nu. 17. cum sequent. fol. mibi 569.

42 Intellige prædicta, quando venditor non sciuerit id, quod à Principe facturum esset, nam quando scit, & tacens alienauit eo casu habebit locum euctio, propter casum insolitum proueniens ex facto Principis, quia in dolo videtur esse venditor, argumento eorum, quæ de sciente legem promulgandam tradunt DD. in progem. Gregor. & Menes. in l. constitutiones nu. 8. C. de iure, & fact. ignor. Sot. de iust. & iur. lib. 1. quaest. 1. art. 4. col. 2. in fine, sequitur Ioann. Anton. Mangil. in tract. de euct. quaest. 17. nu. 18. & in 9. 1. circa finem.

43 Casus enim fortuiti, si non expressi videntur, in contractibus semper ad conductorem spectant; sicuti casus fortuiti post perfectam venditionem ad emptorem pertinent, l. Lucius ff. de euct. l. 1. C. de pericul. commod. rei vendit. l. in C. de action. empt. sicut pecunia descripta in publico Banco non possunt aduersus venditorem ad illarum traditionem, seu pretij restitutionem licet tfortasse Principis facto, & dispositione ab ipsis aduocata fuissent, cum futuri casus ad emptorem pertinent, factum namque Principis fortuitus casus censetur, Affl.

decis. 54. nu. 2. Surd. decis. 326. num. 15. cuius imperio resisti non potest, Mancil. de euct. quaest. 17. num. 9. & facta futura sui incerta censetur, l. in omni ff. de iure, & facti ignor. & casus isti fortuiti, nec in contractibus bonæ fidei, & stricti iuris præstantur, l. commodati ff. commod. nā quando ante traditionem, & perfectam venditionem contingit, tunc proculdubio dicendum est periculum ad venditorem spectare, l. emptorem §. qui autem, & ibi glos. in verbo omnes, ff. de act. empt. & l. inter stipulantem in principio & ibi glos. in verb. habere ff. de verb. oblig.

46 Imò è quoque valebit pactum, vt conductor soluat pensionem, etiam omni exceptione remota, imò etiam re perempta, vt Surd. cons. 445. num. 17. quare potest conductor domus suscipere casum incendij, vel ignis, Ferrer. de re naturali lib. 7. num. 53. Eo similiter locator horreorum, qui de casu fortuito non

47 tenetur, l. 1. C. de locat. & conduct. potest renunciando suscipere periculum casus, l. ex diui in fine ff. locat. & remota omni exceptione non videtur renunciaffe casibus, Ripa de priuileg. contr. caut. post. num. 57. Surd. cons. 339. num. 18. voluit in fortioribus terminis Anchar. in cons. 402.

48 vbi vendita gabella cum suis commodis, & incommodis, ita quod nulla remissio haberetur ratione alicuius emergentis damni, tenet, quod nihilominus fiat remissio, si casus contingat incogitatus, & contra hominum spem facit, l. 1. §. sæpe euenit ff. de posit. l. litis §. 1. ff. de negot. gest. l. opus ff. locat. & ideo glos. & Bar. Alex. & Iaf. & alii in l. sedet si quis §. quaestum ff. si quis caut. concludunt, quod quis

49 suscipiens periculum, vel etiam omne periculum non tenetur de casu fortuito,

50 to, nunquam enim ex natura contractus conductionis venit casus fortuitus, nisi specificè, & expressè dictum sit, vt latè supra, & Ludou. Peguer. decis. Cathalon. 214. num. 13.

Item ex pacto autem, quod siue lucrum, siue damnum sequeretur cederet conductoris commo, vel incommo, non conferret conductor suscipere casum fortuitum, Surd. decis. ult. num. 49.

51 Item suscipiens in se omne periculum non videtur renūciare casibus fortuitis, glos. magna in dicto §. quaestum, sicut si diceret periculum tantum; & ibi Bart. nu. 3. cuius distinctio sequitur Castrens. ibi num. 6. & alii licet Ant. Gomez. tit. de locat. & conduct. nu. 19. contrarium dixerit, vt per Guttier. de contract. iurat. dicto cap. 24. num. 10. Bart. in l. 1. C. que res pignor. obligat. poss. num. 3. Argument. d. l. 1.

- & l. opus in fine ff. locat. Puteus decis. 19. lib. 3.
- 52 Nam verbum periculum est generale continens etiam leuissimam culpam, sanè suscipiens periculū, non videtur suscipere casus, cū referri possit ad aliud, quā ad casus l. Titius num. 3. ff. de liber. & possib. Seraphin. conclusionē 12. vers. quarto ampliatur, Fulgos. conf. 193. num. 3. Surdus decis. ult. num. 50. Ripa l. si unquam nu. 10.
- 53 C. de reuocand. donat. Periculū quidem
- 54 est genus, casus verò est species, atque ideo suscipiens periculum non tenetur
- 55 de casu; siquidem periculi susceptio referri potest ad aliam speciem, quam ad casus fortuitos, Alber. dicto §. quaesitum num. 15. Crot. in repet. capit. Naviganti in princip. de usur. Surd. conf. 61. num. 61. vbi inquit, ita communiter teneri Valasg. de iure emphyt. quaest. 27. nu. 36. Grat. conf. 94.
- 56 num. 49. lib. 2. quapropter conductor suscipiens periculum operis, non tenetur nisi de periculo, quod contingit saltem ex culpa leuissima, nō eo quod contingit ob casum fortuitum, Fulgos. in l. opus, quod num. 1. ff. locat. & in dicto §. quaesitum num. 10. Gratian. conf. 94. num. 49. & quod suscipiens periculum non tenetur de casu, Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 100. circa finem.
- 57 Hæc omnia, quæ procedunt in expressa renunciatione contineri possunt in vno tantum verbo, quod verbum idem operatur, ac si expressè omnibus renunciasset beneficiis, & est quando renunciat cum clausula, omni legum,
- 58 & iuris auxilio, quæ clausula non solū operatur, quod censeatur renunciatum omnibus exceptionibus, quæ possunt, ac possent ipsi renuncianti competere; vt dixit Alex. conf. 42. nu. 13. lib. 1. conf. 11. num. 14. vers. pondero lib. 2. Marfil. in rub. de fideiuss. num. 25. Aret. conf. 104. num. 9. Roman. conf. 151. num. 2. vers. 1. cum renunciauerit, Mart. in tract. de clausul. clausul. 136. num. 1. & num. 17. sequitur Hippol. in dicta rub. de fideicommiss. num. 25. Ruin. conf. 1. nu. 21. lib. 1. Riminald. iun. conf. 587. nu. 28. & sequenti, Bertazzol. de claus. glaf. 6. num. 7. Imò non solum operatur renunciacionem omnium exceptionū, verum etiam renunciacionem beneficii, siue beneficiorum competentium, tam de iure ciuili, quàm de iure municipali, vt superius suo loco diximus, & Hippol. cit. in d. num. 25. sequitur Barbof. de
- 59 clausul. claus. 133. nu. 3. Nec solum operatur talis clausula in homine suo beneficio renunciante, verum etiam operatur in muliere circa suū beneficium,

- tāquam de eo bene certiorata, vt Mart. d. claus. 136. num. 3. Tiraquell. in l. si unquam in prelat. num. 21. Bertaz. d. glaf. 6. num. 3. plura post Mart. scripsit Theodor. de rub. claus. 180. num. 3. Socc. conf. 180. n. 21. vol. 2. & in l. plerique 7. quaest. num. 40. & maximè quando se obligat pro tutela, vt dixit idem Barb. num. 4. Bald. in Authent. matris, & auia, C. quando mulier tutela officio fungi potest, & ibi Bart. num. 12.
- 60 nam si non certiorata illa clausula omni legum, & iuris auxilio non operatur, neque supplet, & purgat errorem, & ignorantiam contractus, cum operetur tantum circa id, quod agitur, non autem casum penitus diuersum, vt Paris conf. 20. num. 99. lib. 1. Alex. conf. 1. num. 13. vol. 6. Dec. conf. 180. vers. secundo non obstat col. penult. Socc. conf. 214. col. 6. & 7. vers. ex communi Theorica, & conf. 113. col. 2. & 3.
- 61 Igitur omnibus priuilegiis renunciās cum dicta clausula omni legum, & iuris auxilio censeatur renunciāsse, exceptis tamen tribus casibus, & primo, quod per dictam clausulam, non censeatur renunciāsse beneficio, l. si unquam C. de reuocandis donation. post Tiraquell. in prelat. d. l. nu. 22. & sequenti, dixit Theodor. de rub. sup. cit. clausul. 680. num. 27. Paris conf. 73. nu. 50. & sequenti lib. 2. Gabr. conf. 127. num. 39. lib. 1. Mart. in d. claus. 136. num. 21. sequitur Barb. cit. nu. 18. Roland. conf. 13. num. 14. & quando possit expressè renunciari huic beneficio videbis infra in cap. sequenti.

Limitant secundo DD. in l. 2. C. de rese. vend. cum per talem clausulam illi beneficio d. l. renunciātū non censeatur, vt Bart. in l. si quis cum nu. 22. ff. de verb. oblig. dixit idem Barb. num. 19. Mart. num. 23. Alex. conf. 42. num. 5. lib. 1. Tiraquell. vbi supra num. 127. Limitant tertio DD. in condit. indebit. quæ conditio non censeatur renunciata, vt dixit Mart. num. 20. Ias. in §. fuerat num. 77. institut. de action. & Barb. num. 2.

- 62 Non solum renunciāns cū tali clausula censeatur renunciāsse omnibus casibus fortuitis, verum etiam censeatur renunciāsse casibus insolitis, & inopinatis ex illa ratione, quod censeatur renunciāsse etiam casui belli, cum casus belli reputatur inter casus fortuitos, insolitos, & inopinatos, vt dixit Philipp. Corn. in conf. 23. vol. 2. dicit Ripa in tract. de peste sol. mibi 27. secundam impressionem, vers. sed hic alia dubitatio, Mandell. de Alb. in conf. 1. num. 6. & quod per dictam clausulam censeatur renunciatum casibus insolitis, dixit Gozzad. in conf. 87. num. 13.

CAPVT XVI.

Renunciatio legis: si unquam C. de reuocandis donationibus an renunciari possit.



Vna donatio ipsa tum ex iuris rigore, tum etiam, ex recta consuetudine amoris, affectuque parentum in liberos, qui si futuros sibi ipsis prouidissent, aliis non donauissent, nec extraneis liberis, & posteritati eorum anteponeere videretur ob idque

- 1 ex ipsa dotati censentur filii, cum in donatione contineatur tacita conditio, si liberos postea susceperint, est text. expressus dicta l. si unquam C. de reuocand. donat. sequitur Oltrad. de Ponte conf. 238. per text. in l. cum acutissimi C. de fidei commiss. l. auus ff. de condit. & demonstrat. l. tale pactum §. ult. C. de pact. & talis tacita conditio,
- 2 semper suum locum vindicatur in qualibet donatione, etiam si minima fuerit, prout Philipp. Corn. in conf. quarto, incipiente dubia satis mihi volum. 3. Castrens. conf. 435. respondeo in principio lib. 1. num. 2. Ludouic. Roman. in conf. 269. non est dubium nu. 1. idem Philipp. Corn. in conf. 15. ex quo dictus num. 18. lib. 1. Alex. conf. 71. Consideratis lib. 4. pro communi testatur Clarus in §. donatio quaest. 22. in prima allegat. Ruyn. conf. 107. num. 22. lib. 1. & quod text. d. l. si unquam
- 3 procedat tam in donatione omnium bonorum, quam in quora, secundum Bald. in dicta l. si unquam Bal. & Salic. in l. 1. C. de inoffic. donat. Angel. Aret. conf. 24. Alex. conf. 71. vol. 4. Oltrad. conf. 338. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in Rubrica de donat. & in tit. de instrument. edit. S. porro, & in ultim. addit.
- 4 Et talis reuocatio ipso iure fit, & immediate per talem superuenientiam liberorum, quoniam sicut substitutio natiuitate filii rumpitur text. in l. a factio in principio ff. de vulg. & pupill. substit. ita etiam & donatio, prout Iul. Clar. in d. §. donatio quaest. 23. num. 8. uers. tertio fallit lib. 1. locum sibi vindicat etiam a quibusuis personis priuilegiatis, etiam a locis piis, prout dixit Bald. in conf. 215. lib. 5.
- 6 Talis. n. donatio reuocanda est usque ad legitimam liberorum superuenientium, vt tenet, & sequitur Marian. Socc. conf. 53 post num. 6. lib. 4. Florian. conf. 8. quaeritur an filius num. 8. Couar. lib. 1. resolut. cap. 19.

B b post

& conf. 54. nu. 9. Valasq. de iure emph. quaest. 27. num. 19. Roland. conf. 13. num. 8. Capoll. cautel. 48. sequitur Barbof. dicta claus. 133. num. 10. Mart. de clausul. dicta claus. 136. num. 6. Capyc. in decis. 87. num. 10. idem Roland de lucr. dotis num. 14. & sequenti.

63 Sed vnum aduertas pro complemento huius articuli, quod quando casus fortuiti essent notorii, non habebit necesse conductor cum denunciare locatori ad effectum obtinendi remissionem mercedis, licet regulariter requiratur denunciatio, Ioseph Ludou. conclus. vica tit. de iure employteut. & decis. 5. uers. primo casus, Dec. conf. 336. volum. 3. Ruyn. conf. 77. num. 2 vol. 5. Paris. conf. 111. nu. 95. volum. 1. Boer. decis. 40. num. 7. Socc. iun. conf. 104. num. 26. volum. 3. Menoch. conf. 120. num. 14. vol. 2. Caroc. de locat. & conduct. par. 3. tit. de remiss. merced. nu. 51. Tbesaur. decis. 108. maxime si perueniret ex facto tertii, notorii; vel ex culpa ipsius locatoris; quia tunc non esset necessaria denunciatio, seu protestatio, Ioseph Ludou. ubi supra, uers. & quod, & uers. & tamen; Menoch. conf. 55. num. 14. & 15. & conf. 120. nu. 15; volum. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex si unquam C. de reuoc. donat. semper tacitam habet conditionem si liberos non susceperit.
- 2 Conditio tacita si liberos non susceperit, semper intelligitur in qualibet donatione, etiam si minima fuerit.
- 3 Lex si unquam C. de reuocand. donat. procedit non solum in donatione omnium bonorum, verum etiam, & in quora.
- 4 Reuocatio donationis per superuenientiam filiorum ipso iure fit.
- 5 Substitutio natiuitate filiorum rumpitur, & vindicat sibi locum a quibusuis personis, etiam priuilegiatis, & piis.
- 6 Donatio an sit reuocanda in totum, vel saltem quoad legitimam, quando proceditur cum persona priuilegiata.
- 7 Monasterium sine ingressu monaci, non reputatur loco filij.
- 8 Lex si unquam C. de reuocand. donat. an renunciari possit.
- 9 Lex si unquam C. de reuoc. donat. an introducta sit fauore donantis, vel filiorum.
- 10 Fauor filiorum in quo consideratur.
- 11 Renunciatio legis si unquam C. de reuocand. donat. specialis esse debet.

post num. 5. vers. questioni, & alios apud Clar. in quæst. 23. num. 2. vers. quæ pro etiam & q. 22. n. 3. vbi hæc materiã fuse tractat. Nec istorum opinioni standum omnino esse videtur, cum æquitatis ratione egeat, quia monasterium sine ingressu monaci non reputatur loco filii, & sic donatio quo ad totum reuocari debet, non tãtum quo ad legitimam filiorum, prout dixit idem Clar. in fine dicti num. 2. & Bal. conf. 215. lib. 5.

Deueniendo autem circa cap. materiã, an beneficium dictæ l. renunciari possit; In qua re duæ videtur adesse opiniones, prima videtur, quod renunciari non possit, etiam cum iuramento, quã opinionem tenet, Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrum. edit. §. porro vers. hoc autem certum est Salic. in dicta l. si unquam, Socc. Iun. conf. 50. num. 20. conf. 137. col. 1. lib. 2. Boer. quæst. 159. nu. 7. plures pro hac opinione refert Tiraq. in præfact. dictæ l. si unquam num. 122. Ruin. conf. 175. num. 4. lib. 1. qui hanc opinionem pro magis cõmuni testatur; Oltrad. conf. 173. Paris. conf. 72. num. 36. conf. 73. num. 14. lib. 1. Roman. conf. 269. Cranetta conf. 718. num. 18. vers. 9. Ripa dicta l. si unquam quæst. 51. Decian. conf. 39. nu. 3. lib. 2. plures refert Socc. Iun. conf. 137. num. 2. lib. 2. Cypbal. conf. 445. nu. 42. vbi inquit esse magis communem hanc sententiam, & equiorem conf. 670. num. 25. & conf. 94. num. 22. vbi dixit hanc opinionem periculosam esse in iure, verum opinionem, quod renunciari non possit, sequitur Clar. in dicto §. donatio quæst. 22. nu. 4. vers. 3. infertur versus medium, quam opinionem semper placuit Ioann. Crot. in l. 2. in princ. num. 16. ff. solut. matrim. Gaill. obseruat. 40. in fine lib. 1.

Opinio, quod renunciari possit tenet Bar. in l. Titia §. Imperator nu. 7. ff. deleg. 2. & in l. 1. col. 2. C. de iure iur. vbi inquit hæc opinionem veriolem esse, Bal. in l. 1. in fine C. de inoff. donat. Roman. sibi contrarius conf. 26. Bal. in addit. ad Cuman. in dicto §. Imperator, & ibi Rub. num. 227. & nu. 230. Rimin. Sen. conf. 475. num. 3. Bertran. conf. 179. lib. 2. & conf. 32. lib. 3. Bero. conf. 49. nu. 43. & num. 48. lib. 1. Socc. conf. 143. circa finem lib. 1. et conf. 263. num. 13 lib. 2. Ioan. Crot. sibi contrarius in l. nemo potest num. 58. ff. de legat. 1. Rimin. sen. conf. 511. n. 8. cum sequen. & conf. 572. num. 8. Gabriel. conf. 127. num. 39. lib. 1. Vasq. de success. in Authent. unde parens num. 18. Alb. conf. 198. num. 54. Tiraquell. in dicta l. unquam num. 96. vbi hanc sententiam probabiliolem esse dixit nu. 77. et 88. vbi proprie pro hac sententia infinitos cumulat, & hanc opinionem

sequitur, Ripa in dicta l. si unquam quæst. 51. asserens hæc esse communem, & quod renunciari possit, voluit Cuiac. obseru. lib. 2. cap. 5. Guetier. de contract. Iurat. cap. 9. num. 14. Decian. conf. 39. num. 66. lib. 2. Vm. decis. 259. num. 3. & decis. 404. num. 16. & plures hanc opinionem tenentes, refert Clar. §. donatio quæst. 22. vbi inquit hanc opinionem videri magis communem;

9 Tota autem quæstio in eo vertitur, an beneficium dictæ l. si unquam inducta sit solo donãtis fauore, an autem filiorum fauore.

Quando autem donantis fauore tale beneficium introductum esse extimauerunt, in eo procedere videtur opinio, quod renunciari possit; quando vero fauore filiorum, negatiua opinione vtendum esse inquirunt DD. vt refert Gallard. de renunciat. cent. 1. num. 2. fol. mibi. 358. tomo 2.

10 Quod filiorum fauore censetur tale beneficium introductum ex ipsius ratione probatur, quoniam ratio ipsius dispositionis posita est in amore, affectuque parentum in liberos, igitur ex his apparet, quod fauore filiorum introductum sit tale beneficium, verum in dubiis sententia, cuique libera est.

11 Imo quod dictum est de opinione, quod renunciari possit, necessario requiritur; quod talis renunciatio sit specialis, & expressa, quoniam generalis renunciatio ei nõ obstat, Bar. & Angol. in l. Titia §. Imperator ff. de legat. 2. & ibi Rub. num. 239. Roman. conf. 269. Paris. conf. 73. num. 50. lib. 1. Socc. conf. 53. num. 2. lib. 4. Ruin. conf. 60. num. 17. lib. 3. & conf. 98. num. 22. lib. 1. Ias. conf. 125. lib. 1. Ripa in dicta l. si unquam quæst. 52. & ibi Tiraquell. in præfact. num. 132. vbi inquit hanc effectiolem sententiam, atque humaniolem, quod specialis requiratur renunciatio huius beneficii, ad hoc vt valeat Clarus §. donatio quæst. 22. vbi distinguit, & quod speciatim huic beneficio renunciandum sit, Vic. decis. 259. num. 3. vbi inquit tutiolem esse, quod renunciatio expressis verbis fiet.

S V M M A R I V M.

- 1 Lucrum dotis conceditur, vt inferuiat pro oneribus matrimonij.
- 2 Lucrum dotis defertur omnibus, qui onera matrimonij sustinent.
- 3 Lucrum dotis transit ad heredes mariti, etiã si à marito agnitum non esset.
- 4 Lucrum dotis an renunciari possit per maritum.

- 5 Maritus, an possit remittere lucrum dotis.
- 6 Maritus, an possit pacisci, quod lucrum dotis, non sit apud ipsum.
- 7 Pactum factum, quod maritus nullos lucretur fructus, an valeat.
- 8 Pactum per quod efficitur conditio mulieris melior valet, tanquam favorabile doti.
- 9 Masculus, excludens feminas per statutum potest huic statuto renunciare.
- 10 Maritus promittens restituere integras dotes censetur renunciasse lucro dotis.
- 11 Renunciatio tacita valet, imò & expressa.
- 12 Maritus potest concedere facultatem uxori disponendi de dote, & ei remittere lucrum dotis.
- 13 Maritus, an possit renunciare lucro dotis in praiudicium creditorum.
- 14 Obligatio conditionalis, vel in diem, cum fixa conditione restituenda est.
- 15 Renunciatio facta in fraudem creditorum, an retractari possit.
- 16 Lucrum dotis ex pacto debitum dicitur as alienum, non autem lucrum ex statuto debitum.
- 17 Maritus, an in praiudicium fisci renunciare possit lucro dotis.
- 18 Lucrum dotis, an censetur renunciatum per maritum, promittentem restituere integram dotem, & an poterit dictum lucrum deducere.
- 19 Funeris impenso, an sint deducenda de dote promissa integra restituere.
- 20 Promittens integram dotem restituere, an possit ea non obstante detrabere Trebellianicam.
- 21 Testator potest prohibere falcidiam.
- 22 Maritus promittens restituere quicquid ad alium pervenit ex causa dotis, non potest expensas deducere, quia illas remisisse videtur.
- 23 Hæres promittens solvere integra legata censetur remisissæ adtractionem falcidia.
- 24 Maritus promittens restituere dotes simpliciter, non censetur renunciasse lucro sibi debito ex statuto, quod tamen non procedit si promisit verbis generalibus restituere totam dotem.
- 25 Lucrum dotis non censetur remissum cum verbis in omnem casum, & eventum restituere.

CAPUT XVII.

Maritus, an possit renunciare lucro dotis.

Ro evidentiâ eius, quod in presenti Capite proponitur sciendū est, quod lucrum si propter onera matrimonii; consideratur, prout considerat, *tex.*

in l. si donatarius in fine, in ult. gl. in vers. si cut. & fructus, ff. de cōd. ob turp. caus. l. pro onerib. C. de iure dot. Bald. in Auth. dos data, vers. item in ista littera de donat. ante nupt. idem Bald. in cons. 180. col. 2. vers. bis verò non obstantibus, Aret. in l. si ante nu. 6. ff. solut. matrim. Augustin. Barbof. in l. 2. in princip. ff. solut. matrim. Alex. cons. 129. nu. 2. ad finem lib. 7. Decian. cons. 353. num. 4. & cons. 402. num. 7. Ruin. in cons. 133. num. 4. lib. 4. & cons. 11. num. 15. lib. 5. Mantica. citata cit. & ambig. lib. 12. tit. 5. num. 4. & tali ratione conceditur tale lucrum, vt pro oneribus inferuiat communiter DD. citati.

2 Hac quidem ratione marito deferatur, vt onera matrimonii sustineat, imò non solum ipsi marito deferatur, verum etiam omnibus tale onus sustinentibus, etiam ad focerum, *Surdus cons. 150. volum. 1. num. 13. Paris cons. 127. num. 1. Petr. de Ancharan. consil. 101. ex prædicto Themat. num. 7. Alex. cons. 135. videtur in princ. lib. 5. Alex. consil. 162. visis ijs num. 4. vers. item respondeo lib. 6. Ruin. cons. 199. num. 6. lib. 1. Bursat. cons. 41. num. 20. vol. 1. Roland. cons. 74. nu. 60. vol. 1. Imò, & quod magis est, maritus hoc lucrum ad hæredes eius transmittit, etiam si ab eo agnitum non esset, ita *l. si in l. si arrogator num. 24. ff. de adopt. ubi Bart. in 5. opposit. solut. 2. quam opinionem sequuti sunt, Alex. Phanuc. Pinell. & Roland. de lucro dot. quaest. 47. nu. 7. dixit Molfes. in cons. 48. num. 11. & sequenti, probat *Surd. in cons. 341. num. 5. vol. 3. idem Molfes. in repet. consuet. par. 4. de success. ab intest. q. 61. n. 3.***

4 Equidem tale lucrum ita consideratum, non poterit maritus renunciare, vt *tex. in d. l. si conuenerit ff. de pactis dotal. & è quoque tex. in l. si liberis, & ibi glos. ff. eod. cum maritus remittere non possit lucrum, quod ex pacto ipsi debebatur,*

5 item nec maritus potest pacisci, quod lucrum non sit apud ipsum, ne dos pe-



nès ipsum maritum sit sterilis, *l. cum pater, l. si conuenerit ff. de pact. dotal. & ibi glos.*

7 Verum, & licet tale pactum non valeat, quod maritus nullos lucretur fructus, quia omninò est inutilis, tamen valebit, nè certam partem lucretur, prout probatur in *text. in l. quaris ff. de pact. dotal. dixit Paul. de Cassr. in conf. 59. n. 2.*

Alia sententia, quod maritus possit renunciare tali lucro est vera, & recepta, & hanc tenuit *tex. in l. de die cum sequenti, ff. de pact. dotal. sequitur Alex. in l. si fuerit §. huius num. 4. vers. vtrum ff. solut. matrim. & in conf. 158. num. 20. vers. si quaritur lib. 1. Paul. de Cassr. conf. 59. num. 2. lib. 1. conf. 232. colum. 2. Socc. conf. 114. col. 2. lib. 1. Dec. l. eo col. fin ff. de regul. iur. & l. 1. eodam penult. C. de secundis nupt. Socc. iun. cōsil. 109. col. 1. lib. 3. vbi inquit hanc esse veram, & cōmunem opinionem, Capbal. conf. 365. num. 17. Roland. de lucro dotis quaest. 39. num. 10. cum sequenti, & q. 102. num. 6. Phanuc. de lucro dot. quaest. 8. nu. 16. & glos 14. num. 1. vers. quid si statutum,*

8 quæ quidem opinio multis rationibus subsistere videtur, & primo, quia pactum, per quod efficitur cōditio mulieris melior valet, tanquam fauorabile doti, *l. die ff. de pact. dotal. sed per hanc rationem cōditio mulieris efficitur melior, quia dos reddit ad suam naturam, l. vnus §. pactus ne peteret ff. de pact.*

Secunda ratione, quia maritus potest lucrare dotem, & hoc inductum fuit à statuto principaliter in eius vtilitatem, igitur suo fauori quilibet renunciare potest, & in iis terminis loquutus est, *Paris. conf. 127. & ibi latè col. 2. vol. 1. num. 12. prout in simili videmus, quod stante statuto masculus excludit fœminas, nihilominus poterit masculus huic statuto renunciare, vt per Bald. in l. maximum vitium col. 7. vers. sed pone frater C. de liber. præteritis.*

10 Tertia quidem ratione, quæ ex tacito, arguitur ad expressum, nam si maritus promittit restituere totam, & integram dotem censetur renunciassse lucro dotis sibi à lege municipaliter concessio, si igitur valet tacita renunciatio, fortius valere debet expressa, vt per *Dec. in l. expressa ff. de regul. iur. & Soccin. conf. 37. col. fin vol. 1. per glos. in clement. sæpè in verbo partibus ff. de verbor. significat. de qua communi sententia, testatur Bald. in l. quod nomine ff. de condit. indebit. Alex. consil. 5. col. penult. vol. 3.*

Corroboratur hæc sententia, per eam, quæ dixit *Barb. in conf. 59. in 4. dubio vo-*

*lum. 2. quem sequitur Dec. in conf. 260. colum. 2. & Paris. in d. conf. 127. num. 13. & sequenti, vbi concludit, quod maritus potest concedere facultatem vxori disponendi de dote, & ei remittere lucrum dotis, quod spectabat habere, facit etiã, quod notat *las. in conf. 90. col. 2. vol. 3. sex. enim, & DD. qui opinionem in contrarium faciunt videas resoluti per Roland. d. q. 39. à num. 20. vsque ad 27.**

13 Extenditur è quoque dicta ratio, vt maritus renunciare possit lucro dotis etiam in præiudicium creditorum, nam huiusmodi remissiones non possunt dici alienationes, & patrimonii diminutio, sed potius non acquisitio, *l. qui autem ff. qua in fraudem credit. l. alienationis verbum ff. de verbor. signif. Socc. conf. 114. num. 8. lib. 1. Barbat. conf. 59. lib. 2. Dec. consil. 260. & in l. in eo in fine ff. de regul. iur. Socc. iun. conf. 109. nu. 4. & 5. conf. 124. nu. 1. lib. 3. Paris. conf. 127. num. 18. lib. 1. Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 21. num. 56. Roland. d. tract. quaest. 40. num. 6. vsque ad finem, Phanuc. de lucro dotis glos. 8. num. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 6. tit. 7. num. 40. Hippolyt. Riminal. l. 1. num. 303. C. qui admitt. Surd. consil. 116. lib. 1.*

Verum, quod maritus in præiudiciũ creditorum possit renunciare lucro dotis, procedit tantum in lucro delato, ex statuti dispositione, non autem ex lucro ex pacto debito, quoniam lucrum ex pacto conditionali debitum, non potest in fraudem creditorum remitti, nam ex contractu conditionali ius efficax requiritur, *§. ex conditionali instit. de verb. obligat. ratione, quia obligatio conditionalis, vel in diem cum sua conditione restituenda est, l. ait prætor §. si conditionalis ff. de ijs, quæ in fraud. credit. vnde licet lucrum dotis debeatur marito sub conditione, si vxor prædecesserit, tamen reuocari potest huiusmodi remissio, scilicet renunciatio postea purificata.*

15 Hoc totum prætextu fraudis existimandum est, & à creditoribus illa renunciatio retractari posse, quoniam omnes alienationes, in fraudem creditorum, solum considerantur in diminutione patrimonii, *l. qui autem in princip. ff. de ijs, quæ in fraud. credit. & hoc pertinet ad diminuentes patrimonium suum, non ad eos, qui agunt, nè locupletentur, quæ *tex. singularem dixit Angel. in §. si quis in fraudem, in glos. in verbo rem suam instit. de action. vbi etiam per illam concludit, quod si debitor repudiat hæreditatem, vel legatum, vel si alio modo, & titulo rem poterat acquirere, & non vult, imò**

repu-

repudiat etiam in fraudem, & perniciem creditorum non habet locum d. **S. si quis in fraudem, nec tit. ff. de ijs, qua in fraud. credit** ex quo non agitur de diminutione patrimonii, sed quod bene notandum inquit, & ita *Peregr. de iure fisci* **lib. 6. tit. 7. num. 40.** his accedit, quod lucrum dotis ex pacto debito dicitur res alienum, non autem lucrum ex statuto delatum, ut voluit *Bevo. conf. 26. num. 14. lib. 2. Tiraquell. de retract. conuent. glos. 10.* **§ 7 S. 1. num. 14.** Imò ne quicquam in præiudicium fisci renunciare potest, *Peregr. cit. num. 40.* vbi ita decisum fuisse testatur.

§ 8 In promissione autem quando maritus promisit totam dotem restituere, non est locus statuto deferenti lucrum dotis, ut *Rota Genens. decis. 58. num. 8. Matt. conf. 108.*

Verum in hac questione duplex adest opinio, prima quod non videtur renūciasse lucro dotis ex promissione, quod velit totam, & integram dotem restituere, per ea, quæ notat *Bal. in l. Neratius ff. de relig. & sumpt. funer. & per glos. ibi in verbo conferre*, vbi dixit, quod quando

§ 9 maritus debet restituere integram dotem, potest deducere funeris impensas, ergo itidem simpliciter dicendum est, quod si promisit restituere integrâ dotē poterit deducere lucrum, quod sibi ex vi statuti debetur, cum portio statuti sit iuxta retentio, ita arguendo dixit *Cremen. in notabili suo 24. incipiente statuto sanetur*, quod dicit menti tenendum, & per *d. glos. in dicta l. Neratius*, ita in terminis huius questionis, tenuit *Barbos. in conf. 24. col. 3. vol. 1. & in conf. 78. col. fin. vol. 2.* Item pro ista opinione faciunt, quæ adnotauit *Bart. in l. censurio col. 7. vers. quid si testator ff. de vulg. & pupill. sub-*

§ 10 *sis.* vbi per ista verba totam, & integrâ hæreditatem restituere non intelligitur prohibita detractio Trebellianicæ, & ita tenet *Barbos. dicto conf. 24. col. 2. vol. 1. Socin. in conf. 14. in fine, & conf. 33. col. 6. volum. 1.* quem sequitur *Bertran. conf. 158. in ultimo dubio vol. 3. & magis communem Crot. in l. nemo potest col. 13. ff. de legat. 1.*

§ 11 Contraria enim sententia, & magis de iure verior, & à DD. recepta, quæ opinio, primo probatur, per *tex. in l. decem in fine, vbi glos. ff. de fideicom. libert.* vbi secundum illa tempora, in quibus poterat testator prohibere detractioem falcidicæ in legatis, si disponebat in testamento, quod legatum integrum præstaretur, videbatur prohibere falcidiam, *Ruin. conf. 159. col. 4. in princip. Alex. con-*

22 *ff. 33.* vbi inquit, quod si maritus promisit restituere omne, quod ad aliud peruenit ex causa dotis, quod non poterit expensas deducere, quia illas remisisse videtur, confirmatur hæc opinio, per *Cyn. in l. fin. C. ad l. falcid. quem sequitur Bald. & Angel. & Salicet. ibi, & Ruin. in d. conf. 159. col. 4.* vbi si hæres promisit solvere integra legata, censetur remisisse detractioem falcidicæ, resoluta in contrarium videas apud *Roland. d. 24 Vall. quest. 38. num. 10.* alias licet maritus promiserit restituere dotes simpliciter, non censetur renunciaſſe lucro sibi debito, ex forma statuti, quod tamen non procedit si promittat verbis vniuersalibus restituere totam dotem, *Crauet. cons. fil. 294. Menoch. conf. 256. lib. 3.*

25 Imò, quando promittit in omnem casum, & euentum restitutionis ipsius, ex tali promissione non videtur lucrum dotis remittere, *Dec. conf. 196. & 402. vide Matt. conf. 108. tom. 1.*

S V M M A R I V M :

- 1 Solemnitates fuerunt introductæ à iure gentium.
- 2 Solemnitates etiam sunt introductæ à iure naturali.
- 3 Solemnitas non tribuit substantiam dispositioni, sicut materia, & forma.
- 4 Definitio solemnitatis.
- 5 Species solemnitatis plures sunt, alia dicitur substantialis, alia dicitur formalis, alia effectualis, alia extrinseca.
- 6 Solemnitas substantialis, quæ sit?
- 7 Solemnitas formalis, quæ sit?
- 8 Solemnitas effectualis, quæ sit?
- 9 Solemnitas extrinseca, quæ sit?
- 10 Solemnitas extrinseca non presumitur in actu interuenisse, nisi probetur.
- 11 Citatio dicitur solemnitas extrinseca, quæ non presumitur, nisi probetur.
- 12 Relatio Birruarii est sufficiens ad probandam ipsam citationem.
- 13 Solemnitas extrinseca ex temporis diuturnitate presumitur.
- 14 Tempus, an inducat solemnitatem.
- 15 Sententia transacta in rem iudicatam presumitur recte, & rite facta, & habetur pro veritate inducens notorietatem indubitabiliter.
- 16 Solemnitas extrinseca, an presumatur spatio 30. annorum, & quod omnia sint solemniter gesta.
- 17 Tempus 30. annorum, an tollat omnem vitium, & defectum, quod pro actus nullitate allegari possit.

18 Pro-

- 18 Probatio nulla maior est, quam per rei euidentiam.
- 19 Plus demonstratur per facti presentiam, quam per vocis efficaciam.
- 20 Solemnitas valde praeiudicialis, praesumenda sit, etiam in antiquissimo tempore.
- 21 Solemnitates substantiales, quomodo cognoscantur, & quos effectus inducunt.
- 22 Solemnitas, quo tempore praesumatur adesse.
- 23 Tempus quod inducendam solemnitatem, declaratur.
- 24 Tempus centum annorum requiritur ad praesumendam solemnitatem.
- 25 Solemnitas, an praesumatur in beneficium Ecclesiae, vel minoris.
- 26 Assensus Summi Pontificis, an praesumatur ex temporis diuturnitate.
- 27 Solemnitas intrinseca semper in quolibet contractu praesumitur.
- 28 Solemnitas si deficeret in aliquo actu, an faciat deficere actum.
- 29 Solemnitas extrinseca substantialis consideratur in testamentis.
- 30 Testamentum dicitur nullum deficiente solemnitate, cum illae solemnitates sint de substantia.
- 31 Solemnitates requisite in testamentis, an illis renunciari possunt.
- 32 Testamentum, seu quilibet contractus, ubi venit nullus ex defectu solemnitatis, non ipso iure dicitur nullus, sed opo exceptiones declaratur nullus.
- 33 Solemnitates, an remitti possint per consuetudinem.
- 34 Solemnitates requirentes in confessione inventarii servari debent, & una deficiente totum deficit inventarium.
- 35 Cadens a syllaba a toto cadere videtur.
- 36 Solemnitates subhaftationis sunt introductae in fauorem omnium creditorum.
- 37 Solemnitates subhaftationis sunt substantiales, & ideo illis renunciare non possunt, etiam iuramento.
- 38 Subhaftationes, an possint remittere a partibus.
- 39 Conuentio non valet, quod bona possint vendi, absque subhaftatione.
- 40 Solemnitas subhaftationis, an sit publici, aut privati iuris.
- 41 Fauori suo quilibet renunciare potest.
- 42 Solemnitas substantiales talicuius actus semper omissio vitiat actum.
- 43 Solemnitates introductae per statutum, substantiales dicuntur, & ad unguem seruandae sint.
- 44 Consensus patris requiritur in obligatione filij.
- 45 Bona Ecclesiae non possint alienare, absque solemnitatibus.
- 46 Bona Ecclesiae minus utiles alienare possunt, absque solemnitatibus.
- 47 Ecclesia semper habet electionem si velit stare alienationi.
- 48 Solemnitates necessariae in alienatione rerum Ecclesiae, an praesumantur cursu temporis, & an spatio triginta annorum sit sufficiens ad praesumptionem illarum.
- 49 Assensus, consensus, sine licentia Summi Pontificis, an praesumatur in contractu alienationis bonorum Ecclesiae.
- 50 Scientia est necessaria probanda ad praesupponendum assensum Summi Pontificis.
- 51 Scientia praesumitur ex petitione.
- 52 Scientia, & patientia requiritur.
- 53 Solemnitates necessariae sunt in alienatione bonorum minorum.
- 54 Cons. Paris. 98. & cons. 99. lib. 1. ponderatur circa solemnitates requisitas in alienatione bonorum minorum.
- 55 Solemnitates, an possint remitti in contractibus minorum.
- 56 Solemnitates substantiales deficientes in alienatione bonorum minoris faciunt deficere statim alienatio.
- 57 Causa finalis solemnitatis decreti in alienatione bonorum minoris, quae sit?
- 58 Leges semper quae grunt fraudibus obuiare.
- 59 Causa finalis formalis, & materialis sunt interueniende in confessione decreti Iudicis in alienatione bonorum minoris.
- 60 Causa formalis praedicti decreti est Iudex, qui sedendo debet proferre decretum super alienatione bonorum minoris.
- 61 Iudex debet esse competens.
- 62 Causa materialis in alienatione bonorum minoris est res alienum.
- 63 Cognitio causae est una de substantialibus solemnitatibus in alienatione bonorum minoris ad finem promulgandi decretum, nec sufficit allegare per comparationem, sed probare debet per testes coram Iudice ad finem videndi si expedit, vel non expedit bona illa vendi.
- 64 Probationes sunt recipiende ante decreti interpositionem.
- 65 Decretum latum, absque probationibus est nullum.
- 66 Cognitio causae omissa, vitiat actum.
- 67 Solemnitates, quando requirantur in aliquo actu semper in ipso actu interueniende est causa cognitio.
- 68 Iudex in causa cognitione quatuor considerari debet.
- 69 Utilitas minoris, non est exprimenda in decreto alienationis.
- 70 Solemnitates decreti in alienatione bonorum minoris, an interuenire debeat in ipso actu, vel post actum.
- 71 Causa essendi, & causa fiendi differunt inter se.

- 72 *Autoritas tutoris non potest ex post facto sequi.*
- 73 *Rigor iuris civilis consideratur in ipse solemnitate decreti, in alienatione bonorum minoris ad euitandas fraudes.*
- 74 *Lex inductis solemnitate decreti, in alienatione bonorum minoris pro forma intrinseca.*
- 75 *Solemnitas decreti in alienatione bonorum minoris debet persistere in ipse actu, cum sit stricti iuris, nec extenditur ad similia, vel maiora.*
- 76 *Consuetudini locorum standum est.*
- 77 *Donatio carritur ex defectu solemnitatis, citius si iuramento est firmata.*
- 78 *Solemnitas probatoria est introducta ad publicam utilitatem, nec pacto, nec iuramento remitti potest.*
- 79 *Solemnitas probatoria an renunciari possit.*
- 80 *Decretum S. Concilii Tridentini traditur.*
- 81 *Renunciatio facta absque forma Concilii Tridentini est nulla.*
- 82 *Solemnitas requirens in ipse actus celebratione dicitur substantialis.*
- 83 *Lex iubens aliquid fieri importat formam, & illa pretermissa vitiat actum.*
- 84 *Actus deficit, deficiente solemnitate.*
- 85 *Renunciatio facta à Nouitio, an valeat, non seruata solemnitate decreti S. Concilii Tridentini.*
- 86 *Licentia Ordinarij est necessaria in renunciationibus faciendis per moniales seruata forma decreti Sac. Concilii Tridentini, & est necessaria precedere ipse renunciationi, aliter omiſſa tali solemnitate, & professione sequuta renunciatio est nulla ipse iure, & an sit necessaria in scriptis nu. 93. circa medium.*
- 87 *Renunciatio facta per Nouitios ante religionis ingressum an valeat.*
- 88 *Solemnitas S. C. Tridentini non est leuis, & ibiſſus omiſſio nocet inducens irritationem actus.*
- 89 *Solemnitas Decreti S. Concilii Tridentini in renunciationibus faciendis in omnibus monasterijs est usu recepta, & illis ligantur.*
- 90 *Monasterium exemptum à iurisdictione Ordinarij ligatur dispositioni, & Decreto Sac. Concilii Tridentini, circa renunciationes faciendas.*
- 91 *Decretum S. Concilii Tridentini ff. de regular. cap. 16. qua ratione constitutum fuit.*
- 92 *Renunciatio an differat à donatione.*
- 93 *Renunciatio facta per moniales, an valeat si facta fuerit saltem cum licentia Superioris non autem Episcopi, vel Vicarij, & an dicta licentia debet esse in scriptis.*
- 94 *Clausula resolutiua posita in decreto S. Concilii Tridentini actum annullat.*
- 95 *Clausula decreti irritantis habet in se impli-*

- citam inhibitionem.*
- 96 *Clausula decreti irritantis habet in se vim priuatiuam, & auocatiuam potestatis concessa.*
- 97 *Clausula decreti irritantis operatur, ut id, quod gestum fuit, ipse iure etiam parte non opponere sit nullum.*
- 98 *Clausula decreti irritantis destruit ipse iure omnia, contra ipsam formam attentata.*
- 99 *Renunciatio facta contra formam Sac. Concilii Tridentini est nulla, ex defectu solemnitatis.*
- 100 *Clausula decreti irritantis, partes de communi consensu renunciare non possunt.*
- 101 *Consuetudo siue Statutum, an possit introduci contra solemnitatem Sac. Concilii Tridentini.*
- 102 *Reg. Conf. D. Ferdinandus Arias de Mesa laudatur.*
- 103 *Clausula decreti irritantis per usum contrarium an prescribatur.*
- 104 *Vjus alicuius rei an prescribatur per contrarium usum.*
- 105 *Presumptio differt à fictione.*
- 106 *Probatio non datur contra legis fictionem.*
- 107 *Probatio in contrarium non datur contra fictionem.*
- 108 *Solemnitas non presumitur interuenisse ex cursu longissimi temporis.*

CAPVT XVIII.

Solemnitatibus an Renunciari possit.



quia in solemnitatibus omnis vis huius Capituli consistere videtur, idcirco, circa illas, duo principaliter capita examinanda sunt.

Primo de effectibus solemnitarum in genere, & in specie. Secundo, an deficiente solemnitate alicuius actus in totum deficiat actus, ac etiam de solemnitate deficiente circa renunciationem.

Pro cuius capituli partem primo dicendum erit illas à iure gentium fuisse introductas, cum animaduertet in rebus humanis, posse commercia, & contractus introduci, l. ex hoc iure ff. de iust. & iure, & text. in glo. in l. quoties in princip. ff. de heredib. instit. cap. ius naturale distincte. 1. & DD. commutiter in rubr. extra de testament. Grass. de success. lib. 1. §. 1. num. 4. Couar. variar. resolut. cap. 6. num. 7. qui in

- testamentorum solemnitate loquitur, deinde postquam ipsas introduxit, sumpsit materiam aptam ad confectionem contractuum, quæ materia, est consensus *l. conventionis §. 1. ff. de pact.* in contractu emptionis, & venditionis, & quæ locationis est, idem consensus, forma autem est prærium *§. prærium Instis. de empt. & vendit.* in locatione est mercedis interuentus, *l. 2. in principio ff. locat.*
- 2 sunt enim aliæ solemnitates, à iure naturali introductæ, vt est citatio, & aliæ, quæ defentionem partis importat *Osasc. decis. 79. num. 13. Grammat. voto 30. num. 9.*
- 3 Nam de effectu solemnitatis non est tribuere substantiam dispositioni, sicuti materia, & forma, imo actus solemnitatibus carens sustinere potest quoniam solemnitates non sunt de substantia actus, sed actum ipsum solemnem faciunt, vt latius infra.
- 4 Pro nunc solemnitates sunt, certam rei vestimentum, circa quod rem interuenit, *l. 1. C. de fide instrum. lib. 10.* & propriè cuiuscumque rei solemnia dicuntur; quæ propter eius naturam adiecta sunt, extrinsecè reputantur, civilem introducunt obligationem, *l. obligationum substantia ff. de action. & obligat. Bal. in l. ad exactionis in fine C. de dotis promiss.* Eo magis cum authoritas iuris in solemnitate fundetur, *Bal. in d. l. ad exactionis citat. & idem in cons. 317. quando verum in princip. lib. 1.*
- 5 Pro capituli claritate sciendum est multiplices assignari species solemnitatum,
- 6 Prima species dicitur substantialis, quæ tunc habetur quando rei substantiam tradit, seu quando actui essentiam tribuit, & deficiente enim tali substantia actus suam essentiam variare videtur, & est in emptione, in qua ex vna parte non videtur extare prærium, ex alia species, & sic non habetur venditio.
- 7 Secunda verò solemnitas dicitur formalis quatenus forma ipsa dat esse rei, & ista connexitatem habet cum substãli solemnitate, quia licet non deficiat ipsa materia, nihilominus deficit forma, quæ se habet ad modum essendi, *Angel. cons. 36. in principio pro decisione quaesitorum vbi plura exempla ponit.*
- 8 Tertia est solemnitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato, vt in donatione, est insinuatio, quæ si non fiet donatio, reducitur vacua, *Angel. cons. 36. num. 2. vers. ceterum post actum,* de aliis autem solemnitatibus extrinsecis, & intrinsicis, *Dyn. cons. num. 6. vers. præterea lege cauetur, Bal. cons. 283. iuri publico in princ.*
- lib. 4. Ioann. de Imol. cons. 86. in causa quæ veritur in princip. Rgid. Bellam. cons. 1. nu. 9*
14. qui omnes dicunt, quod solemnitas extrinseca, est illa quæ extra rei formam extenditur ad differentiam intrinsecæ, quæ in ipsa rei forma includitur.
- 10 Hæc autem extrinseca solemnitas si non probatur non præsumitur in actu interuenisse, ad *tex. in liquecumq; §. interdum ff. de publ. in rem action. vbi qui emit bona pupilli, probare omnino debet, adfuisse autoritatem tutoris, & curatoris, & è quoque non interuenisse legem ipsi prohibenti emerere quem* *tex.* sequutus fuit *Rebuff. in compend. de alienas. rerum Ecclesiasticarum num. 37. vers. quæro, Alex. cons. 9. nu. 10. vol. 3. vbi quia solemnitas extrinseca non præsumitur, Capyc. decis. 16. nu. 1. vers. nam licet alias solemnitates, huiusmodi tanquam extrinsecæ, non præsumantur Bal. cons. 217. citatio cum sit facti nu. 1. lib. 4. cons. 199. nec præsumitur circa medium, vers. quædam veniunt lib. 4. Purpur. cons. 548. num. 20. & cons. 588. nam. 3. lib. 2. Marius Anguis. cons. 172. vol. 1. num. 14. Ceual. comm. contra commun. quæst. 522. per totam Roland. Passager. Bononiens. in tract. de testam. in tit. de*
- 11 testam. exhibend. num. 11. qui omnes loquuntur in citatione, quæ citatio extrinseca solemnitas dicitur, quæ non præsumitur, nisi probetur, *Bal. & DD. supra cit. & ad ipsius citationis euidẽtiam requiritur,*
- 12 vt ad sit relatio citationis factæ, quæ sufficiens videtur ad probandam ipsam citationem, *Bar. in l. multum ff. de condit. & demonstr. Bal. cons. 217. circa principium vers. & licet Notarius lib. 4. Imo etiam ista*
- 13 extrinseca solemnitas ex temporis diurnitate præsumitur, est *tex. in l. quacumque §. fin. ff. de public. arg. l. qui in aliena vers. sed si non adierit ff. de acquir. hered. Anton. de Butr. in cap. ea noluit de bis qua sunt à pralat. sine consens. cap. & in cap. illud extra de præsumpt. sic Bar. in l. gerit in fin. ff. de acq. hered. l. 2. & ibi Cyn. C. de eo qui pro tut. & l. si infantem C. de iur. delib. Rota decis. diuers. 197. argum. tex. in l. si filius fam. C. de petit. hered. cum concordant. Soc. in cons. 24. in princip. col. 7. in princip. vol. 1. sequitur Marius Anguis. volum. 1. cons. 171. num. 14. Geminian. cons. 87. in princip. vers. ad secundum plane, Alex. cons. 219. ponderatis nu. 13. vers. corroborantur cum seq. lib. 6 vbi plene in apostilla in verbo logo dixit etiã doctis Episc. Carol. Marant. controu. iuris respons. 35. num. 28. Dec. in cons. 36. num. 8. prope finem, vers. secundo respondetur, Mascard. de probat. concl. 1316. num. 1. & nu. 8. per totum, co. maxime, quãdo signa sunt*
- cla.

14 clara, & nihil in contrarium adduci potest; si autem lata fuerit sententia, & sola producitur, per lapsum longi temporis præsumitur, quod in sententia fuerit præcessum omnia solemniter, Ioan. de Mol. in conf. 109. in casu qua vertitur in princip. 15 & multo magis, quando sententia fuit transacta in rem iudicatam, quia præsumitur illa sententia rectè & ritè lata, Alex. conf. 219. ponderatis num. 20. & sequenti lib. 6. cum faciat ius irrevocabile l. eleganter §. si quis potest ff. de condit. indebit. inducens notorietatem indubitabiliter l. temporem in princ. cum gl. de act. empt. Alex. conf. 33. num. 8. lib. 1. Menoch. de recuperanda possess. remedio 1. num. 234. Caphal. conf. 57. num. 34. lib. 1. conf. 180. num. 2. lib. 2. & habetur pro veritate l. 1. ff. de re iudic. l. res iudic. ff. de reg. iur. Regi Valenz. Hispan. meritisimus pro sua doctrina in suo cōf. 150 num. 9. usque ad. 12. & facit de albo nigrū & æquat quadrata rotundis d. l. res iudicata ff. de reg. iur. Curt. iun. in cōf. 23. Cagnol. in d. l. res iudicata Roland. conf. 83. num. 12. col. 1. Surd. vol. 3. conf. 359. num. 18.

16 Præsumitur enim talis extrinseca solemnitas spatio triginta annorū, quod omnia solemniter sunt gesta, l. filius C. de petit. hered. DD. in cap. illud de præsumpt. Gozad. conf. 11. num. 11. Caphal. conf. 55. num. 48. lib. 1. conf. 314. num. 4. & sequenti lib. 3. Bursat. qui de communi testatur in conf. 160. num. 5. lib. 2. & conf. 330. nu. 112. lib. 3.

17 Quoniam ex tali cursu triginta annorum tollitur omne vitium, omnique defectus quem pro actus nullitate allegari posset, dixit Dec. in conf. 909. in princip. Rixinal. iun. conf. 9. num. 108. lib. 1. Petr. de Anchar. in conf. 135. incipientes & confitit excellentium per totum, late scripsit Aymon. de antiquitate tempor. in 3. par. tractat. in princip. fol. mibi 182. pag. 1. late è quoque scripta Iacob. Putz. in decis. 363. num. 1. & 2. lib. 5.

Id quod intellige quando illa solemnitas non est valde præjudicialis, & partes opponunt, nunquam præsumitur, etiam si lapsus temporis, non solum sit ex triginta annorum, sed etiam ex quadraginta, quia quotiescunque producit instrumentum, in quo satis clarè constat de defectu solemnitatis, in illo casu nulla cadit præsumptio, cum nulla sit

18 maior probatio quam rei eidentia in qua eidentia, habetur veritas, ubi non cadit præsumptionis allegatio, ex cursu temporis, vt idem iudicauit, Rotu. Roman. ut decisum refert Card. Straph. decis. 1235. num. 4. nouissima Martini tract. de iurisdict. sent. 1. casu 94. num. 12. cum sequenti par. 4.

Aff. eruditè in dicta decis. 107. num. 7. vbi, 19 plus demonstratur per facti præsentiam, quam per vocis efficaciam iuxta notata per Bal. in l. 1. col. 2. C. de adelit. Act. Parpur. conf. 482. num. 6.


20 Solummodo tamen solemnitas valde præjudicialis præsumitur in tempore antiquissimo, vt dixit Ioann. Franc. Parpur. in conf. 402. num. 78. per tex. in l. sciendum col. 3. ff. de verb. oblig. vbi Alex. in dicta l. & in conf. 69. lib. 1. circa primum.

21 Nam antequam progrediamur ad secundam Capituli partem sciendum est, quod solemnitates substantiales, ex cognosci possunt, videlicet, si in ipso actu requirantur, vt dixit Bal. in leos §. apostillat, & in l. hii qui ad Ciuilia C. de appell. sequitur Gugliel. de Benedic. in cap. Raynat. vers. in eodem testamento num. 24. & sequenti, de testamento. Gugliel. à Bruno conf. 4. num. 11. & sequenti, sequitur Osaf. in decis. pedam. 165. num. 9. Immo etiam substantialis dicitur, secus si post actum, vt declarat Bart. & Bal. in l. oniuersa col. 1. vers. sed contra oppon. E. de præcib. Imper. offer. idem Osaf. num. 9. & 19. Bal. in rubrica de rescind. vendit. Felin. in cap. quoniam frequenter col. 3. vers. tu vero, extra de lite contestata, item quando defectus solemnitatis facit, vt ipse actus euadat nullus, tunc omnino dicendum erit illam solemnitatem pati effectum substantialem, Bal. in authent. sed nouo iure C. si cert. pet. & in l. contractus C. de fide instrum. Ruyn. in l. nemo potest vnam. 12 ff. de legat. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 7. præsumpt. 82. in principio voluit è quoque de Benedic. in repet. cap. Raynat. in verbo in eodem testamento relinquens par. 1. num. 25. ibi substantialis solemnitas, illa dicitur quæ requiritur tempore contractus.

22 Si autem ipsæ solemnitates versantur circa leue præiudicium partis, spatio decem annorum adesse præsumuntur in contractibus, dixit Ant. de Butr. conf. 32 in vers. extrinseca, vbi quamplurimos citat, qui de hac materia loquuntur, Bul. conf. 217. in principio lib. 4.

Verum, nec decem, nec viginti, nec triginta requiruntur anni, quando agitur de illa solemnitate substantiali graue præiudicium parti deferenti, cum eo casu requiratur tot tempus, ex quo tempore, probationes haberi non possint, nempe, vt in hominibus retentiuam esse non possint, Cardin. Tusch. in lit. S. conclus. 323. num. 25.

23 Nam ista tempora omnino declaranda sunt, & sic decem anni tunc currunt, quando agitur de acquirenda aliqua solemn.



lemnitate, ut *DD. supra citati*, si vero agitur de præsumenda aliqua solemnitate, principaliter requiruntur triginta anni, ut dixit *Ruyn. conf. 69. num. 8. & sequenti lib. 1. vers. sicut etiam videmus.*

24. Tempus autem centum annorum, requiritur ad præsumendam solemnitatem eorum, quæ expressum consensum requirunt *Alex. conf. 219. ponderatis lib. 6. per totum, maxime num. 12. & sequenti.*

25. Imo si illa solemnitas in alicuius beneficium vergat, puta Ecclesiæ, vel minoris, in contractu Ecclesiæ circa assensum Summi Pontificis, quia data utilitate Ecclesiæ, scientia Summi Pontificis, & tollerantia probanda, ex gratiæ postulatione si non euidenter constat ex temporis diuturnitate præsumitur, ut

Cassyc. in decis. 16. nu. 4. & sequent. Menoch. lib. 3. præsumpt. 132. num. 7. vers. declaratur 2. Facchin. lib. 10. controuers. Iur. cap. 61. & lib. 13. cap. 44. omnino videndus. Mascard. de probat. conclus. 416. num. 2. Grauert. de Antiquit. Tempor. par. 3. §. videmus num. 29. Cardin. Tuseb. conclus. 248. num. 9. tomo 2. Stephan. Quaranta in tract. de alien. rer. Eccles. §. hanc regulam num. 46. per totum allegans alios Affl. in decis. 197. num. 5. per totam.

Id autem dicendum erit in casu minoris, iuxta notata per *Alex. in consi. 179. visis ac ponderatis num. 6. 7. & 9. vers. item in quantum.*

27. Intrinseca solemnitas semper in quolibet contractu præsumitur, cum in stipulatione, includatur, videlicet interrogatio, ut dixit *Bal. conf. 283. iura publico in principio lib. 4. Alex. conf. 147. num. 7. lib. 6.*

28. Nam transendo ad aliam partem capituli an deficiente solemnitate alicuius actus in totum deficiat actus, etiã de solemnitate circa renunciacionem.

In quâ Capituli parte præsupponendum est, quod hic loquimur de solemnitate extrinseca substantiali, quatenus ipsa deficiente deficiat actus.

29. Talis solemnitas extrinseca substantialis potest primo assignari in solemnitatibus testamentorũ, ut notatur in *l. hac consultiissima C. de testament. Alex. conf. 105. nu. 5. vol. 7. Durant. de Arte testandi, cautel. 13. num. 1. & DD. Communiter post Scribentes, Gugliel. de Benedic. in cap. Raynut. in verbo in eodem testamento relinquens*

30 par. 1. num. 23, qui nullum dicit testamẽtum vbi ipsa solemnitas deficiat, cum solemnitates in testamentis, substantiales sint, ut ibem de *Benedic. num. 24.* quibus

31 solemnitatibus minime renunciari po-

test, ut eleganter decidit *Bal. in cap. 1. quæ successores teneantur, voluit prius Bar. post glos. in l. vniuersa C. de præcib. imper. offerer. Panorm. in cap. dilecto de præbend. & cap. Statutum §. 1. super verbo committitur de rescriptis lib. 6. præterea crudite scripsit *Bal. in rubr. C. si quis aliquem testar. prohibuer. Bal. in l. lectur. in l. Barbarius ff. de officio prætoris, ibi huic iuri traditio certæ formæ, in actibus hominum minime renunciari potest, ut idem de Benedic.**

32 num. 24. Et testamentum seu quilibet contractus vbi venit nullus ex defectu solemnitaris, non ipso iure dicitur nullus, sed exceptionis ope declaratur nullus *d. L. vniuersa, vbi gl. ratio docet, idem Gugliel. in dicto num. 24.*

33. An autem istæ solemnitates consuetudine remitti possint, in quo dubio primo respondet *Specul. in tit. de instrum. edit. §. compendiose num. 14. vers. sed nunquid de consuetud. fol. 5. qui affirmatiue respondet, cum non prohibeatur consuetudo admitti. l. de quibus ff. de legib. l. 2. distinct. 11. C. quo sit longa consuetudo cap. penult. extra de consuetudin. & late videbis apud idem *Specul. num. 15. vsque ad. 17. sequitur Roland. Passager. in tractatu de testam. form. rubrica 36. num. 3. Ioan. Andr. in addit. ad *Specul. in dicto loco cit. & per DD. scribentes in l. si non speciali C. de testam.***

34. Secundo confirmatur supradicta in casu inuentarij, cum omnino omnes solemnitates in ipso concurrentes seruari debeant, ut late *Monticard. Inuent. fol. mihi. 50. num. 33. Verum vna deficiente*

35 te in totum deficit inuentarium; quatenus, quod qui cadit à syllaba, à toto cadere videtur, ut ait *Natt. in vtriusq. 574. & sequenti; & an dictæ solemnitates possint consuetudine remitti, dixit late Pphanus.*

*de Inuent. par. 3. num. 79. qui refert aliquẽ casum, in quo fuerit admittæ solemnitates ex causa consuetudinis afferendo *Bal. in cõs. 147. dixit de quõs Franc. Porcellinus in tractatu de inuentar. & Angol. de Perusio in sua rubrica num. 13. quod illæ possint per consuetudinem, & statutum remitti, quia prædictæ solemnitates, fuerunt inuentæ à merito iure ciuili ad differentiam illarum à iure gentium introductarum, & in aliis locis in quibus nulla adsit consuetudo, an solemnitates omnes adimplendæ sint dixit in num. 80. quod omnes adimplendæ videntur, teste *Dro. in consi. 633. vol. 2. vbi innumeros DD. videbis, apud ipsum Pphanus. in dicto num. 80. & tandem an dicto inuenturij beneficio renunciari possit late infra suo loco.***

36 Tertio, confirmatur cum solemnita-
tibus subhastationis, & proclamationis,
siue licitationis, quæ solemnitates fue-
runt introductæ in fauorem omnium,
& singulorum creditorum, *Rebuff. in*
tract. de præcon. licit. & subhastat. in præfat.
num. 18. Mangon. decis. Florent. 132. nu. 9.
37 quæ quidem solemnitates substantia-
les sunt, quapropter renunciari non
possunt, dixit *Paul. Gallerat. in tit. de re-*
nunciacione tom. 2. centur. 2. renunc. 113.
num. 1. Mangil. de subhast. quest. 25. & q. 69.
38 num. 8. Imò nec à partibus remitti pos-
sunt, *T. epat. variar. sentent. tit. 417. cap. 4.*
quoniam istæ solemnitates iuris publi-
ci sunt, *Galler. ubi sup. & quæ pro publi-*
co bono introductæ sunt renunciari nõ
possunt, etiam cum iuramento, *Imol. in*
cap. cum contingat extra de iur. iur. Nouar.
quest. forens. par. 1. quest. 72. num. 2. & fa-
ciunt contractum esse ipso iure nullum,
l. 1. & 2. & toto tit. C. de fid. instrum. & iur.
Hast. fiscal. lib. 10. ubi glos. Ioann. de Plat. &
Scribentes in l.ordo C. de exegat. re. iudic.
l. fin. C. si aduers. fiscum, glos. notab. in l. 1. C.
de prescript. triginta ann. & notant DD.
communiter in *l. si minori C. de iure*
fisci lib. 10. & in specie Bald. in l. 1. C.
de hered. vel ad. vendit. num. 7. Pere-
grin. de iure fisci lib. 6. tit. 4. vsque ad nu. 6.
Reg. de Ponte de Regal. imposte. §. 5. nu. 24.
cons. 158. num. 6. lib. 2. ubi testatur etiam
de stilu, nec Princeps etiam vendendo
ex necessitate potest prohibere subha-
staciones, sed illæ de necessitate sint ad-
hibendæ, *Reg. Consil. de Ann. cons. 56. n. 26.*
39 Ne quicquam valebit conuentio;
quod sine vlla subhastatione possit pi-
gnus detrahi, *l. doc. de subhast. cap. 3. n. 33.*
Berthach. in verbo subhast. & in tit. de gabell.
par. 2. num. 18. Mangil. de subhast. quest. 21.
num. 7.
40 Ad quam solemnitatem aduertendū
est, an illa solemnitas sit publicæ, aut pri-
uati iuris primo casu renunciari non
potest, per iura supra allegata, si autem
priuati, & sic fauore debitoris in exe-
cutionem sententiæ, potest debitor
41 promittere, & renunciare, & pactum
valeret, vt debitoris bona, & pignori
vendit possint pro satisfactione crediti,
absq; subhastationis solemnitate, dixit
Gallerat. ubi supra num. 2. & 4. cum
quilibet renunciare possit fauori suo;
Franch. decis. 81. num. 4.
42 Ex quibus hucusque vniuersalem regu-
lam esse colligendam, quod quotiescu-
cumq; solemnitates alicuius actus, sine
substantiales illius actus, semper illorum
omissio vitiat actum, per *tex. in l. hac com.*

sultissima C. de testament. l. cum antiquitas
ff. de acceptil. tutor. l. obligati §. tutor ff. de re-
stam. Auth. hoc ius porrectum C. de sacro-
sanct. Eccles. l. cum hi §. si pretor ff. de tran-
saet. Roman. cons. 203. num. 1. dixit Carol.
Marant. controvers. iur. respons. 7. nu. 28.
43 Imò etiam solemnitates per statutum
introductæ substantiales dicuntur, & il-
larum omissio vitiat actum, cum ad vn-
44 guem obseruandæ sint, vt est in filio fa-
mil. quod non possit contrahere, sine
patris consensu; quæ solemnitas grauis
dicitur, vt plenè probatur in *l. non dubiū,*
C. de legib. nec sufficit, quod in æquipol-
lenti adimpleatur, vt in l. si quidem C. de
præd. minor. Alex. cons. 137. vol. 2. Paul. de
Castr. cons. 299. Marian. Socc. cons. 24. vol. 1.
DD. in l. 1. ff. de liber. & posth.
45 Quarto confirmatur circa solemnita-
tates in alienatione bonorum Ecclesiæ,
cum dicta bona alienari non possint, nõ
seruatis solemnitatibus, etiam quod ad
tantum vtile dominium, *cap. 1. & 2. de*
reb. Eccles. non alien. in 6. est tex. & ibi cõ-
46 muniter *DD. in cap. nulli eod. tit. Imò nec*
etiam res Ecclesiæ minus vtilis alienari
possunt sine solemnitatibus, *Cardin. Zab-*
arell. in dicto cap. nulli extra de reb. Eccles.
non alien. Hostiens. in summ. in tit. de reb.
Eccles. non alien. §. ex quibus vers. quinta
causa in commoditatis, glos. in cap. 1. extra
de his, quæ sunt à Prælat. Guid. Papa in
decis. 156. num. 1. igitur semper etiam si in
utilitatem Ecclesiæ vergat illa alienatio
est faciendæ cum omnibus solemnitati-
bus tales solemnitates sunt adhibendæ,
vt *Anchar. in cap. Ternales 12. quest. 11. In-*
tellige, dummodò sit magna res illa
alienanda, nam si parua, & vtilis, potest
sine aliquibus solemnitatibus alienare,
vt per *DD. & præcipue Abb. in cap. 1. de*
47 *bis, quæ sunt à prælat. & illa alienatio*
semper stat in electione Ecclesiæ, an ve-
lit stare, vel nõ, vt *cap. 1. per glos. in verbo si*
si de vacante, Innoc. de bis, quæ sunt à præ-
lato & in cap. 11. eod. tit. & etiam in cap.
finali.
48 Dubium tamen est, an dictæ solemnita-
tates in alienatione bonorum Ecclesiæ
necessariæ, cursu temporis alicuius præ-
sumi possint.
Ad quorum præsumptionem tempus
triginta annorū, non videtur sufficiens,
vt dixit *Menoch. de presumpt. lib. 3. præ-*
49 *sumpt. 132. num. 71. loquendo vero in*
consensu, & licentia Summi Pontificis,
cum verisimile non sit, quod Pontifex
habuerit scientiam talis contractus, &
alienationis; *Alex. cons. 9. num. 7. lib. 3. &*
cons. 17. num. 8. lib. 4. sequitur Affl. in de-

- 50 *conf. 107. num. 1. cum pro cautela ipsius præsuppositionis, actor probare debet, quod Summus Pontifex habuit veram notitiam celebrationis contractus, quam cautelam sequitur Felin. in cap. Alber. in fine de testib. & cap. illud n. 7. de præsumpt. & in cap. sicut num. 33. vers. bene fateor de sentent. & re iudic. dixit Cappye. in decis. 4. nu. 29. & 30. qui declarat, quod hoc intelligendum sit, in loco, ubi contractus est celebratus, quia in illo loco præsumi potest, quod Episcopus potuit habere notitiam talis contractus, quia si contractus fuisset adeo gestus Neap. illius scientia, non est verisimile, quod potuerit Romæ haberi, Peregrin. conf. 76. nu. 6.*
- 51 *Verum si constat, de licentia petitionis, ex illa petitione verè præsumi potest, quod Summus Pontifex potuit habere notitiam, igitur quicquid sit, semper utcumque probetur, dummodò illa probatio habeat efficaciam probationis, requiritur scientia, & patientia Summi Pontificis, Ruin. in cōf. 151. n. 16. Surd. conf. 38. num. 99. lib. 1. Corn. conf. 98. col. 2. in fine, vers. præsumptio autem vol. 1. Ias. conf. 176. col. 3. in fine, vers. principaliter vol. 2. Dec. conf. 409. num. 13. Crauet. de antiq. tempor. par. 3. in princip. num. 18. Roland. conf. 2. num. 127. vol. 1. & conf. 160. num. 101. vol. 4. Ceph. in conf. 133. nu. 126. Tbesaur. decis. Pedam. 173. num. 2. Anton. Gabr. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 59. Ludou. à Cassanate conf. 44. num. 16. maxime num. 117. Rodean. de reb. Eccles. non alien. quest. 48. num. 16. Cassan. conf. 44. num. 122. sequitur Acac. Ant. de Rippol. var. resolut. cap. 11. num. 151. Marius Anguis. vol. 1. conf. 47. num. 16. & 17. Affl. decis. 107. num. 8.*
- 53 *Quintò, solidari possunt, cum alienatione bonorum minorum, in qua alienatione necessariæ videntur solemnitates, & ipsis deficientibus alienatio corrumpitur; de qua re post omnes DD. eruditissime scripsit Paul. Paris. in suo erudito consilio 98. lib. 1. omninò videndus per totum, & in conf. 99. lib. 1. per tot. qui omnes solemnitates necessarias ad ipsam alienationem rerum minorum enumerat, ipsis solemnitatibus non interuenientibus, statim alienatio euadit nulla, ut voluit Paul. de Castr. conf. 106. secundum notam impressionem, Fulgos. in conf. 80. quidam secundum ventura col. fin. cum pluribus alijs, ad id adduci possunt, Affl. in decis. 249. & ibi latè Vrsill. per totam.*
- 55 *Verum in aliquibus contractibus minorum, in quibus necessitas cadit aliquæ solemnitates remitti possunt, dummodo*

do non sint substantiales, & contractus sit de rebus minus damuosis, per text. in l. magis puto §. non passim ff. de reb. eorum, in vers. si sit, & vers. sequenti, Paris. in conf. 100. nu. 20.

- 50 *Nam si solemnitates sunt substantiales, ut est decreti solemnitas, & contractus est magni damni illa solemnitate, ammissa deficit statim alienatio, cū dicta solemnitas sit de essentia dictæ alienationis, & dicitur causa finalis, & nuncupatur causa omnium causarum, ut Bal. in l. generaliter in 2. opposu. C. de Episc. & Cler. Causa igitur finalis ipsius solemnitatis decreti, fuit ut minores non defraudarentur, ut in l. lex, qua tutores, ubi*
- 58 *materia, C. de administ. tutor. cum semper leges querant fraudibus obuiare; ut in l. meminere C. unde vi l. 2. C. de iudic. vidui. tollen. l. sed Iulianus, §. mutui ff. ad Maced. Corn. conf. 69. num. 35. vol. 2. Menoch. de adipisc. possess. remed. 3. num. 71. & non solum in ipsa solemnitate decreti*
- 59 *est obseruanda causa finalis, verum etiam, & causa formalis, & materialis, quæ causæ iuducunt validitatem, & solemnitatem prædicti decreti, cumque*
- 60 *causa formalis sit ipsemet Iudex, qui sedendo profert decretum prædictum, ut in l. 3. ff. de honor. possess. qui Iudex debet esse competens, pro faciendo prædicto decreto, alioquin alienatio erit ipso iure nulla, ut in l. magis puto §. non passim ff. de reb. eorum, Fabian. de Mont. latè in tract. de empt. & vendit. quest. 5. princip. tit. de solemnit. in alienation. minor. reb. num. 96. Iodoc. Damhouder in practi rerum ciuiliu in subbasta. obmpend. exeg. cap. 2. vers. 8. Alex. conf. 116. num. 1. lib. 1. Paris. conf. 99. nu. 6. lib. 1. Roland. à Vall. conf. 33. num. 9. lib. 1.*
- 62 *Materialis autem causa non solum est res alienum, verum etiam, & causæ cognitiones, nam res alienum, licet sit causa materialis primaria tamen cognitio causæ est vna de substantialibus solemnitatibus ad finem promulgandi decretum prædictum, quæ causæ cognitio non sufficit allegare per comparisonem, sed perfecte coram Iudice probari debet ad finem videndi si expedit, vel non expedit bona illa vendi, & decretum interponi, l. minorum C. de*
- 64 *prad. minor. quæ probationes sunt recipiendæ, ante decreti interpositionem, ut notat Affl. decis. 249. Roland. à Vall. conf. 33. lib. 1. num. 10. & latissime de hac materia, Menoch. singulariter de arbitr. Iudic. cent. 2. lib. 2. casu 171. sub num. 23. Paris. conf. 85. lib. 3. num. 27.*
- 65 *Nam*

65 Nam si Iudex interponat decretum, non præcedentibus probationibus decretum prædictum est nullum, deficiente solemnitate substantiali, & intrinseca, vt notat *Parif. conf. 85. num. 28.* ratio 66 est, quia causæ cognitio omiffa vitiat actum, *Bar. in l. minoris C. de præd. minor. Castrenf. conf. 38. num. 1. vol. 2. Alex. consil. 116. lib. 1. Bero. conf. 22. num. 43. vol. 2. Rol. à Val. qui alios adducit in dicto conf. 33. & conf. 99. lib. 1. & conf. 7. num. 60. & 65.* qui dicit hanc sententiam communem esse, *Roffred. in tract. de libell. par. 7. rub. de Senat. Consult. Clementiano, sub num. 5. vers. quinto, Iodoc. Dambouder in præc. rerum ciuiliu cap. 148. de decret. & in subbasat. compend. exeg. cap. 2. num. 36. Gugliel. Rodan. de alien. rerum Beclaf. fol. mibi 204. num. 30. Anton Tass. in Notarior. excessus cap. 77. num. 2. Benintend. decis. 2. Iacob Nouell. regul. 35. num. 3. incipiente Iudex, Petr. Duen. regul. 186. incipiente decreti vbi latè de hac materia, & nouem modis ampliat, & lectoribus, imò studiosis reliquendum est.*

67 Nec obliuioni esse tradendum, quod quando solemnitas requiratur in aliquo actu, veluti decretum Iudicis, semper in ipso actu interuenienda est causæ cognitio, vt in *l. cum hi §. ult. igitur ff. de transact.* & esset inutile decretum absq; cognitione causæ vtilitati minoris, *Bar. in l. prolatam C. de sentent. & interloc. om. Iudic. Anchar. conf. 25. & 72. Rolan. à Val. d. conf. 3. vbi materia lib. 1. Cauat. decis. Finixan. in tract. de tutor. & curat. sub num. 128. Corset. conf. 26. num. 10. Parif. qui omnes recenset in dicto conf. 85. num. 48. lib. 3. Ruin. conf. 107. num. 104. vol. 1. Angel. Arch.*

68 in *S. cripli, instit. de alition.* & in illa inquisitione Iudex considerari debet, quatuor circa alienationem rei minoris, nempe **Quid, Quando, Qualiter, & Quo modo,** *Balin d. l. magis puto §. in primis ff. de reb. eorum.*

69 Neque in tali solemnitate decreti est exprimenda causæ vtilitatis minoris, nec est dubium in illo, expediat, vel non expedit cum sufficiat Iudex pronuntiare in ipso decreto (super alienatione prædicta minoris, suum interponit decretum, atque autoritatem præstat) vt obseruari vidi, in nonnullis alienationibus factis de bonis minoru, sufficit igitur constare ex actis vtilitatem, & expedire pupillis, & minoribus vendi facere bona prædicta, vt clarè, & accuratè dixit *Petr. Duen. in regul. 185. num. 3. Alex. consil. 207. num. 7. vol. 7. Cuman. conf. 113. num. 6. Acurs. in l. 2. in verbo palam ff. quando pro. uoc. non est necess.*

70 Que decreti solemnitas, an interuenire debeat in ipso actu, vel post actum, varii *DD.* in hoc articulo fuerunt, qui varia scripserunt, quibus me remitto, ad hoc ne scriptis scripta faciamus, tamen dico, aut ista solemnitas decreti requiritur, ad confirmandum actum, aut ad solemnizandum, nam duæ causæ considerantur in quolibet actu, prout dixit

71 *Aristot. in 1. phisic.* Causa essendi, quæ sub se comprehendit materialem, & formalem, causa verò fiendi, quæ comprehendit causam efficientem, & finalem, quando igitur solemnitas decreti debet interuenire vti causa fiendi, debet præcedere ad finem validandi actum, in causa verò essendi debet in ipso actu dicta solemnitas decreti interuenire, latè de hac materia *Tiraquell. de legib. connub. gl. 6. n. 9. Roman. qnsf. 50. Marian. Socc. conf. 15. lib. 1. Bald. in l. modestinus ff. de donat.* si verò solemnitas decreti accipiatur pro causa approbandi, seu confirmandi actum, tunc potest interuenire, etiam ex interuallo, sed in ipsa solemnitate decreti alienationis bonoru minoris, consideratur dicta solemnitas, tanquam causa fiendi ante, & in ipso actu alienationis, & non ex interuallo interuenire debet, *Bald. in l. quæcumque C. de honis que*

72 *libor.* hanc veritatem explicat, Ex quemadmodum autoritas Tutoris non potest ex post facto sequi, propter inhabilitatem minoris, ita & nec solemnitas decreti Iudicis, *Bologn. ex mente Bald. in conf. 59.*

73 Consideratur igitur in ipsa solemnitate decreti rigor Iuris Ciuilis, ad euitandas fraudes, & sic in ipso actu interuenire debet, *Marian. Socc. in dicto conf. 15.*

74 *num. 14. vers. vel potest.* cum lex introduxit decreti solemnitatem pro forma intrinseca respiciente ius publicum, vt succurratur ætati minoris, & in tantum

75 hoc est verum, quod dicta solemnitas decreti debet persistere in ipso actu cū sit stricti iuris, nec extenditur ad similia, vel maiora, *l. si debitorem meum ff. de uocat. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæ st. 2. principio num. 13. Petrus de Riuen. sagut. 146. in decreto, & Fernand. V. sq. de success. creat. tit. de testam. potent. §. 10. num. 71. lib. 3. Bero. conf. 124. num. 21. conf. 182. num. 9. vol. 1. Hippolyt. riminal. conf. 5. num. 216. conf. 54. num. 50. lib. 1. Roman. Angul. 217. incipiente, an in decreto, Buerard. in sua cent. in loco à ratione legis, larga, amplius generalis in 2. casu vers. primo cuius*

76 Denique vnum notandum est, quod solemn-

solemnitates præter illas de iure com-
muni traditas, standum est consuetudi-
ni locorum, ubi quoad solemnitates de-
bet attendi locus, in quo celebratur
contractus, in xca. l. i. ff. de iur. iudic.
cum alijs consuetudinarijs per *Belin. in cap. 1.
col. 2. i. princip. vol. 4.* sequitur clarè *Pa-
risiensi cons. 99. num. 54.*

77. Sexto in donatione, in qua si deficiunt
solemnitates à iure determinatæ, cor-
ruitur ipsa donatio ex defectu solemnita-
tis, v. g. si deficiunt testes à lege fin. *C. de
adoptio. §. de fin. ff. de iure Codicill.* præfinito-
s, id est, quibusque adhibeantur, quatuor
in donatione causa mortis, ex ipsa so-
lemnitate deficere, quatenus proba-
toria actus, est ipso iure nulla, etiam si
talis donatio fuerit iuramento firmata.

78. Cum illa solemnitas probatoria est
inducta ad publicam utilitatem, nec talis
solemnitas potest iuramento, & præ-
dicto remitti, ut hinc probatur ff. de pact. l.
non potest ff. de legat. l. notabiliter dixit
*Barb. in l. si quis pro eo in 7. casu ff. de fide-
iuss. sequitur ibi in cons. 2. circa fin.*

79. Nec ipsis solemnitatibus probatorijs
renunciari possunt, ut voluit *Barb. in l. fin.
in 1. notab. C. si verè per. placuit. Maris. An-
guis in cons. 168. num. 4. & 5.*

80. Septimo, & finaliter deueniendum
est ad illas solemnitates habentes, sub se
decretum irritantem, pro quibus primo
assignatur illa solemnitas à *S. O. Tridenti.*

81. tradita in *sess. 85. cap. 10. de regularibus*
loquendo in solemnitate requisita in
renunciacione, ibi hæc formalia verba
tradit. (Nulla quoque renunciatio, aut
obligatio ante facta etiam cum iuramēto,
vel in favorem cuiuscumque causa
piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi,
sive eius Vicarii, sit intra quatuordecim
proximos, ante professionem, ac non
alias intelligatur effectum suum fortiri,
nisi sequuta professione, aliter verò fa-
cta etiam si cum huius favoris expressa
renunciacione, etiam iurata, sit iurata, &
nullius effectus, nisi tempore Nou-
narij, & non antea, & non postea.)

Secundo, de effectu solemnitatis vna
cum decreto irritante.

Tertio denique, an dicta solemnitas
possit statuto, vel consuetudine remitti
in qua re multa in hoc præ-

82. Circa primum, ex supra traditis diluc-
ideat, quod quodlibet cumque so-

lemnitas requiritur in ipso actus cele-
bratione, dicitur substantialis, *Ofas. in
decis. Pedam. d. 1185. num. 9. & post ipsos
citatos, ad est. Dec. in cons. 10. num. 2. fusa
Tiraquell. in tract. signat. §. 30. glof. 2. in 24.
& sequent. Sebast. Vant. in tract. de nullitat.
in 11. quot. & quib. mod. nullit. proponi
possit num. 52. Roland. cons. 33. num. 9. lib. 3.
Menoch. cons. 54. sub num. 3. Laderch. con-
sil. 6. num. 17. consil. 148. num. 10. Schard. con-
sil. 1. num. 329. & infra lib. 2. post istos Ant.
Peregr. in cons. 99. num. 18. & 19. Mart. de-
cis. Pisana d. 101. num. 4. & voto 8. n. 3.*

83. Imò non solum dicitur substantialis,
verum etiam formalis, quia quotiescun-
que lex aliqua fieri decrevit, formam
importat *Reg. Valenz. cons. 173. num. 11.
Vnde per præmissionem formæ vitia-
tur actus, Barb. & Imob. l. 1. ff. de liberis. &
post. & l. cum hi §. eam transactionem ff. de
transact. Cypbal. cons. 219. num. 4. vol. 2. Za-
vis. cons. 5. num. 94. lib. 1. Marc. Ant. Eugen.
cons. 88. num. 43. ibi dicit Roland. à V. all. cons. 72.
num. 14. lib. 3. Aym. Cravett. cons. 1. num. 2.
& cons. 177. nu. 5.*

84. Nam quotiescumque aliqua solè-
mnitas fuit introducta ad aliquem actum
faciendum, ipsa, deficiente solemnitate
actus etiam deficere videtur, voluit
*Mars. in cons. 65. num. 5. & cons. 117. nu. 18.
& 13. nu. 4.* Vnde ex his satis clarè con-

85. stat, quod quando actus deficit, ex defe-
ctu substantiali, illa solemnitas dicatur
substantialis, & ex ipsius defectu omnis
actus corrumpitur, ut text. in l. cum hi §. si pro-
sor ff. de transact. l. constitutionibus ff. ad
municip. l. 1. C. de fid. instrum. & act. fiscal.
lib. 10. Funes in tract. de inuent. p. 3. fol. mi-
hi 132. num. 67. Imò & etiam renuncia-
tio, si facta fuerit a Novitio, quam-
vis formalis nulla esse videtur, ex defectu
solemnitatis, à *San. Concil. Tridenti. requi-
sitæ, & recedit Gratian. decis. 37. num. 1. & 93
ex qua opinione innumeri fuerunt DD.
quos refert latè *Barbos. in tract. de iure
eccl. lib. 1. de trans. ad relig. cap. 42. nu. 235.
& nu. 244. Laurent. de Franch. de contract.
inter Episcopum, & Regem in quest. diuers.
foram. quest. 42. in princip. Sanchez. ad præ-
cepta decalog. lib. 7. cap. 15. idem *Barbos.
& in dicto tract. de iure eccl. cap. 42.
num. 244. Alexandri Peregrini in comment.
ad consil. Clericorum Regular. par. 2. cap. 1.
lib. C. §. 29. idem Sanchez. in di. 10. cap. 5.***

86. num. 77. Imò nec si post actum accedat
talis licentia est sufficiens ad talem re-
integrationem renunciacionis nulla ex
defectu solemnitatis, cum talis licentia
sit necessaria in ipso actu, ut idem *Sanch.
in loc. cit. num. 77. & omnino talis licen-*

ria procedere debet ipsi renunciacioni, num. 78. *Cened. Canon. quest. lib. 1. quest. 6. num. 14.* ita firmavit *Rota Roman. fideicommissi 15. mensis Nouembr. 1624. refert Barb. cit. num. 244.* & omissa tali solemnitate; & professione sequuta, ipso iure renunciatio nulla est, vt dixit *Laur. de Franch. supracitatus, sequitur Ioann. Bapt. Cost. de re integr. distinct. 104. per totam.*

37 Quæ quidem *Sacri Concilij Trident. solemnitas secundum magis communem opinionem, non habet locum in renunciacione facta à Nouitio; ante religionis ingressum, quamuis in ipsa renunciacione illa solemnitas, adhibita non fuerit, quia in ipso tempore, non attenditur illa solemnitas, sed attenditur dispositio iuris communis, prout ita declaratum, refert Molfes. in tit. de renunciat. quest. 16. num. 15. à sacra. Congr. Cardin. discti Conc. Trident. in anno 1596. die 26. Nouembris dixit etiam Steph. Gratian. de vis. 37. num. 1. & 3. Menoch. lib. 2. de Arbitrar. iudic. casu 436. num. 3. & sequenti, sequitur etiam hanc sententiam Lelius Altogradus in conf. 36. num. 1. loquente in puella adhuc non ingressa in monasterio, & rennuciante pro qua opinione adducit quamplurimos DD. & præcipuè Passarell. in priuilegio Minor. cap. 37. Vgolin. de potestat. Episcop. cap. 20. §. 7. num. 3. Vagam in summa cap. 90. de lte donationi cap. 4. Burgogn. decis. 11. num. 113. lib. 3. Ioan. Baptista confec. in summ. priuilegiorum mendicantium tit. 13. pag. 325. Garz. de benefic. p. 11. cap. 9. num. 15. Ludouic. Bellus conf. 134. nu. 4. vsq; ad 8. Rot. Rom. decis. apud Durant. 121. n. 33. Cum omninò sessio vigesimaquinta Concilij Trident. non attendatur ad restitutiones, & donationes factas ante religionis ingressum, quoniam ius commune, quod eo tempore viget, corrigi non debet, & si corrigatur, corrigi debet, quâto minus fieri possit, & de eius correctione expressè constare debet, vt §. tribus Authent. quibus mod. Natural. efficiant. sui, de quo latè scripsit Molfes. in dicta quest. 16. à num. 16. vsq. ad 17.*

38 De solemnitate autem Concilij Tridentini illius omissio non parum nocet, quoniam non videtur leuis solemnitas, cuius omissio nocet, Paul. Rollon. lib. 1. in tit. de eor. que fiunt in contin. cap. 42. num. 3. Paris. conf. 40. nu. 18. lib. 4. & conf. 98. nu. 741. & 75. lib. 2. & quod nocet inducendò irritationem actus, Cardin. Bellarm. in declarat. ad Conf. Trident. nu. 3. fol. mibi 408.

39 Sessio autem illius Concilij Tridentini in omnibus monasteriis est vsu recepta; & illi ligantur, cum etiam practicum,

90 fuit, in monasteriis, exemptis, & ita fuisse à Sacra Congregatione declaratum, vt testatur Lelius Capat. in repet. consuet. si moriat. par. 3. §. 1. in m. 1.

91 Quod sanè ea ratione à S. C. Trident. constitutum fuit, ne scilicet quis temere renunciet, sed animo quidem deliberrato profertendi religionem, de quo quidem constare non potest, nisi infra duos menses ante professionem proximos; quia facilè ingredi volentes religionem à sanguine conuictorum persuaderi possent, vt eis renunciarent, vel donarēt bona, antequam Monasterii claustra ingrederentur, non inquam vrgeret hæc consideratio, quod de renunciacione,

92 diximus; idem dicendum de donatione, quæ à renunciacione, effectu nō differt, nam renunciatio, dicitur donatio quædam, vt scripsit Bar. in l. Modestinus num. 1. ff. de donat. Dec. in l. postquam quest. 1. C. de reuocand. donat. & Dicit. Couar. in 2. variar. cap. 4. num. 8. late Barb. supra cit. de Iure Beclis. & Sanchez.

93 At quid si facta fuerit, non cum licentia Episcopi, sed saltem cum licentia superioris, auanquid incidat in pœnam decreti irritantis, & pro parte affirmatiua videtur facere, quod tradit Nauar. in cap. Statuimus 19. quest. 1. num. 90. vbi inquit, quod ad ingrediendum in monasteriis monialiū subiectis prelati regularibus, sufficit illius superioris licentia, & ad ingrediendum autem in monasteriis monialiū immediatè subiectis Episcopis, aut Sedi Apostolicæ, sufficit licentia Episcopi.

Verum contrarium dicendum est, nō valere huiusmodi renunciacionem, nisi Episcopi aut eius Vicarii licentia intercedat, quod patet ex dicto cap. 16. Trident. ibi, Nisi cum licentia Episcopi, aut Vicarii, igitur Sac. Concilij Trident. vult quod regulariter adsit talis licentia, aliter irrita dicatur, Menoch. de arbitr. iudic. casu 436. num. 7. & 8. Roas. Epithom. success. cap. 6. num. 29. Gull. cdp. quamuis paltum, vers. nuptui, Spin. specul. testam. glos. 12. nu. 5. Igitur omninò necessaria videtur talis solemnitas, eo modo ac si talis solemnitas fuisset descripta, intra certum tempus, & eo elapso amplius adimpleri non possit, vt per multos DD. dixit Donatus Anton. de Marin. Aduocatus insignis, & doctissimus scriptor in suis quotidian. resol. cap. 123. num. 10.

Et dum supra discussa fuit materia sessionis S. C. Tridentini respectu licentiæ adhibendæ in renunciacione monialium, pro eius dilucidatione dubitabatur

tur à Doctoribus nō sufficeret simplex notarii assertio de ea concessa aut vero necesse sit; eam in scriptis producere.

Cuius dubii resolutio quam maximè à Doctoribus ventilata fuit, in qua communiter decernerunt sufficere notarii attestationem, & ipsi creditur tanquam de re coram ipso gesta, vt *Surdus in cons. 7. num. 47. Castillo in decisione Sicilia decis. 50. tom. 3. num. 126. sequitur Caualcamus part. 2. decis. 28. num. 38. ipsius suasionis ratio relata, venit à Sanch. de matrimonio disput. 35. lib. 3. de consens. clandest. num. 10. Henric. lib. 11. de matrimonio cap. 3. num. 5. Manuel. in tom. 1. sum. in edit. 2. cap. 229. num. 13. sequuto à Nauarro lib. 4. consiliorū in prima edit. tit. 1. de spons. cons. 41. in tit. 2. de clandest. Salzed. in praxi cap. 73. in noua editione post vers. 12. idem Sanch. super Decalog. cap. 5. num. 75. ibi quotiescumque lex expressè non decreuit scripturam, requiri toties eius dispositio valet adimpleri verbo, scripsit, & plura *Dec. in rubr. de constitutionibus in prima lectura à n. 26. quæ quidens resolutio colligitur ex dispositione eiusdem S. Conf. Trid. quem dubium examinatum etiam reperii à Præs. S. C. Neap. Marchio Ramontis in lib. 1. controuers. cap. 8. num. 7. & seq.**

Hodie enim pro maiori cautela practicum vidi in scriptis interponi prædictam licentiã, & sui in protocollo notariorum, & ultra hæc obseruantia vidi Notarios antequam stipulent renunciations ostendunt partibus prædictam licentiã.

94 Ad secundum de effectu dictæ solemnitatis, vna cum decreto irritante, Cuius solemnitatis effectus, naturã, & vim sumit à dicto decreto irritante, seu clausula, vt legitur in dicto cap. 25. (alias pro nulla habetur renunciatio) quod decretum annullatum omnia, quæ in contrarium fiunt irritantur, cap. 5. eo tempore de elect. lib. 6. cap. 1. vers. adijciebatur de concess. prebend. eod. lib. Couar. practicar. quest. cap. 9. num. 7. Ant. Gabr. commun. opin. lib. 6. tit. de claus. conclus. 3. num. 56. & 57. Salas de legib. quest. 96. tract. 14. dubio. 16. sect. 8. sub num. 27. post principium, vers. addito autem, Mart. de claus. claus. 191. num. 6. Marescor. variar. resolut. lib. 2. cap. 38. Steph. Gratian. discept. forent. cap. 283. num. 3. & cap. 574. num. 5. & 9. & cap. 791. num. 13. Aloys. Ricc. in decis. Curie Archiepis. Neap. p. 2. decis. 75. num. 3. Moneta de Commut. ultim. volunt. cap. 7. nu. 230. Barbof. in tract. de claus. claus. 112. num. 3. Garz. in tract. de Benefic. par. 5. cap. 1. num. 27. cum duobus sequent.

95 Imo, & talis clausula decreti annulla-

tiui habet in se implicitam inhibitionem, vt Ant. Gabr. num. 73. Cassador. decis. 2. nu. 6. de restit. spoliat. & non solum retinet in se talem implicitam inhibitionem; verum etiam habet vim priuatiuam, & auocatiuã potestatis concessæ *Ferrer. cons. 314. num. 10. lib. 2. quæ est potentior reseruationis, & inhibitionis, vt Cassador. decis. 3. de decreto resera.*

97 Et tale gestum etiam parte non opponente, est nullum ipso iure, *Gabr. dicta conclus. num. 57. est tex. in cap. penult. de probat. in 6. & ibi Brun. & Ruyn. ap. statutum S. su. de rescript. in 6. & cap. ult. de officio deleg. eodem libriuncta glos. fin. utrobique idem post Mart. in dicta claus. 191. num. 6. Barbof. num. 3. Burf. cons. 82. num. 2. vol. 1. de-*
98 struit ipso iure omnia contra ipsam formam attentata iuxta notata per *Gald. Percirra. quest. 6. num. 29. ita vt omnia facta contra decreti dispositionem habeantur pro infectis, Gabr. num. 56. Card. Tusch. practi. conclus. tom. 2. list. D. conclus. 115. Barbof. in dicta claus. num. 3. Igitur ex*
99 defectu solemnitatis, & ex vi clausulæ Decreti irritantis, illa renunciatio venit nulla; ex defectu talis solemnitatis, quatenus finis *Sacr. Concil. Tridentini* fuit, vt robur haberet illa sessio ab ipso facta, vt *Card. Tusch. num. 2. quod decretum colligitur ex illa verba, alias pro nulla habeatur renunciatio, vt dixit Capic. in decis. 9. num. 28. circa finem, Alex. cons. 97. considerantis num. 4. lib. 5.*

100 Nec poterint partes de communi consensu renunciare talem clausulam decreti irritantis; imo, non solum clausulam verum etiam omne quod ipsi obstat, vt dixit *Roman. cons. 402. in proposita consultatione per totam, in verbo nõ aliter Capycin decis. 9. in fine, sequitur Card. Tusch. nu. 2. Didac. Couar. in tit. de pact. par. 2. num. 5. vers. insertur, & ibi quamplurimos refertur scribentes.*

De effectu autem huius clausulæ decreti irritantis, videas latè apud *Barbof. cit. Mart. & Monet. de commut. ultim. volunt. & DD. apud ipse.*

101 Tertio denique an possit consuetudo, seu statutum introduci contra dictã solemnitatem Sacri Concil. Trident. in qua re, omninò vti negatiua necesse est; vt optimè post alios nouissimò probauit
102 *Eraditiff. ac sapient. Precept. meus D. Ferdin. Arias de Mesa, doctrina, & integritate conspicuus, & omni auro venerandus, ob suam doctrinam meritissimus Consiliarius, & primarius Lector in studiis publicis, lib. 2. variar. resolut. cap. 18. nu. 14 cui addo Syluest. in verbo lex quest. 6. vers. 3*

Me-

Medina par. 3. quæst. 90. art. 4. ante conclusionem quartam, Valentia tomo 2. disput. 5. punto. 5. dubitat. 2. Abb. Panorm. in cap. cognoscens num. 7. in princip. de consuet. qui omnes concludunt, quod non solum consuetudo, ne quæquam statutum possit contra prædictam solemnitatem, introduci, ratione decreti irritantis, cui abrogari non potest, per consuetudinē, Gemnian. in cap. in istis §. leges num. 4. vers. quandoque distinet. 4. Salos de legib. tract. 14. disput. 19. sect. 5. num. 54. vers. & nota, & nam. 56. Couar. lib. 3. variar. cap. 13. num. 3.

103 Vnde nec per vsum contrarium, vsus talis clausulæ Decreti irritantis præscribitur, ut Hierony. Gabr. cons. 162. à num. 19. lib. 4. qui licet limitet in consuetudine immemorabili, teste Ruino cons. 13. nu. 30. vol. 2. tamen omnino dicendum erit, cū prima opinione, ut sequitur Monet. in dicto cap. 7. num. 245.

104 Et ex hoc omnino non procedere possunt iura, quod per contrarium vsum, vsus alicuius rei præscribatur, & illi vsui derogetur per tex. in l. de quibus ff. de legib. l. 2. C. qua sit longa consuet. utrobique DD. ac in specie de solemnitate iuris civilis admonet Bar. in cons. 144. Ludou. decis. Pisan. 6. nu. 8. & 9. notabiliter Menoch. de arbit. Iudic. casu 1169. num. 11. & 12. & ad ius Canonicum, idem probatur in cap. istis §. leges distinet. 4. & in cap. fin. de consuetud. ubi glos. Panorm. & alij DD. in cap. 1. de Tregua & Pace, Puteus decis. 176. par. 3. Aegidius Belmont. conclus. 339.

105 Nam pro documento sciendum est, fictionem à præsumptione multum differre, cum præsumptio versetur super vero, & sic pro vero præsumitur, fictio autem super falso versatur, & aliquid vt factum, cum factum non sit inducit, notat glos. in i. unica §. accedis in vers. presumat. C. de rei uxor. action. Menoch. lib. 4. presump. 35. num. 12. & ideo contra legis fictionem nulla datur probatio in contrarium quia veritas aliter se habet, cum propriè talis fictio inducta sit contra veritatem, ut glos. in cap. 2. de Arbitr. in vers. lex circa finem.

106 Contra fictionem autem non datur probatio in contrarium ad differentiã præsumptionis, quæ venit fundata super incerto donec non producat aliquid in contrarium, tunc enim ex cursu

107 longissimi temporis, non præsumitur solemnitatem interuenisse Affl. de §. 107. num. 5. Gram. decis. 24. Crauet. cons. 230. & 317. Dec. cons. 409. latè idem Dec. cons. 538. & Mattheusan. singul. 12. Alex. cons. 74. num. 4. lib. 1. Felin. in cap. sicut num. 33. de

re iud. Grater præf. quæst. cap. 21. nu. 7. Molin. lib. 2. de Hisp. primog. cap. 6. num. 73. Redo in rub. de his qui consens. §. fin. nu. 31.

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio monialis dicitur corresponsiva, habens respectum ad illud, quod promittitur.
- 2 Actio prime uag illasa remanet, si id quod promittitur non seruatur.
- 3 Renunciatio monialis respectiva ad id quod promittitur habet causam resolutivam.
- 4 Iura semper remanent illasa, quotiescumque ex una parte non adimpleatur id quod fuit conuentum.
- 5 Promissio facta ex una parte in aliud verificari non possit in monialibus nisi in causam alimentorum.
- 6 Vita monialium consistit tantum in diuinis rebus.
- 7 Cessio in qua non transfertur plena possessio obligat cedentem ad patientiam successiuã, qua nunquam finitur.
- 8 Contractus quando resoluitur ob promissa, non seruata dominium primam, resuscitat.
- 9 Renuncians sub conditione aliquid soluendi, si deinde non soluatur, semper prima iura sunt salua.
- 10 Conuentiones partium seruanda sunt.
- 11 Contractus à partibus legem accipit.
- 12 Contractus quando dicatur corresponsivus, & quando resoluitur.
- 13 Contractus corresponsivus nunquam producit obligationem contra aliam partem, non factò adimplemento.
- 14 Fidem conuentionis, non seruans, priuatur omni emolumento.
- 15 Contractus adimpleri debet non solum circa substantiam, sed etiam circa naturalia, & accidentalia ad hoc, ut actio nascatur.
- 16 Qui non facit quod debet, non recipit quod oportet.
- 17 Qui differt facere quod debet, non potest petere, quod sibi debetur.
- 18 Scripturam non obseruans ex parte sua, nõ potest illam allegare, nec super ea se fundare.
- 19 Contractus est seruandus, & si non obseruetur ab illo, potest recedere, etiam si fuerit in illo oppositum iuramentum.
- 20 Contractui non tenetur stare, si pars deficit in minimo.
- 21 Data occasione contractus, si non adimpleatur passum repeti.
- 22 Promittens potest à promissione recedere, si non fuerit impletum ex parte alterius.

- 33 Exceptio adimplementi non facti, quando possit opponi.
- 34 Exceptio adimplementi non facti an possit opponi contra instrumenta guarentigia, & camerale, & contra sententiam, & executionem illius.
- 35 Promittens tenetur adimplere usque ad minimam partem, ad hoc ut audiatur.
- 36 Promittens an excusatur ab impedimento praestito, si non obseruauit promissa.
- 37 Purgatio mora an admittatur aduersum adimplementum non factum ab altera parte.
- 38 Mora an purgatur in acquirendis in fauore aitoris.
- 39 Mora quando non purgatur, nec admittitur.
- 30 Condicio si semel deficit, deficit etiam, & dispositio irrevocabiliter.
- 31 Legatum factum mulieri donec caste, & honeste vixerit, si semel committat adulterium an amittat legatum.
- 32 Exceptio adimplementi non facti est exceptio litis finitæ, & impedit litis ingressum.
- 33 Exceptio non adimplementi an possit tolli per statutum.
- 34 Actio ex contractu vltro citroque obligatorius, nunquam oriri, nisi ex parte sua primo adimpleuerit.
- 35 Exceptio non adimplementi potest opponi aduersus instrumentam iuratum, & cameralem obligationem.
- 36 Exceptio non adimplementi, est exceptio que oritur ex ventre eiusdem instrumenti, & per hoc dicitur opponere ex instrumento, non autem contra instrumentum.
- 37 Exceptio non adimplementi censetur opposita ipso iure Iudicis officio, absque partis instantia.
- 38 Renunciatio facta per moniales de bonis paternis, & maternis, cum promissione de soluendo certam annuam prestationem reputatur conditionalis, dummodo soluantur dictæ annuæ prestationes promissæ, aliter resoluitur.
- 39 Dictio nec aliter, nec alio modo posita in contractibus renunciationis an inducat conditionem, vel modum.
- 40 Dictio nec aliter, nec alio modo habet naturam precisam.
- 41 Clausula nec aliter, nec alio modo habet vim resolutionis contractus, & excludit a purgatione mora.
- 42 Clausula nec aliter, nec alio modo habet vim decreti irritantis.
- 43 Clausula nec aliter, nec alio modo est limitata voluntatis, & preseruativa sui iuris, in casu contrario.
- 44 Clausula nec aliter nec alio modo inducit formam,

- 45 Contractus resoluitur, si illa reseruatio annuæ prestationis esset modalis, per tempus praefinitum.
- 46 Donatio an resoluitur, ex modo non impleto.
- 47 Modus si est causa finalis dispositionis, semper reuocatur dispositio.
- 48 Renunciatio facta per moniales an dicatur facta contumelationis promissionis.

CAPVT XIX.

Renunciatio facta per Moniales prætexit certa annua præstationis promissa illa non soluta an Renunciatio sit nulla, & renuncians habere possit ad bona à se renunciata regressum.



VRA auxilium præbent sexui fragilitatis, multo magis auxilium præbere debent monialibus, quæ perpetuo detrusæ sunt in carceribus, nullis extantibus consiliis,

solummodo Diuino cultu attentæ subiacent; & ne ab illo remoueantur, sunt præceteris omnibus tuendæ.

1. Verum illud, quod in hoc capite, pro vera opinione nititur est, quod talis renunciatio videatur correspondens, quia cedendo iura omnia sibi competentia, non tamen simpliciter, sed habens respectum ad illud, quod sibi versa vice promittitur, *Corneus. conf. 117. num. 14. & conf. 173. num. 18. & num. 20. lib. 2. & conf. 145. num. 6. & conf. 306. num. 6. lib. 3. conf. 283. in princ. col. 4. Aymon Crauet. conf. 245. num. 2. vers. rursus vterque conf. 246. num. 3. vers. item cum ista Dec conf. 279. col. penult. Gramm. decis. 103. num. 157. Altograd. conf. 95. num. 7.* Vnde ex his satis constat correspondens dici renunciationem; & certum est, quod si non seruetur sibi promissum, eius actio primæua illesa remanebit, & virtute illius agere non prohibetur iuxta *text. in l. cum proponas C. de pact. voluit Bal. in l. 1. num. 28. vers. item possunt C. quando non petent part.*

3. Imo hæc renunciatio resolutiuam causam continere videtur, quia remittitur ius alicui respectiuè ad aliud; ideo, quod intentio nõ venit libera, nisi adimpletis omnibus, igitur quotiescumque ex vna parte non adimpletur id, quod

con.

conuectum est, iura sibi semper illa remanent, ut est *text. in d. l. cum proponas la. 2. C. de pact. in specie declarat Iacob. in dicta l. cum proponas 3. fallent. post Abb. in cap. 3. vers. fin. extra de iur. iur. dixit Mancell. de Mauro in allegat. 59. num. 2. Bald. in l. qui ea lege C. de pact. inter empt. & vend.*

5 Et quod magis est, quia illa promissio facta ex vna parte, in aliud omnimodo verificari non potest in Monialibus, nisi in causam alimentorum, cum pro nulla

6 alia causa verificari possit, quoniam eorum vita consistit, tantum in diuinis rebus vacando, & sic pro rebus ad vitam sustentationem necessariis, non autem pro delictis, voluerunt comuniter DD. & precipue Bal. loco citato.

7 Ad quod omnino accedat ratio, quod omnis cessio, in qua non transferitur plena possessio, obligat concedentem ad patientiam successiuam, qua nunquam finitur, est *text. in l. corruptionem C. de usu fruct. ita voluit Franch. in decis. 54. num. 11.*

8 vbi ponderat, quod quando resoluitur contractus ob promissa non seruata, doctissima primum resuscitat, ita enim

9 renuncians sub conditione aliquid soluendi, si deinde non solvatur, semper prima iura sunt seruata, sicut in *Stipulatione la. ff. de verb. oblig. l. si penam ff. quod doct. legati ced. late examinat. Bero. conf. 136. num. 5. lib. 2.*

10 Conuentiones autem partium seruare de sunt, per *text. in l. 1. C. de iur. empt. &*

11 ab ipsis partibus contractus legem; accipit, *l. 1. C. de pact. conant. & late Muz. de contract. in tit. de societate num. 60. fol. m. d. 122. l. 1. §. si conuenerit ff. de positi. l. contra d. cum similibus ff. de regul. iur. Roman. conf. 475. incip. quoad primum, Roland. de Fall. conf. 58. nu. 45. lib. 3. Reg. Valenz. conf. 116. lib. 2. num. 6. Boer. quest. 1. num. 115. & l. Diuus 27 ff. de testam. milis. l. scindum 19. l. S. d. l. ff. de ad. l. ad. l. 1. imaginaria 161. in princ. ff. de minor. l. 3. C. cod. l. penult. C. si aduers. sem iudic. & sic si contractus ab*

12 vna parte non obseruatur, ab alia ex ipsis contractantibus resoluitur, cum dicitur correspectiuus ad aliam promissionem sibi factam, *l. 5. ff. de res. in d. vend. Paris. conf. 24. num. 23. & 43 lib. 2. Reg. de Pont. conf. 81. num. 18. & conf. 5. num. 66. lib. 1. Reg. Tapia decis. 3. num. 24. Surd. conf. 437. num. 31. lib. 7. Ifern. cap. 1. §. sed nec est alia nu. 40. qua fit prima caus. benefic. amitt. Reg. Marchio Torello decis. 2. nu. 36. & decis. 30. num. 9. & decis. 108. num. 61. Hanc materia resolutionis contractus pertractat Capol. de Grass. in suo tract. de except. except. 13. nu. 57. vbi duo casus distinguit,*

13 cui videre poteris. Imo talis contractus correspectiuus, nunquam producere videtur obligationem, contra alteram partem, quando ab vna parte, non impletur, secundum communem opinionem, DD. in rub. in l. si apud acta C. de tract. l. penult. ff. de transact. l. cum proponas C. de pactis, Roman. conf. 204. num. 9. Marc. Ant. Eagen. conf. 12. num. 22. lib. 1. dixit Reg. Valenz. Valenz. in conf. 112. num. 86. lib. 1. Ad quod etiam facere potest, *text. in l. l. proponas l. 2. vbi omnes DD. C. de pact. l. d. n. ff. de iur. iur. l. quare §. inter locatorem*

14 ff. locati, ibi, qui fidem conuentionis non seruat, omni emolumento priuandus est, ut dixit Afflic. in cap. 1. §. sed nec est num. 36. qua fit prima caus. benefic. amitt. & est generale in omnibus contractibus vitro, citroque obligatorius, & non tenetur quis cum effectu obseruare, nisi fuerit perfecte per alteram partem obseruatus contractus, nec quis auditur, nisi primo omnia praestet ex sui parte, ut est *text. in l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. & ibi Bart. & Sals. dixit Corn. conf. 34. vol. 2. vbi 1. Mandell. de Alb. in conf. 191. num. 1. lib. 3. etiam si efflauerit causa, ob quam vna pars aliquid facere tenebatur, *Dec. in l. cum proponas nu. 4. C. de pact. Mascard. de probat. conclus. 1. 787. nu. 60. Casar Barzi in decis. Bononiens. 17. nu. 1. late Vincent. Caros. in tract. de locat. & in tract. de iur. sub tit. de l. i. ff. per tot. fol. m. d. 199. Ric. Bec. conf. 41. in princ. tot. l. Iulianus §. offerri, vbi DD. ff. de act. empt. . .**

15 & non modo contractus adimpleri debet circa substantiam, sed etiam circa naturalia, & accidentalia, ut de iur. actio, Bald. in l. pacta conuentu C. de pact. Alex. conf. 49. num. 4. vol. 2. Corn. conf. 208. nu. 2. num. 33. Manzon decis. Lucens. 11. num. 8. Ofasc. decis. 50. num. 10. Surd. conf. 32. nu. 33. lib. 1. & qui non facit, quod debet, non recipit quid oportet, *glos. in l. si non fuerit ff. de iur. iur. l. si in emptione §. item si emptor.*

17 ff. de contrahend. empt. & qui differt facere, quod debet, & promisit facere in contractu, non potest petere, quod sibi debetur, Bald. in Auth. dos dotata C. de donat. ante nupt. late de hac materia, Traquel. in tract. de legib. donubial. h. 3. & dixit Corn. conf. 78. volum. 1. Rin. conf. 143. Dd. num. 8.

- num. 8. vol. 4. Socin. *Lun. conf.* 77. num. 142. vol. 1. *Bertran. conf.* 144. num. 1. vol. 1. & in *conf.* 160. num. 3. vol. 3. *Paris. conf.* 33. vol. 1. num. 53. *Gozad. conf.* 1. num. 1. *Corn. conf.* 75. num. 22. *Ioann. Petr. Fontanell. decis.* 1869. num. 10. qui latè scripsit, quod non obseruans scripturam ex parte sua, non potest illam allegare, nec super ea se fudare. *Crot. conf.* 86. num. 9. *Neuiz. conf.* 87. num. 17. vbi post *Bal. in dista. Auth. do. data*, dixit procedere etiam si soluendum promissum, distulit implere; *Rube. conf.* 90. num. 4. *Natt. conf.* 60. num. 1. latissime *Roland. conf.* 53. nu. 17. & 27. & in *conf.* 57. num. 17. vol. 1. *Caphal. conf.* 66. num. 26. *de. cis. Pedamont. 32. Menach. conf.* 1. num. 304. *Roland. latè in conf.* 69. num. 1. & sequenti vol. 4. *Becc. conf.* 45. num. 6. & hæc omnia
- 19 habent locum etiam in contractu iurato, quod licet fuerit iuratum seruare, tamen poterit ab eo recedere non obstante iuramento, si ei non seruatur fides, *cap. 3. & cap. sicut extra de iure iurand. Bald. in l. fin. num. 20. vers. sed quare. C. de non numer. pecun. & in l. fin. ff. qui satis dare cogant. Alex. conf.* 105. nu. 14. vol. 3. *conf.* 121. vol. 1. *vers. quia non seruanti collat. 3. Bera. conf.* 92. num. 20. & *conf.* 104. num. 4. vol. 1. *Marfil. singul.* 42. *Caphal. conf.* 66. nu. 22. *Roland. conf.* 69. num. 1. vol. 4. *Bald. in l. iuris gentium §. adeo in 2. notab. vers. p. 182*
- 20 conuenta *ff. de pact.* dixit, quod vbi vna pars deficit in minimo, non tenetur stare contractui, *Natt. conf.* 373. nu. 29. *Menoch. conf.* 53. num. 6. quando non est sequutum implementum; *Becc. conf.* 45. num. 38. etiam si fuerit data, quia possunt repeti data, & accepta stante non adimplemento *Brav. conf.* 48. nu. 6.
- 22 Ex quibus inferitur, quod non obseruans promissa, poterit ab illa recedere, tanquam non impletum, ex parte promissoris, & contra promissorem potest
- 23 opponi de non adimplemento facto, ex sua promissione, cum contra instrumentum etiam Cameralem exceptio adimplementi non facti, opponi possit, *Osasc. decis.* 50. num. 10. *Caphal. conf.* 312. num. 100. *conf.* 407. num. 15. & sequenti lib. 3. *Iosep. Ludou. decis.* *Lucens.* 2. num. 3. lib. 1. *Roland. conf.* 53. num. 32. lib. 1. *Mascard. de probat. conclus.* 1387. num. 21. lib. 3. *Ris. collect.* 1245. par. 4. *vers. amplias.* *Sylue. ff. Zacob. in addit. obligat. Camer. quaest.* 17. n. 17. *Giurb. decis.* 100. num. 22. *Gratian. discept. forens.* cap. 307. num. 2. *Marescot. varian. resolut.*
- 24 cap. 88. num. 3. lib. 1. & ista inobseruantia adimplementi est tanti roboris, quod potest opponi, non solum contra prædictum instrumentum, nondum garen-
- tigatum, verum etiam & Cameralem, imò contra sententiam; & post sententiam, & executionem illius, vt scripsit *Marescot. in dicto cap. 88. num. 13. Crauatt. conf.* 151. num. 10. *Menoch. conf.* 45. num. 4. & semper opponi possit, nec consideratur quis prius contrauerit, vel non obseruauerit, sed quid prius aget, *Alex. conf.* 49. num. 4. lib. 2. *Marescot. vbi supra.* num. 8.
- 25 Ampliando prædicta, quod inobseruans tenetur adimplere, vsque ad minimam partem, ad hoc vt audiatur, *Honded. conf.* 86. num. 16. lib. 1. *Becc. conf.* 45. num. 10. *Lasen. conf.* 216. num. 1. lib. 2. *Natt. conf.* 673. *Neuiz. conf.* 50. num. 9. & sequen. *Bero. conf.* 25. num. 14. lib. 3. *Caphal. conf.* 66. num. 28. *Surd. conf.* 52. num. 35. lib. 2. *Rube. conf.* 30. num. 4. *Ioann. Crivell. decis.* *Dolan.* 111. num. 28. etiam si non adimpleuit circa substantialia, quam circa accidentalibus contractus, *Osasc. decis.* 50. num. 10. *Corn. conf.* 208. vol. 2. num. 33. *Mangon. decis.* *Lucens.* num. 8. & nu. 11. *Surd. conf.* 52. num. 33. lib. 1. *Roland. conf.* 6. num. 19. vol. 1. & *conf.* 69. num. 10. vol. 4. *Bald. in l. pacta*
- 26 conuenta *C. de pact.* *Alex. conf.* 49. num. 4. vol. 2. *Becc. conf.* 45. num. 6. lib. 1. Neque excusatur inobseruans ab impedimento præstito, quia tale impedimentum eum non excusat, *Surd. conf.* 186. num. 21. lib. 2. *Dec. in l. cum proponas num. 3. C. de pact.* *Natt. conf.* 50. num. 7. lib. 1. *Butt. & Abb. in cap. sicut ultimo de iure iur.* *Roland. conf.* 69. num. 12. vol. 4. Dummodò non fuisse impeditus, facto, vel culpa illius, cui erat faciendum adimplementum, *argum. l. iur. civilis ff. de condit. & demonstrat. l. qui operas ff. locati, Simon de Petr. conf.* 28. num. 70.
- 27 Nam queritur, an purgatio [moræ] admittatur aduersus prædictum adimplementum non factum, & *Gratian. discept. forens.* cap. 301. num. 12. dixit, quod respectu lucri captandi, non est necessaria aliqua interpellatio, aut mora, quod solum procedit quoad pœnam euitandam, *Dec. in l. cum proponas, la. 2. num. 24. C. de pact.* cum neque per interpellationem constituatur in mora, *Caphal. conf.* 407. num. 18. verum in acquirendis in fauorem Actoris mora non purgatur, *Lasen. in l. si insulam col. fin. quaest.* 9. nu. 39. *ff. de verb. obligat.*
- Sed in casu, de quo dubitatur bene purgare possit moram, cum illa promissio adimplendi consistat tantum in soluendo, solutione facta dicitur mora purgata; & adimplementum sequutum; *glos. in l. Julianus §. offerri ff. de alt. empt. Negus.*

Negus. de pignor. 2. par. 3. mbr. 5. par. princip. num. 5. Reg. de Ponte conf. 29. num. 16. lib. 1.

28 Et illa regula in acquirendis in fauorem actoris mora non purgatur, procedit in conditionibus implendis, nam tunc, non est licita purgatio moræ, prout notat *Dec. in l. 1. C. de instit. & substit.*

29 *num. 7. & sequenti*, quod non purgatur mora etiam in continenti adducens rationem, quia conditionis implemētum tendit ad acquirendam actionem; & in fauorem actoris, mora purgari non potest, secundum *Barz. in l. insulam*, defectus enim cōditionis remouet omnem purgationem moræ, & quod in dispositione conditionali, non sit licita purgatio moræ, voluit *Bald. in l. si super possess. in fine C. de transact. cap. dudum, il. 2. nu. 8. de elect. Paris. de Put. de retinend. feud. cap.*

30 *93. num. 35. & cum semel deficit conditio, deficit etiam dispositio irreuocabiliter*, ita quod non potest de cætero impleri, *Bald. in l. totius ff. de excusat. tut. ubi*

31 *dixit*, quod mulier, cui relictum fuit legatum sub conditione, donec castè, & honestè vixerit, si semel cōmittat adulterium ammittit legatum, ita vt illud amplius, non recuperat, quamuis postea ingrediatur Monasterium, *Bero. conf. 30. num. 2. vol. 2. Svec. Iun. conf. 57. nu. 3. volum. 4.*

32 Ista exceptio non adimplementi, est exceptio litis finitæ, & impedit ipsius litis ingressum, *Cassens. in §. offerri, Ias. in §. aditionum num. 131. instit. de act. Aym. conf. 127. num. 14. & conf. 248. nec ea po-*

33 *test tolli per statutum Alexand. conf. 119. num. 2. lib. 1. Capbal. conf. 402. num. 19. lib. 3. Roman. conf. 244. num. 5. vers. breuiter, Ias. conf. 216. col. 2. num. 1. vers. in tantum nu. 2. Rube. conf. 30. num. 4. Nenizz. conf. 50. n. 9. Bero. conf. 25. n. 14. lib. 3.*

34 Actio namque ex contractu vltro, citroque obligatorius nūquam oriri, nec dari agēti, nisi ex parte sua primo adimpleuerit, *l. Iulianus §. offerri ff. de act. empt. Frère. de present. in strum. par. 8. quest. 2. Ofast. decis. 50. num. 9. Roland. conf. 53. n. 27.*

35 & 28. & Reus potest opponere exceptionem adimplementi, & est tantu roboris, quod possit opponi aduersus instrumentum iuratum, & Cameralem obligationem, *Gratian. discept. forens. cap. 851. quia statutum prohibens huiusmodi exceptionem, ipsam non comprehendit, Canar. de exequut. instrum. q. 26. Galles. de oblig. ad forma, Camer. par. 4. q. 1. num. 8. Scacc. de iudic. caus. civil. lib. 1. c. 63. num. 1. Casar. Barz. decis. Bonon. 36. nu. 24.*

Mastrill. decis. 260. num. 2. Castill. decis. 123. num. 11. vol. 2. Muta decis. 73. num. 20. Mi-

36 *lan. decis. 4. num. 1. cum sequenti*, quia hæc exceptio oritur ex ventre eiusdem instrumenti, & per hoc opponere ex instrumento, non est opponere contra instrumentum, *Casar. Barz. dicta decis. 36. num. 23. & 24. latè Monac. decis. Bonon. 40. pauli. 9. Scacc. de commerc. quest. 1. nu. 354.*

37 qui adnotarunt, etiam hanc exceptionem censerī oppositam ipso iure iudicis officio, absque partis instantia, prout adnotat *Scacc. ubi supra num. 356. Casar. Barz. loco cit. num. 26. & Monac. num. 6. & 11. Gratian. discept. forens. tomo 2. c. 173. num. 19. & 20. & tomo 5. c. 853. n. 30.*

38 Renunciationes autem factæ per Moniales de bonis paternis, & maternis, cū promissione de soluendo certam annuam præstationem, reputantur conditionaliter factæ, dummodò soluantur dictæ annuæ præstationes reseruatæ, ob non implementum resoluuntur; ad *text. in l. 2. C. de donat. qua sub modo cap. vero extra de condit. apposit. cuius sunt verba (Verum cum alicui possessio, quælibet interposita donatur à donatore, demum postea reuocari non potest, nisi fortè tali cōditioni collatum sit; quod ea cessante debeat reuocari,) ubi glos. in verba conditio post eam, Soccin. regul. 382. priuile. 60. Ioseph. Ludou. decis. Perus. 93. num. 43. cum sequenti, Couar. lib. 2. cap. 14. num. 6.*

39 Ampliando prædicta si in prædictis contractibus, adessent verba, nec aliter, nec alio modo, quæ solent per Notarios apponi in dictis contractibus renunciationis, & reseruationis annuæ præstationis, quæ verba non modum, sed conditionem inducunt, vt post *Bal. in Authen. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. Menoch. latissime in conf. 38. num. 22. quæ conditione deficite operatur, ac si nihil actum fuisset, Ias. in l. fin. C. de iur. empbit. n. 142. conf. 162. num. 5. lib. 2. & conf. 86. num. 16. lib. 3. Curt. sen. conf. 88. num. 6. Paris. conf. 12. num. 104. lib. 2. Caputaq. decis. 82. par. 3. n. 3. Cassad. decis. 2. num. 7. de simonia. Verall. decis. 72. num. 3. & 4. par. 3. Nat. conf. 372. num. 4. & 5. Roland. conf. 63. num. 24. vol. 4. Menoch. latè de arbit. Iudic. casu 237. n. 34. & conf. 38. num. 21. & 22. & conf. 322. n. 40. & conf. 369. num. 25. Surd. decis. 268. nu. 9. Aloys. Ricc. collect. 868. & in praxi rerum fori Eccles. resol. 33. nu. 1. in 2. impress. Ant. Monach. Flor. decis. 23. num. 3. Ruy. conf. 281. lib. 1. & conf. 152. lib. 4. Cardin. Tuscib. cōclus. 131. sit. C. n. 2. & Ruin. cōf. 46. lib. 5. in fine, subdit, quod tacitè, & expresse huic con-*

con-

conditioni renunciari potest; *Caued. singul. 65. num. 1. & 5. Cald. Pereira de potest. eligendi cap. 17. nu. 16. Mart. late claus. 76. num. 7. Seraph. decis. 338. num. 7. Stephan. Gratian. discept. foxens. tomo 3. cap. 803. n. 38. & cap. 949. num. 7. & cap. 971. num. 2. Rol. conf. 59. num. 11. vol. 3. Bero. conf. 31. num. 3. vol. 3. Cephal. conf. 296. num. 11. vol. 2. nam illa verba non aliter, nec alio modo habent naturam præcisam, l. non aliter ff. de legat. 3. l. qui heredi §. fin. ff. de condit. & demonstr. l. 1. in princip. vbi DD. ff. de officio eius. & dixit Bal. in l. si quidem, num. 3. C. de excepti. quod si interrogatus dicat confiteor hoc modo, nõ aliter, nec alio modo, perinde erit, ac si facta non esset confessio, si res alio modo probetur, quam dixerit ipse, & mouetur per glos. ibi, quam dixit notab. & non esse alibi, & quotidie practicatur, *Alex. conf. 3. num. 5. & 6. vol. 1. & ista verba resoluunt dispositionem, quando non concurrunt qualitates adiectæ, vt per Franc. in cap. vt circa §. alioquin de elect. in 6. Gozad. conf. 3. num. 22. Tiraquell. in tract. de retract. consang. §. 8. glos. 6. num. 2. cum pluribus adductis per Roland. conf. 61. num. 30. vsque ad 36. volum. 4. Nat. conf. 272. num. 5. decis. Pedamont. 264. num. 13. Canal. in tract. de tutor. & curat. num. 251. D. Becc. conf. 14. nu. 26. Cephal. in conf. 118. nu. 14.**

41 *Ista clausula habet vim resolutionis contractus, & excludit purgationem moræ, Stephan. Grat. discept. foxens. tomo 3. cap. 517. & cap. 532. num. 21. & quod videatur habere vim decreti irritantis, adeo vt omnia resoluat, vsque ab initio post Sacc. fen. conf. 151. num. 4. vol. 2. D. Losker. de re benefic. lib. 1. quest. 37. num. 60. & quest. 40. num. 272. quia dicta clausula est resolutiua, & facit perinde, ac si nihil actum sit, Hieronym. Gabr. conf. 185. nu. 1. lib. 1. Clar. in §. emphyteusis quest. 13. nu. 5. vers. item quero §. feudum quest. 31. num. 6. vers. bene verum est, & Paris. conf. 10. num. 285. lib. 4. Verall. decis. 82. nu. 3. & decis. 84. num. 10. par. 3. Mart. dicta claus. 71. nu. 10. Grat. dicto tomo 3. cap. 587. num. 11. & cap. 748. num. 12. dixit clausulam prædictam esse limitatiuam voluntatis, & præseruatiuam sui iuris, in casu contrario, Caputaq. decis. 82. num. 3. & decis. 84. num. 10. par. 3. & de alijs effectibus ipsius clausulæ videndum est Menoch. conf. 38. nu. 21. & 22. Bertaz. late de claus. instrum. claus. 14. glos. 6. Surd. conf. 246. nu. 20. & conf. 322. num. 23. Cardin. Tusch. pract. concl. tomo 1. conclus. 311. litt. C. Caldas. Pereira de resol. emphyt. cap. 6. num. 35. quæ verba non aliter, nec alio modo important conditio-*

nem Bald. in Authent. ingressi col. 4. nu. 23. vers. 2. quero C. de sacros. Eccles. Riminald. 44 iun. conf. 111. num. 193. vol. 2. Imò inducunt formam, Bart. in l. de his num. 3. vers. præterea ff. de transact. & in l. fin. num. 5. per illum tex. C. de vendit. rer. Ciuit. lib. 11. Dec. conf. 528. num. 11. Tiraquell. de retract. conuent. §. 4. glos. 7. num. 14. & habet naturam præcisam, Bald. in l. si quidem per glos. ibi C. de except. Dec. conf. 231. num. 4. consil. 360. num. 6. vers. sed respondetur, Gozad. conf. 3. num. 22. vbi etiam dicit, quod sunt verba conditionalia, & limitatiua, & nu. 23. subdit, quod important, vt aliter nihil censeatur dispositum, Menoch. conf. 38. num. 22. & 23. vol. 1. vbi alios citat, & concludit, quod tali forma non adimpleta, actus sit irritus, & omninò resoluitur.

45 Secundo ampliatur etiam si fuisset modalis illa reseruatio, quia tamen fuit appositum tempus præfinitum solutionis dictæ annuæ præstationis, puta promittendo centum, de soluendo de semestri, in semestri, prout solitus est ponere in prædictis contractibus renunciationis, & promissionis, quæ vnico contextu fiunt, ideo siue modus, siue conditio in egressu parificantur, & à pari procedunt, l. 1. C. de ist. quæ sub modo, And. in cap. 1. §. sed, nec est alia iustior causa, num. 40. qua sit prima causa benefic. quem citat, & sequitur Ioann. Vincent. de Ann. allegat. 42. num. 2. vbi venditio est facta sub modo optimè Ioann. Franc. de Pont. in conf. 81. num. 39. per infra scripta.

46 Hinc dominium si ex donatione transfatum sit ex modo non impleto resoluitur, & transfertur, quia fuit suspensiuè collatum ex Bal. in l. 3. C. de pact. inter empt. & vendit. ad tex. in l. voluntate in fine ff. quib. mod. pign. vel hipot. solu. & erit igitur dispositio pura, & perfecta, & non in suspensio, quoad esse suum, resolutio tamen dependet ex futuro euentu conditionis, seu modi appositi, ex reg. glos. in l. 2. ff. de in diem adiect. quem ponderat Bald. in l. quibus dieb. §. quædam, & l. 2. ff. de condit. & demonstr.

47 Nec relinquendum est, quod quotiescumque modus, est causa finalis dispositionis, semper reuocatur dispositio, ad tex. in l. cum te C. de pact. inter empt. & vendit. Abb. in cap. verum extra de condit. apposit. num. 6. Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donatione Bald. Nouell. de dote par. 6. priuileg. 50. Parlador. quotidian. different. cap. 147. num. 20. dicitur finalis ipsa dispositio, quia renūciatur, dummodò soluerentur annuæ præstationes, maximè ad fauorem Ecclesiarum,

CAPVT XX.

Monachus ingrediens Religionem incapacem succedendi, & renunciat omnia bona sua si deinde transeat ad Religionem capacem succedendi numquid possit habere regressum ad bona renunciata per transitum ad statum capacem.

S V M M A R I V M.

1. Tempora tria considerantur in renunciationibus.
2. Locus penitentia non datur.
3. Ius semel repudiatum, iterum reintegrari non potest.
4. Decretum Sac. Congregationis Emin. Cardinalium Sac. Conc. Trident. enunciatur.
5. Monachus an recuperat bona sua, post translationem ad monasterium capacem.
6. Monachus professus in religione incapaci, & renuncians omnia eius iura, facto Episcopo an possit venire contra renunciationem a se factam ante professionem.
7. Renunciatio semper intelligitur rebus sic stantibus.
8. Renunciatio, suo donatio ob nouam causam sequutam reuocatur.
9. Renunciatio semper intelligitur cum eadem causa, dummodo in monasterio, & in religione perseverauerit.
10. Monachus regularis professus ex transitu ad statum Episcopalem, an desinat esse ligatus, & regularis quoad votum paupertatis.
11. Monachus factus Episcopus an habeat regressum ad bona renunciata.
12. Monachus factus Episcopus an viuere debeat secundum statum monachalem.
13. Renunciatio facta animo ingrediendi, & proficendi non sequuto ingressu dicitur nulla, & quod si adsit iuxta causa.



N hoc capite tria attendenda sunt tempora, & primo tempus renunciationis factae, ante ingressum Religionis incapacis, pro quo tempore Monachus omnino

excluditur, & amplius regressum in bonis a se renunciatis habere non potest, vt latius infra addendo *tex. in l. queritur §. si venditor ff. de edilit. edict.* quia penitentiae locus non datur, *Fulgof. conf. 42. in fine Ruin. conf. 157. num. 3. lib. 3.* Unde ius semel repudiatum, iterum reintegrari non potest, *l. cum quidam circa medium C. de condit. insert. Castrens. conf. 171. col. fin. lib. 2.* ibi res repudiata acceptari non potest, quoniam primèua iura resoluuntur postquam repudiantur, *est tex. in l. qui repudiantis in principio ff. de inoff. testam. l. 1. §. qui semel, & §. quibus ff. de success. edict. l. 4. in principio ff. quis ord. in possess. seruet.* enim attenditur tempus in quo tempore supponitur bona fuisse delata, & si translatione non sequuta monasterii capacis, sed adhuc in monasterio incapaci durabat, pro quo tempore fuit a Sacra Congregatione decretum die 17. Iunii 1617. quod bona venientibus ab intestato debeatur, & verba Sacrae Congregationis Cardinalium clarissima sūt ibi (si orator in religione incapaci, nulla facta dispositione bonorum, validam professionem emisit, bona ipsa fuisse acquisita venientibus ab intestato, ac proinde, nec successioni secundae religionis capacis ad quam fuit translatus, esse amplius locum, nec bonorum renunciationi) refert *Tamburrin. disp. 7. q. 6. n. 7. vers. item Barbof. to. 3. Sanch. in precep. Decal. to. 2. lib. 7. cap. 32. nu. 22. Barbof. in tract. de iure Eccles. lib. 1. tit. de transeuntib. ad Religionem cap. 42. num. 93. Burat. decis. 336. nu. 3.*

- 5 Si deinde attenditur tempus post translationem ad monasterium capace, recuperat omnia eius bona post translationem ad utilitatem secundæ religionis capacis, ut scripsit *Barbos. citatus dixit Sanchez loco citato num. 22. Nicolaus de Vbat. de success. ab intest. clericor. par. 1. nu. 3. vers. & idem si fuisset, sequitur Tiraquell. de contract. litig. §. 1. glos. 9. num. 105. Burt. decif. 756. in fine Tamburrell. citat. dicta quest. 6. num. 8.*
- 6 Ex quibus deuenitur ad aliam questionem, quid si professus fuisset in monasterio capaci, & deinde post professionem factam fuisset creatus Episcopus, an per talem translationem status Episcopalis, poterit contra renunciationem, à se factam anteq̃ professionem venire.
- In hoc dubio adest utraq̃ opinio, negatiua, & affirmatiua, pro affirmatiua verò subscripserunt *Molfes. in vol. 1. ad consuet. Neapol. in conf. 1. & in vol. 2. conf. 39. per totum. Carol. Marant. tom. 3. respons. 55. Laurent. de Franch. de contropers. inter Episcop. & Regul. quest. 118. qui omnes concludunt, quod reuocanda sit renunciatio propter defectum tacite inhærentis clausulæ, idem Molfes. in dicto conf. 1. num. 20. & dicto conf. 39. num. 12. Vincent. de Anna in alleg. 21. num. 28. Surd. conf. 133. num. 29. & in decif. 163. num. 13. latè Barbos. de iure Eccles. lib. 1. tit. de transsum. ad relig. cap. 42. num. 240. qui de hoc scripsit, sequitur Decian. conf. 52. num. 16. vol. 1. Giphon. de renunciat. cap. vlt. §. fin. Alex. de Nevo conf. 31. nu. 8. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 152. Surd. conf. 445. num. 35. lib. 3. Stephan. Gratian. in decif. March. 42. nu. 24. fundatur quia semper donatio intelligitur de rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus.*
- 7 Idem dicendum in renunciatione cū semper intelligatur de rebus sic stantibus, *Paul. de Castr. in l. pactum dotali col. 2. vers. item querit C. de collation. Marant. disput. 10 nu. 15. Neapod. in consuet. si moritur, verbo ipsi successores, Tiraquell. in prelat. ad dictam legem si unquam num. 111. vers. est enim quilibet renunciatio, Reg. Roit. in decif. 44. num. 28. & 29. Gratian. tom. 5. d. sept. forens. cap. 863. num. 17. & sequen. Paul. Staiban. sen in conf. 46. num. 3. & sequen. Cancer. var. resolut. par. 2. cap. 4. num. 46. & sequen. Reg. Merlinus Pras. Sacri Regii Consilii in cap. 32. num. vigesimotertio Federic. de Siena conf. 77. Decius conf. 265. num. 4. col. 2. vers. nec obstat volum. 1. Paris. conf. 7. num. 70. & sequenti lib. 2. Decian. conf. 3. num. 123. & conf. 52. num. 16. lib. 1. Menocch. conf. 335. num. 9. conf. 359. num. 13.*

& conf. 371. num. 6. lib. 4. & conf. 401. num. 94. & sequenti lib. 4. & conf. 84. lib. 19. & sequenti lib. 7. Affl. decif. 350. num. 4. Aucum. de metu cap. 13. num. 44. cum quolibet denatio siue renunciatio reuocatur ob nouam causam sequutam, l. 2. C. de condit. ob caus. dat. Stephan. Gratian. in dicta decif. 42. num. 24. Molfes. in dicta conf. 1. num. 26. igitur semper renunciatio intelligitur cum eadem causa, dummodo in monasterio, & in religione perseverauerit, ad sex in lædere diem ff. de verb. obligat. l. qui heredit §. fin. ff. de condit. & demonstr. & pro ista opinione cōmuniter concludunt DD. quod reuocanda sit talis renunciatio per transitum ad Episcopatum.

Pro contraria vero sententia, quæ equè fortius in hoc Regno practicatur, & sic decisum fuit in Sacr. Conc. ut ex decisionibus apparebit, cum omninò concludunt DD. non reuocandam esse renunciationem, & pro hac opinione *Marius Cutell. in tract. de donat. contemp. & matrim. aliisque de causis inter parent. & filios tomo 1. tract. 1. discurs. 2. par. 3. num. 132. consuluit Consil. de Anna in conf. 45. per totum tomo 1. mouentur per cap. de Monach. 16. quest. 1. cum ad monasterium in fine de statu monachor. glos. in verbo mendicantiū, in cap. quorundam de elect. lib. 6. in quibus*

10 disponitur, quod regularis professus, ex transitu ad statum Episcopalem, non desinat esse ligatus, & regularis, quo ad votum paupertatis, in religione, quam rationem, sequutus fuit *Nicol. de Vbald. in tract. de success. clericor. par. 1. num. 3.*

11 Verum istæ opiniones vnica distinctione solidantur, nam secunda opinio, potius procedit, quādo bona sunt tertio quæsitā, & tunc omninò regressum habere non potest Episcopus ad bona à se renunciata, quam sententiam, & distinctionem. Credo S. R. Concil. Neap. ita sentisse, prout ex decif. satis constat referente *D. Reg. Scipione Roit. in dec. 10. post longissimam discussionem harum opinionem, tandem die 3. mensis Nouembris 1618. S. R. Conf. se referente iudicauit contra Molfes. opinionem, absoluen. do Conuentum cui erat ius acquisitum, quo ad regressum ad bona renunciata; Verum quia introitus Ecclesiæ Episcopalis valde exigui erant, pro sustentatione dignitatis Episcopalis; & conuentus in iudicio erat nepos Episcopi ex fratre, & sic eadem familia Sarriana, ne Episcopalis dignitas in ipsa familia parū reluceret, condemnauit conuentum ad contribuendum pro alimentis annuos ducatos ducentum, donec fuerit translatus*

latus ad pinguiorem Episcopatum; vel aliunde contingerit calus *Abuaris de Felice*.

Alia distinctio sententiae assignat *Barbos. citat. num. 24.* quod si bona, adhuc quaesita non erant, ut potest, quia iuri succedendi in legitima materna renunciavit, & post professionem, & translationem ad Episcopatum, mater adhuc vivebat, in hoc communiter *DD.* ut apud *Barbos. cit.* dicunt procedere illam opinionem.

12 Non desinunt enim *DD.* dicere, quod Monachus factus Episcopus vivere debet secundum Monachalem statum, quia non desinit esse Monachus; *Hofsiens. in cap. cleric. in 2. de vita, & honest. cleric. & in summ. tituli de statu Monac. Alex. in cons. 82. num. 8. vol. 5. Lucas de Pen. in l. 1. num. 12. C. de Cast. pecul. Boer. in decis. 158. num. 4. & sequenti, tex. in cap. penult. in fine de vita, & honest. Cleric. Couar. in cap. 1. nu. 18. de testament. Surd. in tractu de aliment. tit. 8. priuil. 79. num. 10. Mart. de legal. success. par. 4. q. 1. art. 4. n. 13.*

13 Et ad considerationem eorum, quae dicta sunt in num. 9. sciendum est renunciationem reuocari, non solum ob causam non sequutam, sed etiam si adsit, iuxta causam, non prosequendi talem causam, puta si Monachus renunciauerit animo ingrediendi, & profitendi Religionem, si ingreditur, & professio eius sequuta non fuerit iura nullam renunciationem damnant, iuxta disposita per *Sac. Conc. Trid. sess. 45. cap. 16. de regul. Imo etiam si sequuta fuisset professio, & iuxta aequae legitima causa efficiendi a Monasterio ei representaretur, adhuc ipsa renuntiatio est nulla, & regressum ad bona renunciata conceditur, dixit *Abb. in cap. quod a te num. 4. vers. si vero fecit professionem num. 5. & vers. secundus casus, & vers. aut expresse consuluit, & num. 9. vers. alia dixerunt, & vers. secus in patrimonial. de cleric. coniug. Reg. Rouitus cons. 68. lib. 2. num. 9.* Pro compilatione eorum, quae dicta sunt supra, quaeritur Num Monachus ex incapaci ad capacem translatus fuisset cum Apostolica dispensatione recuperat bona quaesita. In quo dubio pro affirmatiua late scripsit *Molfes. citat. in d. cons. 1. per tot. qui in fine d. consil. concludit cum his verbis similibus dixit Deus, quod haec vera sint, sequutus fuit *Odo. fort. de integ. restit. p. 2. q. 99. artic. 10. num. 74. & sub num. 94. & 95. Natta cons. 470. num. 21. Ruin. cons. 181. & alios DD.* apud ipsos videbis, qui *DD.* omnes fundantur, dicendo illam dispensatio-**

nem Apostolicam operari, ac si operatur Principis indulgentia in restituto, quod recuperat omnia eius bona motuum, quorum, est multum diuersum ex hoc dubio, quoniam dispensatio Summi Pontificis operari nullo modo potest restitutionem iurium Monacho professo in Religione incapaci in tertij praedictum, per ea, quae eruditissime dixit *Federic. de Senis cons. 26. num. 3. idem Barbosa sup. citat. num. 93. ita sentit idem Natta in d. cons. 470. num. 23. & 24. a qua opinione, tanquam magis equa ab illa discendum esse non puto.*

S V M M A R I V M.

- 1 Dos constante matrimonio peti non possit, nec restitui, nisi ex causa necessaria, vel utili.
- 2 Restitutio dotis, quando haberi possit.
- 3 Matrimonium de iure communi, quomodo separabatur.
- 4 Matrimonium de iure Canonico, quomodo separabatur.
- 5 Beneficium leg. si constante 25. ff. solut. matr. dicitur subsidiarium.
- 6 Confessio mariti in praedictum creditoris, non est sufficiens, nec profit mulieri.
- 7 Confessio extrajudicialis mariti, an valeat de eius inopia.
- 8 Confessio mariti de eius inopia, an habeat naturam simulationis.
- 9 Confessio mariti de eius inopia procedit solummodo in praedictum mariti, non autem creditorum.
- 10 Paupertas mariti requiritur ad hoc, ut mulieri competat beneficium, l. si constante ff. solut. matr. & quod eius bona non sint ad sufficientiam exactiois dotis.
- 11 Cognitio paupertatis mariti ad Iudicium spectat, & constare debet per modum Iudicii.
- 12 Asscuratio dotis conceditur mulieri ob mariti inopiam, & quod incipiat male uti sua substantia.
- 13 Onus probandi malam conditionem mariti ad mulierem spectat.
- 14 Paupertas melius probatur per testes vicinos, quam per alios.
- 15 Scientia praesupponitur in vicinis.
- 16 Restitutio dotis, an fieri possit constante matrimonio, & quid disponitur de iure ff. & de iure Cod.
- 17 Inopia mariti inducit actionem mulieri ad petendam dotem, sed etiam repetendi dotationem propter nuptias.
- 18 Pauper, quando dicatur.
- 19 Pauper, & inops differunt inter se.
- 20 Mulier plene probare debet vergentiam ad

- inopiam sui viri pro consequenda assicura-
tione suarum dotium.
- 21 Asscuratio dotis petita per mulierem, an
impediat executionem, sententia, lata
contra virum ad instantiam creditorum.
- 22 Iura subveniunt vigilantibus, & non dor-
mientibus.
- 23 Ius aboret negligentibus.
- 24 Creditores contra mulierem possunt petere,
quod bona mariti estimentur, absque licen-
tiationibus.
- 25 Appretium est faciendum per Tabularios,
& per peritos in presentia Iudicis.
- 26 Mulier potest retinere bona sui viri pro cō-
currenti quantitate sui crediti facti ap-
pretio.
- 27 Mulier, an habeat retentionem super bonis
viri ipso vivente, vel mortuo.
- 28 Retentio, an competat mulieri pro suis doti-
bus, vivente, aut mortuo viro.
- 29 Mulier propter inopiam mariti, an possit
agere, non solum pro dote, sed donatione,
propter nuptias, & etiam pro paraphrenas-
libus.
- 30 Prelatio non conceditur. Donationi propter
nuptias, prout conceditur dote.
- 31 Mulier non potest bona sibi tradita alie-
nare.
- 32 Fructus ex bonis traditis mulieri ratione
dotis inscribere debent, pro oneribus ma-
trimonii.
- 33 Restitutio dotis, qua fit mulieri constante
matrimonio ob varientiam mariti ad
inopiam, non est, nisi translatio admini-
strationis de viro in uxorem.
- 34 Lucrum, siue fructus excedens onera ma-
trimonii spectat ad maritum, & creditores
mariti in illis habent actionem.
- 35 Exequutio non potest fieri super rebus do-
talibus ad instantiam creditorum viri,
etiam pro debito cōmune coniugū, neque
in subsidium.
- 36 Exequutio, an possit fieri super fructibus do-
tis, quanto debitum est cōmune mariti
& uxoris.
- 37 Exequutio, an possit fieri super dote, quando
debitum constituentis dotis, fuisse contra-
ctum ante dotis constitutionem.
- 38 Dos constituta transit cum onere suo.
- 39 Restitutio dotis, qua fit constante matrimo-
nio, non dicitur vera restitutio, cum fru-
ctus inseruiant pro oneribus matrimonij,
sed dicitur asscuratio.
- 40 Asscuratio est quadam positio dotium in
tuto.
- 41 Asscuratio non transfert dominium, sed
solum custodia rerum dotalium.
- 42 Asscuratio, seu exaltio dotis, quam facit
uxor constante matrimonio, non facit de-
ficere esse dotem nominatam, & effectum.
- 43 Ius offerendi non datur secundo creditori in
asscurazione dotis.
- 44 Bona sunt consignanda mulieri pro asscur-
atione dotis, & non pecunia, quia de facili
consumari posset.
- 45 Ius offerendi, an denegatur, privato creditori
in dote, etiam non privilegiato. Creditori, prout
est in fisco habente hypothecam in bonis
viri.
- 46 Mulier potest auocare bona mariti ali-
nata in defectum sue dotis, etiam à tertijs
possessoribus.
- 47 Excussio principalis debitoris, an est fa-
cienda.
- 48 Renunciatio generalis facta per mulierem,
non tenet in defectum bonorum aliorum
specialiter obligatorum ipsi mulieri pro
restitutione dotis.
- 49 Donatio est prohibita inter virum, & uxorem.
- 50 Mulier renunciata iuri hypothecae constan-
te matrimonio, an agere possit actione hy-
potecaria contra virum.
- 51 Mulier renunciata, an possit habere regres-
sum ad id, quod renunciavit.
- 52 Asscuratio prescribitur spatio decem an-
norum.
- 53 Prescriptio currit contra mulierem scien-
tem maritum inopem, & matrimonium
contraxit.
- 54 Contrahens scienter, cum paupere videtur
illam personam approbare.
- 55 Mulier non potest facere pactum ante con-
tractum matrimonium, per quod dotis
conditio fiat deterior.
- 56 Mulier potest suo consensu se praiudicare
circa remedium huius constante ff. solut.
matrim.
- 57 Scientia mulieris circa inopiam sui viri
presumitur.
- 58 Dos consistens in pecunia non expectato
anno debet ipsi mulieri restituere stante
inopia mortui viri, & eius hereditas ad
inopiam vergat.
- 59 Fiscus tenetur restituere dotem mulieri,
quando bona mariti sunt confiscata.
- 60 Locus repetitioni dotis semper consideratur,
quando maritus est absens à Civitate, &
ignoratur, ubi sit.
- 61 Sententia restitutionis dotis valet, quando
maritus est absens, & ignoratur, ubi sit.
- 62 Mulier, an habeat recursum ad bona pa-
tris mariti, si bona sui viri non fuerint ad
sufficienciam ipsius dotis restitutionem.
- 63 Consensus patris praestitus in matrimonio
filij, an sit sufficiens ad ipsius bona obli-
ganda.
- 64 Consensus praestitus in matrimonio, non
conferetur praestitus numerationi pecu-
nia.
- 65 Consensus, quando requiritur expresse, re-
quiri

quiri videtur per modum solemnitatis, vel forma.

- 66 Pater tenetur ad restitutionem dotis captae per filium si iussu patris contraxit matrimonium.
- 67 Pater ex solo consensu obligatur, & eius bona ad restituendam dotem à filio sumptam.
- 68 Iussus patris differt à consensu, Voluntate, Mandato, & Ratihabitione.
- 69 Voluntas patris dicitur iussus respectu filii, prout voluntas Domini respectu serui.
- 70 Voluntas inter extraneos, pro mandato accipitur.
- 71 Pater tenetur pro dote soluta filio de eius voluntate, etiam si illa voluntas ex post facto accessisset.
- 72 Scientia, & taciturnitas, consensum obligationum inducunt.
- 73 Qui tacet, affirmat.
- 74 Scientia sola, Voluntas est.
- 75 Pater tenetur pro dote data filio, quando filius uxorem honestam accepisset; & est sufficiens ad ipsum obligandum.
- 76 Pater consentiendo expressè matrimonio filii, dicitur consentire per necessariam consequentiam ipsi solutioni dotis.
- 77 Solutio dotis est accessoria matrimonio.
- 78 Accessorium sapit naturam principalis.
- 79 Qui dicit unum, vult omne, quod est consequens, etiam in præiudicando, vel præiudicium inferendo.
- 80 Licentia Regis de matrimonio contracto per sororem Baronis operatur assensum Regis in alienatione, & obligatione feudi.
- 81 Rex assentiendo matrimonio, quod est principale dicitur assensura obligationi; & alienationi feudi pro dote, vel accessoria ad matrimonium.
- 82 Pater sciens filium accipere sustulam, & decurionatum, & cadet, videtur se obligare.
- 83 Consuetudo Neapolitana incipiente filio ducente uxorem sub tit. de patre recipiente dotem ponderatur.
- 84 Consuetudo Neapolitana incipiente filio ducente uxorem sub tit. de patre recipiente dotem, procedit etiam in iure dotali, & eius augmento.
- 85 Mulier in ipsis bonis restituis pro suis dotibus, non potest molestari.
- 86 Pater in tribus casibus tenetur restituere dotem à filio sumptam.
- 87 Restitutio dotis, an videatur cessare, quando mulier habet suam partem pro restituenda dote.
- 88 Mulier, an expressè renunciare possit bonis filio, si donante ff. sub matrim.
- 89 Mulier generaliter pactendo, deteriore dotis conditionem reddit, etiam si fieret pactum ante nuptias.

90 Mulier, an possit actionem, quam ipsa habet in bonis mariti alteri cedere, & maxime actionem, quam habet contra tertios possessores.

91 Mulier non potest facere deteriozem dotis conditionem.

CAPUT XXI.

Mulier, an possit renunciare beneficio legis si constante 25.

ff. solut. matr.



Rater tot; & singularia privilegia ab Imperatore tradita ad beneficium dotis, vt apud DD. late enumeratos, voluit isto, & alio beneficio muniri, quod extat in l. si constan-

te ff. soluto matrimon. quod beneficium à d. l. inductum vulgatam regulam limitat, & est, quod dos constante matrimonio peti non possit, nec restitui, in l. unica C. si constant. matrim. dos restit. nisi ex causa necessaria, vel vult, ubi glos. in verbo ex caus. adnotata per Bald. in l. quamuis ff. solut. matrim. et in c. q. de lege constitutis, & adductis in l. unus si manente ff. de iure dot. cum restitutio haberi non possit, nisi soluto matrimonio d. l. unica C. si dos constante matrim. fuer. solut. sequitur Roland. à Vall. in consuetudinibus. vol. 1. vel quando matrimonium fuit separatum, siue quoad foedus, siue quoad thorum capi. 1. et 2. de donat. inter vir. et uxor. l. dotis fructus ff. de iure dotalium, S. arch. in tract. de alimentis. l. 1. q. 42. num. 36. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 244. num. 18. Palae. Rubini in cap. per vestras 3. not. not. 4. de donat. Abb. in cap. de donat. inter vir. et uxor. Menoch. conf. 1024. num. 3. Fruct. de dot. 244. num. 10. Seraphin. de r. 13. 15. num. 1. Valenz. conf. 35. num. 42. Mandos. conf. 46. sub num. 3. Guend. lib. 1. q. 42. num. 14. Petr. Fontanell. de pact. dotal. tom. 2. c. 6. glos. 2. par. 1. num. 10. ubi vnum addit satis notabile: nimirum vt vir dotis fructus non laetetur, sat esse, vt cesset onus matrimonii, non curando cuius culpa id acciderit, cum dotis fructus marito traditur in recompensam damni, quod patitur uxorem alendo, Franc. Molin. ammodo videndus de rit. nupt. lib. 3. q. 42. num. 3. et 40. satis notanter affirmat marito onera non sustinente non solum dotem restituere, sed etiam fructus perceptos pro eo tempore quo onera matrimonii non sustinuit, quia nul-

- lo titulo dotem possedit *l. fructus l. & ex diuerso §. 1. cum similib. de rei uend. Fräcb. decis. 312. l. 1. C. de repud. Roman. conf. 392. nu. 4. Bald. nouell. in repet. l. 2. ff. solut. matr. num. 49. & Crot. num. 28. Caualer. decis. 576 num. 3. Bal. in l. 1. num. 1. vers. matrimonium autem C. de priuileg. dot. l. ultima C. de sentent. quæ sine cert. quant. & in l. ultima §. sed scimus nu. 1. vers. cur autem C. de latin. liber. tollen. Riminal. sen. conf. 184. num. 47. & 48. lib. 1. post Odofred. & alios in l. sicum dotem §. si autem in seuis. ff. solut. matrim. l. cum pater §. libertis ff. de leg. 2. Lupus in rub. de donat. inter uir. & uxor. §. 64. nu. 12. Ofasch. decis. 124. num. 12. Castrens. conf. 65. nu. 3. lib. 1. fallit quando adsint filii, quia tunc integra restitutio non est facienda, *Cauale. in decis. 21. par. 4.**
- 3 De iure uero communi separabatur matrimonium propter insaniam uxoris, siue mariti, *ad text. in l. sicum dotem §. si maritus ff. solut. matrim. & tunc illa dos erat restituenda cōstante matrimonio, intellige quando furor, siue infania erat intollerabilis, & perpetua, & hoc est de*
- 4 iure ciuili, de iure autem canonico matrimonium solum per mortem uiri aut mulieris dissoluitur *cap. 2. de cognat. spiritual. quod procedit, quoad vinculum matrimonii, quod est spirituale, & inseparabile, quoad thorum possit separari, Couar. in epitome in. 2. par. cap. 7. num. 3. & concluditur, quod restitutio dotis fieri non poterat, & si facta fuerit haberi pro non facta, ut in dicta l. unica C. si const. matrim.*
- 5 Et subsidiarii naturam retinere uideatur tale beneficium dicta *l. si constante, Const. de reme. subsidiario, reme. 1. num. 1. Petr. Barbos. in l. ubi adhuc C. de iure dot. Ias. conf. 26. vol. 1. cum aliud non querat nisi marito uergente ad inopiam dotem restituere querit mulieri, Ryppol. variar. resolut. num. 339. cap. 10. Bal. Nouell. de dote par. 8. priuileg. 7. Ruyn. conf. 163. num. 1. lib. 4. Anton. Gomast. 50. Thaur. nam. 44. in fine.*
- 6 Ad quam inopiz uergentiam mariti confessio nō uidetur sufficiens cum in damnum, & præiudicium creditoris, nulla confessio proffit, optimus est *tex. in seia ff. ad Velleian. & ibi late Paul. de Cast. sequitur Gregor. Nat. conf. 438. num. 10. uol. 2. Caphal. conf. 101. num. 3. & sequent.*
- 7 *Surd. decis. 256. num. 10. Valebit quidem talis confessio extraiudicialiter facta de eius inopia quapropter dotem mulieri consignat, certè enim præsupponendum est talem confessionem non habere naturam simulationis, prout Dyn. in dicta l.*
- si constante, & ibi Angel. in princip. sequitur Ioan. de Imol. in dicta l. col. 10. vers. si re a quartam partem, id totum intelligunt DD. solummodo procedere in præiudicium mariti tantum, non autem creditorum prout adnotauit Palatios Rubiu. in repet. cap. per Vestras fol. mibi 276. num. 31. de donat. inter uir. & uxor. uerum ad hoc, ut mulieri competere possit tale beneficium requiritur, ut euidentissime constat, quod maritus in paupertatis gradum ascendat, & quod ipsius bona non sint ad sufficientiam exactationis dotis, ut fundatur ex *tex. dictæ l. si constante dixit Lucas de Penn. in l. hñibus col. penult. post principium C. de Agricol. & Censit. lib. 11. Ioan. Baptist. de Sancto Blasio de Priuileg. dot. cent. 1. num. 64. Affl. decis. 199. num. 1. Barbos. in dicta l. si constante num. 1. vers. quo presupposito Reg. Gateor. in suis controuers. controu. 65. num. 1. lib. 2. quoniam ab eo tempore maritus pauper dicitur, prout deduxit Barbos. citat. in dicta l. si constante num. 1. Auend. in respons. iuris respons. 8. num. 1.**
- 11 Culus euidentia inopiz, & eius recognitio solummodo ad Iudicem spectat, quæ cognitio habenda est per modum Iudicii, in quo necesse est vocare omnes interesse prætendentes, si autem Iudex
- 12 noluerit auditis creditoribus poterit talem assecurationem dotis mulieri fieri, in qua assecuratione onus probandi,
- 33 Quae dicta sunt supra, quod consuetudo non liget exteros fallit in dote, vbi non inspicitur locus celebrati contractus; sed locus vbi vir habet domicilium, l. exigere dotem ff. de iudiciis, Abb. in cap. vlt. num. 30. in fine de foro competent. & in cap. 1. num. 11. in fine de sponsal. & ibi Felin. nu. 24. vbi ita DD. concludunt post scriptos sribentes, Bar. Paul. & Bald. in l. cunctos populos num. 17. C. de summ. Trinit. & fide Cathol. & in l. quib. 22. in fine ff. de leg. lib. Alex. in conf. 100. num. 8. lib. 3. & conf. 155. num. 1. lib. 7. Hippol. in repet. l. fr. num. 60. ff. de iurisd. omn. iudic. Affl. decis. 226. num. 9. vbi refert

fere Ias. in dicta l. cunctos populos, & hanc opinionem omnes DD. de communi restantur, Pract. Papien. in forma libell. quo vxor agit ad dotem col. 2. circa mediū, vers. sed bis quaritur, Mantie. de tacit. & ambig. lib. 3. tit. 14. num. 1. cum seq. & sub num. 10. vers. aduertendum est Gratian. discept. forens. cap. 509. num. 24. lib. 4. Rota in recens. decis. 250. num. 5. cum seq. par. 6.

Nec obstat quod dicta lex exigere dotem loquatur in casu repetitionis dotis, quia ipsa procedit tam in restituenda quam in promittenda in quō domicilium viri inspicitur, *Bal. in authent. omnes Peregrini sub num. 4. C. commun. success. Gratian. discept. forens. cap. 609. nu. 24. tom. 4. notatur ratio in eadem lege, per glōs. sibi, vnde quasi, ibi contraxerūt, & si animi destinatione matrimonii videtur contractum in domicilio mariti, & eo animo videtur gestus contractus, ita Abb. cit. & ideo fingitur ibi celebratus, Paul. de Castr. in l. 1. num. 4. ff. de eo quod certo loco, ratio enim militat tam in promissione quam in repetitione, necessarium consequens trahitur, quod eadem verberetur iuris dispositio, l. illud in princip. ff. ad legem aquilianam, alias idem contractus respectu promissionis censetur gestus, in alio loco, & sic diuerso iure censetur, l. eum qui edes ff. de usucapion. Abb. in cap. quod cleric. num. 21. de foro competenti lib. 5.*

In hoc autem plures adesse videntur decisiones *Sacr. Conf. Neap.* vt extat apud *Affl. in decis. 222.* quod dicta consuetudo loquens in dotis restitutione, procedit etiam in promissione, *dicta l. exigere dotem*, & eo magis quia de materia fauorabili loquatur.

36 Maritus autem circa dotis contractus forum loci celebrati contractus non sortitur, prout disponitur in *dicta l. exigere dotem*, cum speciale sit in dote, iuxta *DD.* scribentes in *dicta l. exigere dotem*, quandoquidem si in vxoris domicilio recepisset dotem, non est mirum cum ibi maritus non accedat animo, ibi perpetuo perseuerandi, sed vt *Aduena*, & sic ex tali contractu non sortitur forum, prout *Paul. de Castr. in dicta l. exigere dotem, & DD. supra cit. dixit Reg. Capyc. Latr. Marchio Forello citat. in dicta*

37 *consult. 155. num. 39.* Nam licet contractus dotis celebratus sit in domicilio vxoris, in quo de iure confici debet ex regula *rex. in l. si fundus ff. de eiusd. Affl. de eis. 26. Surd. decis. 227. num. 8.* tamen resti-

38 tutio dotis fieri debet in loco domicilii viri, *Ruy. conf. 58. vol. 3. num. 13. Roland. de*

lucro dotis quaest. 21. num. 3. Viuius recoll. comm. opin. in opin. 815. Molfes. par. 2. tit. de bonis quaest. 12. num. 15. scripsit etiam Vincent. de Ann. in allegat. 74. num. 10.

39 Imo etiā si plures haberet domicilios, adhuc attendendus est omninō locus domicilii in quo magis principaliter frequentius residet, & maximē vbi militat possessio rerum, de quibus contenditur, vt per *Dec. in conf. 283. col. penultima in fine Socc. in cap. final. col. 7. de foro competenti, Cagnol. in dicta l. exigere dotem num. 19.*

40 Item etiam si maritus post contractū matrimonium mutasset domicilium habitationis, & ad alium locum se contulisset tunc omninō attendendum est domicilium tempore contracti matrimonij, *Bar. in l. 2. ff. de senat. & in l. cum quadam puella C. de iurisdic. omn. iudic. Mich. Grass. in syntagmat. comm. opinion. in tit. de foro compet. num. 25. Gaball. milleloq. 143. Reg. Sanfelic. in sua prax. iudic. sect. 7. num. 18. & illius statuta seruanda sunt, Alex. in conf. 101. col. penul. lib. 3. Felin. in cap. 1. col. penul. & fin. de sponsal.*

41 Et licet regula sit, quod locus contractus attendatur, *Grat. discept. forens. cap. 11 num. 4. & num. 26. tom. 1. Carauit. ritu 66. nu. 10.* tamen fallit in dote, dum licet cō-

42 tractus dotis celebretur cum extera, semper viri domicilium attenditur, & extera tenetur stare consuetudinibus viri, & sic si contrahat cum Neapolitano, se summittitur cōsuetudinibus Neapolitanis, & in disponendo debet seruare consuetudinem viri Neapolitani, *incipiente si qua moriens num. 5.* vbi disponitur, quod mulier, non possit disponere de suis dotibus, nisi de decima parte.

44 Et adeo cōsideratur fauor dotis, quod siuē statutum, siuē consuetudo aliter esset in domicilio vxoris, quam viri, semper seruabitur statutum, siue consuetudo domicilii viri, *Bar. & DD. omnes in l. cunctos populos C. de summa Trinitate, & fide Cattol. vbi Ias. dixit nullam habere contradictionem, in puncto, ita seruatur respectu consuetudinis Neapolitanæ; circa dispositionem dotis in testamento, Vrsill. ad Affl. decis. 226. num. 6. & sic quo ad lucra nuptialia attendere tur consuetudo domicilij viri, vt late, de communi *Viui. recoll. comm. opin. in opin. 815. Sard. decis. 227. num. 1. Aquilin. in l. his qui pro emptore nam. 189. ff. de usucapion. Franc. Marc. dec. 66. Molfes. par. 2. tit. de bonis, quaest. 12. num. 16.**

45 Hinc est, quod vbi in statutis varto modo disponentibus circa dotes semper

H h per

per attendendum est statutum viri, cum
 46 matrimonium semper trahat vxorem,
 ad viri domicilium, vt refert *Bal. in l. vo-*
luntas in princip. C. de fideicommiss. ibi Lon-
 gombarda lege cauetur, mulierem lon-
 gobardam Romano nuptam, Romana
 lege viuere, ex quo ad eius dotes sem-
 per inspiciendum esse viri consuetudi-
 nem, *l. exigere dotem ff. de iudic. Roland. in*
tract. de lucro dotis quaest. 15. num. 5. vbi la-
 47 *tè nanc materiam examinat, Ruyn. conf.*
58. volum. 3. Afflic. in dicta decis. 226: & sic
 mulier transit in potestatem viri, & non
 è contra, prout est etiam de iure Lon-
 gobardorum, dum mulier nubendo iu-
 48 re Longobardorum, transit in totalem
 potestatem viri, *Bal. in l. velles nec nè C.*
de reuocand. donat. quia per matrimoniũ
 vnitur vxor viro tanquam principaliori,
 & tanta est virtus matrimonij quod
 49 facit mutare domicilium, *Bal. in rubr. ff.*
solut. matrim. Reg. Sanfel. in sua praxi iudic.
sect. 19. num. 4.
 50 Hinc est, quod mulier extera nupta, cũ
 viro Neapolitano efficitur de foro viri,
Regens Sanfelic. in sua prax. iudiciaria sec. 7.
num. 21. tex. est expressus in l. mulieres C. de
dignit. lib. 12. Tiraquell. in legib. connubial.
l. 1. num. 28. fol. 4. vers. illud etiam, & latè de
 hac materia *Franch. decis. 363. & 416. vbi*
 addentes ampliant, & limitant hanc re-
 51 gulam, & quod etiam vidua retineat
 priuilegia primi viri, *Surd. decis. 330. nu.*
27. Ann. conf. 108. num. 10. Pascal. in tract.
de patr. potest. par. 3. cap. 10. num. 64. Fabius
de Ann. conf. 108. nu. 10. & seq. Gaspar Tbe-
saur. in quaest. forens. 90. lib. 1. Franc. Mila-
nenf. in decis. 9. 1. par. Vincent de Franch. de-
 52 *cis. 363. Emilia. Ferrett. in conf. 74. Surd. de-*
cis. 330. nu. 2. cum vidua in matrimonio
 esse dicatur *l. femina ff. de senator. l. fin. C.*
de bon. matern. S. non solum auth. de nupt.
Cyn. Bar. Bal. & Alex. in l. diuortiq. num. 19.
ff. solut. matrim. Dec. in l. de alimentis num. 6
C. de transact. Alciat. de presump. regul. 2.
presumpt. 9. num. 3. Fab. de Anna lib. 2. conf.
108. num. 8. & seq. Tiraquell. in tract. de no-
bilit. cap. 18. num. 9. Mart. de success. legal.
par. 1. quaest. 15. art. 2. late de hac materia
D. Nouar. de electione fori quaest. 47. sect. 1. &
Gratian. discept. forens. tomo 4. cap. 623. nu. 3.
 53 vbi priuilegium concessum viro com-
 prehendit mulierem ob virtutem ma-
 54 trimonij. Imo gaudet priuilegio, & for-
 titur forum ipsius viri etiam si vxor li-
 tigaret cum viro, quia adhuc tenetur
 sequi forum viri, *Ias. in l. cum quadam*
 puella. ff. de iurisdict. omn. iudic. num. 3. 2. no-
 tab. ponit hæc verba formalia; magna est

ergo vis matrimonij, quæ facit vxorem
 perdere forum etiam originis proprii,
 quæ alias esset immutabilis *Bald. in cap.*
constitutis il secundo extra de testib. Franc.
Milanens. in decis. 9. num. 7. & seq. in 1. par.
Rolan. à Vall. conf. 15. num. 13. & sequ. vol.
3. Io. Pbilip. Monspoliens. in respons. 26. nu.
18. & seq. plenissime Surd. decis. 330. num. 27
Vincent. de Franch. decis. 363. num. 2. & seq.
tex. in l. penult. C. de fabricens. lib. 10. DD.
omnes in l. fin. C. de bon. mater. l. fin. C. de pri-
uil. scholar. lib. 12. l. cum quadam puella ff. de
iurisdict. omni iud.

55 Nam licet Ciues Neapolitani, vel ori-
 gine, vel domicilio, seu habitatione ex
 priuilegio Serenissimorum Regnm ha-
 beant facultatem conueniendi in tribu-
 nalibus huius fidelissimæ Ciuitatis Nea-
 poli in omnibus causis, tam ciuilibus,
 quam criminalibus, & sic trahunt, & nõ
 trahuntur, vt *Vincent. de Franch. decis. 416.*
 & ibi addentes, & ex dispositione *Ritus*
Magna Curia Vicaria, hoc priuilegium
 perdit mulier Neapolitana, quæ nutui
 tradita fuit viro extero, quia statim ef-
 ficitur de foro viri, *Tiraquell. in tract. de*
legib. connub. in l. 1. num. 27. vers. illud etiam
Bart. in l. fin. S. Nidem rescripserunt mulieres
il primo vers. vltierius quæro ff. ad municipa-
lem, ponit quæstionem in specie, & con-
 cludit, quod mulier nupta, quo ad om-
 nia ea, per quæ distraheretur à seruitiis
 viri mutat originem, quia debet con-
 ueniri in foro viri, & ponit exemplum
 quando vocaretur ad munera honores,
 vel ad iudicia, in cæteris vero retinet
 priuilegia originis, & esset inductum in
 fauorem vxoris, & viri, quod mulier nõ
 possit conueniri nisi in foro viri, ne ab
 eis seruitiis distraheretur, quod huic fa-
 uori renunciari poterit per eos, *l. si quis*
in consulendo C. de pact.

56 Et dum mulier siuè vxor quamuis ef-
 ficatur de foro viri, tamen circa acqui-
 sitionem retinet forum originis, non
 obstante statuto, *Bar. in l. fin. s. penult. ff. ad*
municipalem Castrens. conf. 196. Socc. conf. 12
& conf. 36. Franch. decis. 363. & ibi Amen-
dol. & Nouar. in suo tract. de electione fori,
quaest. 47. per totam.

57 Aduertendum est, quod licet extera
 matrimonium contrahat, cum Neapo-
 litano gaudeat priuilegio viri, & sic se
 submittit consuetudini Neapolitanorũ
 58 tamen non operatur Consuetudo illud
 quod operatur in filia familias Neapo-
 litana, nam licet de iure communi filia
 familias per matrimoniũ non liberatur
 à patria potestate *l. si vxor C. de condit. in-*
ser.

ser. Paschal. in tractatu de virib. & patr. po-
teft. Marti. de success. legal. par. 1. quest. 35.
art. 2. Ann. allegat. 33. vbi late de hac ma-
teria de iure autem consuetudinario fi-
lia familias statim quod auptui tradita
fuit, efficitur sui iuris, per consuetudinē
Sed & mulier de fil. fam. nubent. vel si vidua
est in patriam potestatem reuocet Aff. in
Const. Regni incipiente persequentes in vers.
proinde fuit interrogatus non sic est in
filio familias cum non reuocet in pa-
triam potestatem nisi per adoptionem
ex quo nouus actus debet interuenire
Alex. in l. si eum §. q. in l. h. nu. 8. ff. si qui
cau. Decius in cap. consuetudinibus nu.
15. de officio deleg. Marti. de legat. iustit.
art. 2. par. 1. quest. 15. num. 3. quae di-
positio non currit in filia familias ex-
59 *tera contrahente matrimonium Nea-*
poli. tunc non efficitur sui iuris, Moh-
sel. par. 2. tit. de bonis quest. 24. num. 29.
Franch. decis. 546. & hoc ex ratione, quia
consuetudo non ligat externos, Barbo-
caual. decis. 42. num. 35. & consuetudines
60 *quae sunt contra dispositionem iuris co-*
munis sunt stricti iuris, & proinde stri-
ctissime sunt interpretandae, ex regula
Mohsel. in l. certa forma C. de iure fisci lib. 10. l. ad
Mohsel. tit. de bonis par. 2. quest. 1. num. 7.
Et iam superius diximus uxorem ef-
61 *fic de domicilio viri, ratio aducta per*
Mohsel. in 2. par. tit. de bonis quest. 12. nu. 17.
quia per matrimonium effectus est eius
eiusdem originis viri glof. in l. origine C.
de municip. & origin. lib. 10. Aquila. in re-
sp. l. si his qui pro emptore num. 87. ff. de
usufructu. & habet electionē fori Franch.
decis. 188. Theaur. decis. 177. procedere
62 *etiam in vidua, etiam si vidua esset di-*
ues, adhuc militare rex. in l. exigere dotem
& viduitate non obstante debet exige-
re dotem in domicilio viri, quia vxor
63 *etiam viro mortuo, remanet de foro*
& domicilio ipsius viri, rex. in l. filij §.
vidua ff. ad municip. per Ias. in l. si arrogator
num. 48 ff. de adopt. & perdit priuilegium
electionis fori, nam pro exactione dotis
64 *tentur agere in foro domicilij viri, na-*
dum agitur ratione dotis, attenditur do-
miciium viri, dicta l. exigere dotem ff. de
iudic. & ibi DD. omnes Roland. de iure do-
tis quest. 12. & 13. Valasq. decis. 138. nu. 8.
Merlin. decis. Rota Lucens. 42. & ita tener
in propriis terminis, Mohsel. in comment.
ad consuetud. Neapolit. par. 3. tit. de bonis
quest. 12. num. 18. Nonar. in tract. de elect.
fori lib. 1. q. 6. pag. 71. num. 7.
65 *Et adeo hoc est verum quod confue-*
tudo Neapolitana habilitat filiam nu-
ptam ipso iure, & redditur sui iuris, ut in

d. consuet. sed & mulier de filia fam. nubent-
is, non obstante quod emancipata non
fuerit, Capis. decis. 197. & sic potest facere
66 *testamentum, & poterit de suis dotibus*
& aliis bonis disponere, vt quilibet sui
iuris, decum testatur Minad. in con-
stit. in aliquib. notab. 3. num. 36. Franch. de-
ois. 146. num. 2. tit. de Giurb. in consuet. Mes-
san. cap. 3. glof. 3. par. 1. num. 1. etiam si bo-
na sint, extra districtum huius Ciuitatis
in qua vigeret talis consuetudo etiam si in
mulier Neapolitana. testamentum in
alio loco extra huius Ciuitatis territo-
rium ediderit, quia est habitatio per-
sonae, quae in omni loco procedit, Gra-
tian. discept. forens. tomo 2. cap. 22. vbi nu. 22
D. Consil. Theodor. summa doctrina. & inte-
gritate in suis allegationibus. allegat. 91. nu.
7. & sequenti, Raut. meritis. Reg. lib. 2. cons.
4. num. 1. & Preside Franch. in hac materia
consuetudin. eruditiss. decis. 53. num. 23.

S V M M A R I U M

- 1 Priuilegium concessum vni loco, an transferatur concessum alio loco.
- 2 Priuilegium concessum rei, an transferatur ad successorem titulo vniuersali.
- 3 Priuilegium reale est quando transit cum re edificata, & procedit non solum in re ipsa, sed etiam in augmento ipsius.
- 4 Priuilegium concessum rei, suo loco, intelligitur concessum absque praedicio alterius, vel tertij.
- 5 Priuilegium concessum a Principe, an strictissime sit intelligendum.
- 6 Priuilegium Principis non potest tollere ius alienum.
- 7 Priuilegium Principis an possit tollere ius fisci.
- 8 Priuilegium concessum semper intelligitur sine praedicio tertij, & dato quod tollere possit interpretandum est, quod minus tollat.
- 9 Princeps qui est pater omnium, non est presumendum velle ius vni auferre, & alteri dare, etiam in rescriptis, & priuilegijs.
- 10 Priuilegia quae non recipiunt damnus tertij, lata est facienda interpretatio, maxime, quando priuilegium tangit ius cedentis.
- 11 Priuilegium ad futura extenditur.
- 12 Serui Ecclesiae gaudent priuilegio immunitatis.
- 13 Priuilegij interpretatio, quando lata est facienda.
- 14 Priuilegiatus praefertur minori priuilegiato.
- 15 Priuilegia quando conquassantur.

- 16 Imperium non habet par in parem.
- 17 Privilegium ad hoc ut conseatur concessum in praedictum tertij, requiritur specialis mentio.
- 18 Clausula non obstante quous privilegio, an operatur derogationem: cuiusvis privilegii, & an pupillorum, & viduarum.
- 19 Clausula non obstante quous privilegio esse necessaria in privilegio miserabilium personarum.
- 20 Derogatio privilegij circa personas privilegiatas specialis requiritur mentio.
- 21 Clausula non obstante quous privilegio operatur derogationem privilegiorum: rursus personarum.
- 22 Clausula non obstante, an conseatur cogitasse de specialiter provis.
- 23 Clausula non obstantibus privilegiis intelligendum est de frivolis, & levitatibus.
- 24 Clausula non obstante an sit sufficiens ad derogationem privilegij concessi viduis, & puillis, & omnibus privilegiis concessis gratia publica utilitatis.
- 25 Renunciatio privilegiorum an conseatur facta, etiam de illis ob causam alimentorum, & quid de privilegiis in nuptiis.
- 26 Mentio specialis requiritur in derogatione privilegiorum.
- 27 Clausula non obstante quid importet.
- 28 Clausula quandoque, & quomodo dicitur quid importet.
- 29 Privilegia pupillorum, & viduarum, qua non sunt, & an comprehendantur alia miserabiles persona, & fisci & Ecclesia.
- 30 Ecclesia praesertur miserabilibus personarum, & fisco & an sit maius privilegio viduarum.
- 31 Privilegium miserabilium personarum intelligitur concessum ab Imperatore misericordiae gratia, quod nunquam tollitur per generales derogationes.
- 32 Privilegium secundum generale concessum, an tollat primum.
- 33 Renunciatio privilegiorum an possit fieri a miserabilibus personis.
- 34 Renunciatio misericordiae est contra bonos mores.
- 35 Clausula motu proprio, quid operetur.
- 36 Ecclesia an comprehendatur sub tali dispositione miserabilium personarum.
- 37 Definitio miserabilis.
- 38 Persona miserabilis quid sit arbitrio Iudicis remittitur.
- 39 Baro renunciare non potest privilegium concessum miserabilibus personis in damnum vassalorum.

CAPVT XXIII.

Privilegium concessum pluribus an quilibet ex ipsis in damnum aliorum renunciare possit.



Ro. superiori articulo alia privilegiorum species assignatur v3. quaedam sunt privilegia concessa loco, & quaedam rei.

1 Quae sunt vni loco non alio concessa censentur, quia privilegium stricti iuris est, ut notat Bal. in l. non tantum S. non omnia ff. de excusat. tutor. & notat Angel. in cons. 172.

2 Quae rei concessa sunt privilegia, ad successorem rei transeunt, siue sit successor vniuersali titulo, siue particulari, vt l. 1. S. permittitur de aqua quodit. & extiua l. etatem S. rebus ff. de censib. Argumento l. 1. S. quousumque ff. de seruis. Rustic. praedior. quae forma privilegij Realis est, puta

3 quando aliquis dat mutui nummos ratione edificij, beneficium cessionis nummorum cum re edificata transit, l. as. in huiusmodi num. 2. ff. de re iudic. per eum tex. faciunt notata, in l. etatem 3. ff. de censib. l. est supra S. permittitur, quod autem non solum procedit in re ipsa tantum, verum etiam in augmento ipsius rei, etiam si agatur de magno cedentis praedictio, indubitate affirmat Panormit. in cap. circa in fine extra de priuil. for. Garf. in l. Gallar S. quid sit tantum num. 113. & iterum 115. ff. de liber. & posth. Roman. in l. damni in sect. S. si quis qui num. 8. ff. de damn. infect. Alber. Bruu. de augmento conclus. 9. principali nu. 7. & num. 11. & 12. Loquitur Rouit. in pragmat. de iurib. & exact. fiscal. num. 15.

4 Imo tale privilegium rei seu loco concessum nunquam in alterius praedictio concellum videtur puta occupandi lumen, visum, & alia similia, quoniam principis privilegium seu concessio intelligi debet saluo iure, & extra tertij praedictio l. 2. S. marito & S. si quis a Principe ff. ne quis in loco publico l. as. late in l. fin. num. 19. & sequenti ff. de constit. princip. post Innoc. Bal. Ioan. Andr. Abb. Ostrad. & Alex. per eps allegatos, vbi praecipue dicit privilegia principum strictissime intelligi debere, quando de tertijs praedictio agitur, Minsinger. obser. 8. cent. 4. Sacc. cons. 266. col. fin. Alex. cons. 23. col. fin. val. 5. Felip. in cap. nauisam quae de rescript.

sequitur Marius August. eol. 5. vol. 1. num. 6. Hippel. singul. 483. Bar. in l. 1. C. de sacros. Eccl. & in l. 41. ff. de administrat. tutor. Nec privilegium principis tollere debet ius alicuius, in l. 1. ff. de iust. et de precib. imper. offer. Oltrad. conf. 237. per l. 1. in 7. vers. quarto & ultimo circa finem & conf. 310. in principio, cum in privilegio concessa censentur, que verisimilia sunt, non ius tertii tollatur. Alb. in conf. 70. id. de qua queritur. vers. secundo. cas. de lib. 2. Ant. de Butris. conf. 19. num. 20.

7 Neque ius fidei privilegium tollere potest Alex. conf. 103. visis instrumentis. A. fuis lib. 1. in non ali. in l. 1. no. 501.

8 Semper enim presumitur omne privilegium quam maximum concessum fidei tertii prejudicio. *Cald. conf. 526. in fine abas. 11. de privileg. & dato quod omnino tollat ius tertii debet taliter interpretari, ut quominus tollere possit, dicit Romanus in conf. 180. num. 8. vers. tertia sic & quotiescumque agitur de alicuius prejudicio de modico intelligendum est, & cum aliqua minima, & modica causa, non autem de maximo prejudicio, quoniam de maximo prejudicio, & sine causa, ne quicquam per Principem fieri potest, quia non presumitur princeps qui est pater omnium, velle ius vni auferre, & alteri dare, etiam in rescriptis & privilegiis, l. 7. S. marito. & S. si quis a principe ff. de iure in loco publ. l. ne ausis. C. de emanct. cap. quamvis de rescriptis in 6. dicit Ruy. conf. 88. no. 1. num. 6. igitur omnino strictissime interpretanda sunt, ut cap. pa. specialis de privileg.*

10 Ad differentiam privilegiorum, que non recipiunt dampnum tertii, in quibus late est facienda interpretatio, per regulam *l. beneficium ff. de constit. principum. 1. pulchre declarat Innoc. in cap. cum dilecti extra de donat. sequitur Rous. in pragm. 1. ubi de delicto quis debet conveniri num. 17. & eo maxime, quando privilegium tangit ius cedentis, & latissimam recipit interpretationem in prejudicium cedentis, est. tex. in l. fin. C. de constit. princip. Federic. de Sen. conf. 61. num. 2. vers. quinto non obstat, Alex. conf. 110. adde grauis num. 20. vers. quia privilegium lib. 6. Alb. in conf. 70. id. de iure. in fin. lib. 2. id quod si specificè constat, quod solummodo agitur de cedentis prejudicio adhuc tale privilegium ad futura extenditur, ut *Caldas conf. 527. circa finem de privileg. cap. quia circa fin. de privileg.* Imo non solum tale privilegium ad futura extenditur, verum etiam ad personas, nempe ad uxores, ad liberos, seruos, domesticos, & colonos,*

Oltrad. in conf. 300. in princip. incipiente factum tale est magistro, quam causam latissime examinat eruditus, atque doctissimus Reg. Ioann. Franc. Sanfelice. in suis decis. & signanter decis. 1. num. 1. lib. 1. qui loquitur in seruis Ecclesie, qui præter iura, tam de iure civili, quam canonico assignat, 11. Juris interpretes, qui loquuntur communiter, quod serui Ecclesie gaudeant privilegio immunitatis, & de quibus seruis loquatur videas erudite apud eum in dicta decis. per totam.

13 Verum tunc facienda est talis lata interpretatio, quando ex certa scientia, & ex mera liberalitate procedit, nullo petente, & cum clausula non obstante, ut loquitur *Oltrad. in dicto conf. 300. n. 3. vers. ex istis cum talis clausula tollit omne obstaculum Theod. de Rubens de clausulis clausul. 496. num. 7. & 11. Mart. de claus. par. 1. clausul. 79. num. 1. las. conf. 210. vers. tertio moueor lib. 4. Bero. conf. 147. num. 28. vers. & licet lib. 3. Roland. conf. 67. num. 62. lib. 3. las. conf. 100. lib. 4. Rota. in Sabines. castri Montis Rotundi 8. Februar. 1627. eam D. Caccino Decano, & de ampliacionibus, & limitationibus dicte clausule. In hac materia etiam, late scripsit *Barbof. in suo tract. de claus. clausula 82. vsque ad 88. multa enim magis fieri debet talis interpretatio in fauorem religionis, l. sunt præterea in fine ff. de religiof. & semper. funer. sequitur Oltrad. in dicto conf. 300. num. 4. vers. considerandum est, sequitur Cardin. Tusch. in litt. B. conclus. 49. nu. 10. & ibi late scripsit, limitat tamen, & idem Tusch. in conclus. 50. nu. 4. v3. quod quando duo concurrunt disceptantes in ipso privilegio, nam tunc non fit lata interpretatio, *Decian. conf. 72. num. 22. & sequenti lib. 2. & in concurrentia duorum privilegiorum semper præfertur magis privilegiatus, ut dixit Bar. in l. verum 12. S. uem ff. de minorib. & circa hoc videbis Dec. Tapat. in tract. de privileg. & alios DD. citati, adest quoque *Osasc. decis. Cachera, 90. num. 11. & alios videbis casus per dictum *Osasc. in Ebid. decis. Affl. decis. 56. Imo*****

15 quando pariter concurrunt, non veniunt suo privilegio, & illa conquassantur, & reducuntur ad ius commune, *l. sedet militi ff. de excusat. Tutor. l. verum S. item queritur ff. de minorib. S. sed & hæc præsentii col. 2. Authen. de sanctiss. Episc. Carau. ritu M. C. V. Neap. 230. & 231. Franch. decis. 100. num. 17. Afflict. in cons. Statuimus quaest. 2. Regens Rouitus decis. 27. nu. primo, late scripsit *Trentacing. Variar. resolut. lib. 1. de rescript. Castill. decis. 193. Cardin. Tusch. conclus. 760. lit. P. quoniam circa pa-**

- ria eadem est iuris dispositio, *cap. inter corporar. & c. sicut ergo de translat. Episcop. facit ad hoc tex. in l. si socr. in fine ff. solut. matrim. ibi eadem est natura, sequitur Vincent. de Franch. in dec. 555. nu. 4.*
- 16 cum par in parem imperium non habet, *l. ille à quo S. tempestivum ff. ad Sen. Conc. Tertull. Marc. Ant. Peregr. in tract. de iure fisci lib. 7. cap. 3. num. 24. Reg. Merlin. Marcio Ramont. in discept. forens. cap. 13. num. 2. sequitur Rouit. in pragm. 4. de possess. turb. num. 40. Ceuall. comm. contra comor. quest. 756. num. 43. & ibi quamplurimos DD. & in quest. 822. num. 47.*
- 17 Igitur omnino specialis mentio requiritur ad hoc, ut contra tertium, & in ipsius præiudicium censeatur concessum, *DD. supra citati, Barbof. de claus. v. supra.*
- 18 Verum etiam si adesset clausula non obstante quouis privilegio quæ quidem clausula non operatur derogationem cuiusvis privilegii, *Gonzal. ad reg. Cancell. 3. glos. 36. num. 34. Marches. de Commiss. p. 1. cap. 8. num. 67. & par. 2. cap. 2. num. 12. Surd. decis. 164. num. 1. & cons. 481. num. 7. Costade fact. scienc. inspect. 5. num. 4. Sdar. de legib. lib. 8. cap. 14. num. 8. Cret. ill. domini. contra comu. q. 611. Eustan. decis. 94. num. 1. Erasmi. & Cochier. de iurisdict. ordinum. in l. exemptor. p. 3. q. 9. num. 1. & 2. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 884. Marti. de clausulis par. 1. claus. 79. num. 1. & seq. Barbof. de clausulis clausula 83. Theod. de Rubeis clausula 496. num. 4. & seq. optime in hoc articulo adest decisio Gramat. 10. in ordine num. 1. ubi loquitur de privilegio concessio à Principe, cum dicta clausula non obstante, an per dictam clausulam operetur derogationem privilegii viduarum, & pupillorum; in qua decisione concludit necessariam, imò expressam requiri mentionem de illius privilegii derogatione, *ut in dicta decis. nu. 6. & 7. sequitur Ann. in cons. 56. per tex. in l. unica C. quand. imper. Roman. in l. si vero S. de viro fallent. 23. ff. solut. matrim. & Alex. cons. 123. col. 4. num. 15. volum. 4. Menoch. de arbitr. iudic. 166. na. 20. Masrill. decis. 127. num. 14. & 15. Niger de communi testatur in cap. Regni, quod decretum num. 9. Ricc. in collect. decis. collect. 1. Theaur. decis. 177. num. 9. ubi in addit. ita decisum fuisse, in illo senatu, latè Castill. decis. 39. ubi inquit esse necessariam talem clausulam non obstante, in privilegio miserabilium.**
- 19 obstante, in privilegio miserabilium.
- 20 personarum, nam ad illorum derogationem specialis requiritur mentio, *Franch. det. 192. D. Ibo. Carneval. R. Conf.*
- de iudic. disput. 2. quest. 6. sect. 7. qui infra, tos citat in nu. 574. usque ad nu. 578. talis*
- 21 enim clausula non obstante quouis privilegio, non operatur derogationem privilegiorum causarum piarum, ut probatur *tex. in cap. scriptura debita de rescriptis in 6. ubi per rescriptum non intelligitur derogatum ei, quod ad pias causas, est concessum; probatur etiam ex tex. in l. liberis, de fin. S. posthumus ff. de aliment. & cibariis legat. sequitur de quoque Ioana. Maria Novar. in tract. de privileg. miserab. personar. privileg. 37. nu. 3. Barbof. de clausulis claus. 83. nu. 22.*
- 22 Nec ex tali clausula non obstante censeatur cogitatio de specialiter provis, *Cuder. cons. 1. num. 2. Roman. cons. 393. nu. 13. igitur quando dictum est, non obstante*
- 23 quibus privilegiis, intelligendum est de frivolis, & inualidis, *Alex. cons. 91. num. 45. & cons. 92. num. 11. vol. 5. Dec. cons. 33. col. 3. ff. de assens. 53. m. 3. vol. 2. sequitur Novar. de privileg. miserab. person. privileg. 13. per totum.*
- Nec sufficiens clausula prædictæ ad derogationem talis privilegii, *Doctores apud ipsum num. 5. & Federici de Sien. in cons. 227. Roman. cons. 327. & in cons. 436. quia expressè requiritur mentio, quod procedit ex regula, *tex. in l. item apud Libbonam 23. q. 2. de prætor. et secunda ff. de interdictis sentit Cyn. in d. l. unica nu. 3. quando imperat, & Fulgos. in dist. 1. num. 1. & 2. Ioan. Andr. in cap. significant 38. nu. 5. de officio abbatis. igitur omnino de aliis privilegiis derogatione requiritur expressa ac nominata mentio, *Felin. in cap. nonnulli num. 19. Roman. cons. 436. num. 1. 4. & 5. vers. septimo principalis ratio est Roland. cons. 13. num. 32. lib. 3. Theod. de Rub. in tract. de claus. claus. 496. num. 59. & ipsa.***
- 24 clausula non obstante non solum non est sufficiens ad derogationem privilegii concessi viduis, & pupillis, verum, & omnibus privilegiis concessis, gratia publicè utilitatis, voluit *Roman. in cons. 498. col. 5. qui allegat tex. in l. litorionibus C. de silent. lib. 12. sequitur idem Felix. in d. l. nonnulli, sequitur Barb. in tract. de claus. claus. 83. n. 10. Menoch. de præsum. lib. 6. præsumpt. 40. nu. 25. Monet. de commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 184. Mart. de claus. claus. 77. num. 23. cum sequenti, Imo, & omnibus*
- 25 privilegiis renunciatum non censeatur illis ob causam alimentorum spectantibus, *Theod. de Rube. in dicta claus. 496. num. 74. neque privilegiis Vniuersitatis derogatum censeatur, ut in num. 75. neque quicquam in præiudicium tertii operatur.*

tur, talis clausula, dummodo de magno non agatur præiudicio, ut dixit Menoch. conf. 36. num. 19. & 61. Aym. Crauetta conf. 241. col. 8. vers. quarto respondeo, Barbos. cit. 26 in num. 2. igitur omnino requiritur euidentiſſima, & specialis mentio, siue expressè, siue per eius verba equipollentia, puta si dixisset Princeps, non obstante lege in contrarium faciente, etiam si de ipsa oportet specialem mentionem facere tunc communiter concludunt DD. quod per dicta verba licet non fuerit nominatim de ipsis priuilegijs facta mentio, ut post Bar. in l. si quis in princip. testamenti ff. de legat. 3. Butr. & Aret. in cap. 1. de rescript. tradit Felin. in dicto cap. non nulli in princip. num. 6. Castrens. in conf. 53. & Alex. conf. 103. Abb. in cap. cum instantia num. 5. de censib. quem sequitur Federic. de Sien. in conf. 46. licet in hoc contrariū tenet in conf. 225. idem Castrens. in cōf. 316.

27 Item nec solum sub tali clausula non obstante non censetur nec subintelligitur priuilegium miserabilium personarum. Verum etiam nec comprehensum censetur sub clausulis quocumque,

28 & quomodolibet sub quibus verbis omnes casus, & priuilegia comprehenduntur, nihilominus non comprehendere videtur priuilegium miserabilium personarum, ut DD. supra citati.

29 Priuilegia autem quod habet vidua, & pupilla, sunt v3. quod non debet trahi in ius extra prouinciam, sed ipsæ alios trahere possunt, iuxta l. unica C. quando imper. & ibi Bar. DD. communiter, & post omnes illustrat Reg. Capyc. Latr. Marchio Torello in suis illustr. decis. & signanter in decis. 67. num. 9. 18. & 19. verum sub tali beneficio non comprehenduntur tantum vidua, & pupilli, quæ sunt miserabiles personæ Barz. decis. 73. num. 55. Roland. conf. 20. vol. 1. Iacob. Gall. conf. 35. in fin. Mauris. de restit. in integrum cap. 375. num. 3. Bero. conf. 64. num. 20. vol. 3. Purp. conf. 18. volu. 1. Affl. in constit. lege presenti num. 4. quam dixit veriore Caball. melliloquio 697. Gayll. lib. 1. obseruat. 1. num. 40. Hypolit. Riminald. conf. 593. num. 65. lib. 5. sed etiam si Regina vidua esset adhuc miserabilis persona dicitur, Carocc. de locat. par. 1. tit. de sportulis iudicium q. 7. nu. 62. 63. & 65. fol. mihi 21. & 22. Menoch. de arburar. casu 66. numer. 3. & 11. Caball. dicto melliloquio 697. par. 2. vers. 4. Gaians. disceptat. forens. capit. 182. num. 3. Barz. decis. 73. num. 58. & seq. Cum. ritu 82. num. 11. & 12. Franck. decis. 100. Thesaur. decis. 177. num. 3. Milan. decis. 5. num. 2. lib. 2. Vin. decis. 521. sub nu. 8. Nouar. de elect. &

et variat. fori sect. 1. q. 7. nu. 2. sub quâ miserabilitate comprehenduntur etiâ Ecclesie, & inter ipsas miserabiles personas præfertur Ecclesia, ut optimè adnotat Caraut. super ritib. M. C. V. in ritu 19. et signanter in ritu 23. num. 3. Imo non solum præfertur istis miserabilibus personis, verum etiam fisco præfertur, ut idem Caraut. in princip. num. 4. Nam solum Ecclesiæ tale priuilegium competere, verum etiam Ecclesiasticis personis, tã de iure communi, quam mente constitutionis, cap. et ritu Regni, ait Andr. in constit. Statuimus, Capyc. decis. 160. Anna alleg. 146. de Franck. decis. 734. & 597. & dicitur esse maius priuilegium Ecclesiæ siue clericorum quem viduarum nam priuilegium concessum Ecclesiæ, & clericis nõ est concessum cuique ipsorum singulariter verum toto ordini clericali principaliter, & absolutè propter animã & Dei contemplationem, Ias. in S. ex. maleficiis num. 3. in st. de action. Valenz. conf. 18. num. 64. cum per eos diuina ministrantur fides augeatur ipsorum vigiliis & orationibus Deus placatur ne peccata nostra puniat, & non solū dicitur maius, sed etiam dignius, Bar. in l. præcipimus S. eodem obseruando C. de appellat. Alciat. in l. 2. num. 38. ff. de verb. obbgat. & quod sit maius patet cum vidua succedens rustico non habet electionem fori cum illud personale sit, secus vero in Ecclesia cum intelligatur concessum fauore totius ordinis clericalis.

31. Quod priuilegium miserabilium personarum intelligitur concessum ab imperatore miserationis gratia, & nunquam tollitur per generales derogationes, Roman. conf. 269. Alex. conf. 22. lib. 4.

32. neque per secundum priuilegium generale concessum in vim singularis priuilegij nunquam derogatur per generalem dispositionem, glos. in l. si grauius C. de dignit. lib. 11. quam in propria materia allegat Vitalis in tract. clausularum in Rubric. 38. vers. sed videtur ob stare fol. mihi 172. & in Rub. 23. fol. 211.

33. Vis autem huius priuilegij est adeo potens, quod personæ, quibus est concessum in dicta l. unica C. quando imperat. non possunt renunciare, nec expressè, nec tacitè, secundum glos. in dicta l. unica in verbo excedere, quam omnes sequuntur, & maximè Silua Nuptialis in vers. in dubio quomodo iudicandum, & est

34. ratio quia modico dato renunciarent, & renunciatio prædicta tolleretur misericordiam, quod est contra bonos mores, ita

ita Felin. in cap. si diligenti de foro competen. Rebuff. in tract. de sentent. provisional. art. 3. fol. mibi. 299. vers. sequitur ex predictis specialis mentio, & clausula motus proprii non operatur, nec supplet defectum intentionis, Duran. decis. 60. num. 8. Seraph. decis. 365. num. 3. Monet. de decimis cap. 9. quest. 3. num. 133. Ricciul. de iure personar. extra gremium eccles. existentium lib. 4. cap. 6. num. 6. Vian. in praxi iurispatr. lib. 13. cap. 8. num. 20. Garc. de benef. par. 1. cap. 5. num. 5. Ricc. in collect. decis. par. 2. collect. 400 & par. 4. collect. 959. Ludovic. Rodolphin. in tract. de suprema, & absolut. principis potest. cap. 5. num. 5. Tusch. practice. conclus. 340. tom. 1. litt. C. Mascard. de probat. conclus. 1075. Menoch. de arbitr. casu. 201. nu. 78. licet tollat defectum surreptionis, Alex. 35. var. resolut. tom. 1. lib. 1. de rescript. resolut. 5. num. 30. Franc. Leo in tehes. for. Ecc. par. 3. cap. 17. num. 172. Sanchez de matr. lib. 8. disput. 21. num. 47. Soar. de legib. lib. 8. cap. 12. num. 11. Gasp. de Perus. de reseruat. benef. Siquis sit effect. num. 5. Put. decis. 367. num. 1 lib. 1. Paris. conf. 3. num. 71. lib. 4. Lanar. conf. 21. num. 8. & de suis ampliacionibus, & limitationibus vide Barbof. de clausulis clausul. 79. per totam, Ioann. Andr. in cap. si motu proprio de prebend. Franch. decis. 544. num. 6. Reg. de Ponte decis. 27. num. 10.

36 Imo non solum Ecclesia comprehenditur sub tali dispositione miserabilium vt Franch. decis. 192. num. 7. decis. 187. & decis. 18. nu. 8. verum etiam omnes, cuius natura nos mouet ad miserandum, propter fortunæ iniuriam, Socc. tract. de appell. quest. 7. num. 138. nouissime Barbof. in tract. de appellat. in verbo utriusque iuris signific. appell. 152. teste Nouario de priuil. miserab. person. pr. glud. 8. num. 1. & secundum

37 ipsius ethimologiam, miserabilis, quasi miseria habilis, Rebuff. ad consti. Frant. tract. de prouis. art. 3. glos. fin. num. 15. & ex cap. ex parte de cleric. egrotant. Isidor. lib. 10 Ethimol.

38 Denique, & finaliter miserabilis persona iudicis arbitrio reposita est teste Nouar. cit. num. 4. qui infinitos citat DD.

39 Imo non solum hoc priuilegium miserabilibus personis concessum non potest per ipsos renunciare vt DD. supra citati, nec etiam permissum est Baroni renunciatio talis beneficii quoniam talis renunciatio in præiudicium vassallorum tendit, & neque ipse Baro potest facere aliquem actum ex quo appareat derogatum prædicto priuilegio, & ita fuisse per Sacrum Consilium Neapolitanum iudicatum refert Vincent. de Fræbis decisione 541. Paschal. de virib. patria

potest. par. 2. cap. 3. num. 107.

Circa priuilegium autem nobilitatis in sequenti Cap. fuse vibebis.

S V M M A R I V M .

- 1 Nobilis gaudet priuilegio, vt pro delicto carcerari non potest, non solum pro leuioribus, sed etiam pro grauioribus, neque sub fideiussoribus dimittendum est, sed sufficere tantum, vt sub iuratoria cautione ipsum nobilem mancipari, vel in palatio, vel in domu, vel per Ciuitatem.
- 2 Iudex debet assignari nobili carcerato aliquam Cameram in Palatio, seu Palatium ipsum loco carceris, cum custodia militum, vel etiam sub fideiussione, quod de dicto loco non recedat, vel quandoque totam ciuitatem.
- 3 Nobilis aufugiens tunc omnino est in carceribus detinendus, nec relaxandus cum fideiussore.
- 4 Nobilis ex priuilegio singulari habet quod possit per procuratorem comparere in causis criminalibus.
- 5 Nobilis contumax in causa criminali an possit per procuratorem respondere in causa ciuili.
- 6 Nobilitas auget delictum.
- 7 Contumax in vna causa an audiatur in alia.
- 8 Contumax in vno, an presumatur in alio.
- 9 Contumax dicitur, qui citatus in termino non comparuit.
- 10 Verbum litis quid importet.
- 11 Procurator an admittatur ad excusandum reum.
- 12 Iudex potest denegare audientiam contumaci.
- 13 Inobedientia dolo non caret.
- 14 Obedientia habet in se humilitatem.
- 15 Audientia an denegetur non comparenti.
- 16 Contumax perdit beneficium appellacionis.
- 17 Iudex potest ex causis denegare audientiam.
- 18 Ritus Magnæ Curie Vicarie 220. de quo contumace loquitur.
- 19 Audientia denegatur fortitudine, & procurator an possit pro eo iura proponere.
- 20 Foriudicatus reputatur, vt hostis publicus.
- 21 Foriudicatus nullum ius, siue ad personam, siue ad rem, siue ad actiones retinere possit, cum subiectum non sit, siue esse non debet, propter penam irrogatam, ibi nec accidens, seu qualitas esse poterit.
- 22 Foriudicatus licet naturaliter dicatur viuere, tamen quoad legem municipalem, & quoad omnia reputatur pro mortuo.

- 23 *Constitutio penam eorum omnia que sunt iuris, ipso iure tollit.*
- 24 *Ritus Mag. Cur. 220. loquitur de bannito contumace.*
- 25 *Contumax an per solam contumaciam M. Cur. Vic. censatur bannitus, & an possit purgare contumaciam.*
- 26 *Bannitus est quid diuersum à Contumace.*
- 27 *Bannitus equiparatur excommunicato.*
- 28 *Definitio Banni.*
- 29 *Bannum definitur à Bald. in l. 1. C. de hæredibus instit.*
- 30 *Definitio banni demonstratur per Andr. de Iern.*
- 31 *Constit. Regni Grâdis vtilitas explicatur.*
- 32 *Contumax pro causa criminali in qua non venit imponenda mortis pena naturalis de iure regni, non potest adnotari, neque banniri.*
- 33 *Bona adnotata post anni circulum à die bannitionis applicantur fisco, si non habet filios.*
- 34 *Contumacia, & bannitio differunt inter se.*
- 35 *Practica bannitionis, & contumacie.*
- 36 *Bannitus an dicatur ex sola contumacia, siue decreto, quod ponatur in banno.*
- 37 *Bannum debet esse inscriptis, & publicari per loca solita.*
- 38 *Practica publicandi Bannum in Mag. Cur. Vic. Neap.*
- 39 *Practica qualiter fiat decretum Banni, & qualiter scribatur ipsa bannitio, & publicetur.*
- 40 *Banniri an quis possit de iure Regni statim post contumaciã, & quomodo practicetur.*
- 41 *Doctrina Bartol. de Capua facit ius in Regno.*
- 42 *Bannitio, & excommunicatio an equiparentur.*
- 43 *Bannitus perdit iura publica, beneficia, iurisdictionem, & custodiam Principis.*
- 44 *Inquisitus an torqueri possit ex bannitione, absque alio iudicio.*
- 45 *Practica M. C. V. circa contumaces.*
- 46 *Inquisiti capitaliter qui dicuntur.*
- 47 *Constit. Reg. Neap. grâdis vtilitas p̄deratur.*
- 48 *Banniti qui dicuntur.*
- 49 *Ritus M. C. Vic. non loquitur de quacunque contumacia, sed solum de contumace vigore banni.*
- 50 *Verbum bannitus intelligitur, prout intelligit Constitutio Grandis vtilitas.*
- 51 *Constitutio Grandis vtilitas fuit inuenta contra malefactores contumaciã cõtenðetes.*
- 52 *Nobilis absens an in iudicio criminali proponere possit suas defensiones per procuratorem, sine sua personali comparitione.*
- 53 *Citatus criminaliter, an personaliter comparere debet.*
- 54 *Ritus M. C. V. Neap. 269. ponderatur nempe circa exceptiones proponendas per reãm citatam.*
- 55 *Reipublica interest innocentem licet absentem liberari.*
- 56 *Iudex ex officio, & nemine petente innocentiam absentis perquirere.*
- 57 *Nobilis absens an possit per procuratorem in causis criminalibus comparere.*
- 58 *Arbitrio Iudicis an relinquendum sit, Reũ cõpellere ad se personaliter in iudicio exhibẽdũ, & reuicere instrutionem innocentia.*
- 59 *Rit. M. C. V. Neap. quomodo intelligẽdus est.*
- 60 *Aliud est proponere exceptionem ex parte inquisiti, aliud est implorare officium Iudicis.*
- 61 *Decis. Regii Collateralis Conf. Neap.*
- 62 *Frustra fit, quod factum non releuat.*
- 63 *Decisio Reg. Collat. Conf. Neap.*
- 64 *Defensionibus an renunciari possit.*
- 65 *Reus an possit renunciare suis defensionibus.*
- 66 *Partes Iudicis nulla sunt contra confessum.*
- 67 *Renuncians omnia que sunt de apicibus iuris, an includantur defensiones.*
- 68 *Iudex in aliquibus delictis debet rco terminum assignare.*
- 69 *Ordo iuris non seruetur in famoso latrone.*
- 70 *Tortura an sit dãda, ex p̄cessu informatiuo.*
- 71 *Iura non sint seruanda contra famosos delinquentes.*
- 72 *Defensiones famoso latroni, an sint dencgãda.*
- 73 *Iudex quid facere debet, antequam procedat contra famosum latronem.*
- 74 *Nobilitas an renunciare possit.*
- 75 *Nobilitas quid sit.*
- 76 *Nobilitas ex sola vulgi opinione pendet.*
- 77 *Estimatio communis an sola renunciatio tolli possit.*
- 78 *Priuilegium nobilitatis an renunciari possit.*
- 79 *Priuilegia nobilibus attributa, non dicuntur iura sanguinis, sed iura nobilitatis.*
- 80 *Nobilis an possit renunciare solẽnitati nobilitatis factõ acceptãdo officia vilia, et an per ipsa officia censeatur renunciãrũ nobiliati.*
- 81 *Princeps potest declarare expressa quod accettetur tale officium, nulla penitus p̄iudicatione ad statum nobilem.*
- 82 *Renunciatio singularis personæ de corpore collegis nobilium, an sequatur dedecus, & iniuria ceteris, & uniuerso corpori.*
- 83 *Honor, vel dedecus singularium personarũ ex aliquo corpore, vel Collegio an ad ceteras personas pertineat.*
- 84 *Definitio fori.*
- 85 *Glericus etiam si velit an fori priuilegium renunciari possit, & gaudeat priuilegio fori dummodo incedat in habitũ, & consura & inseruet alicui Ecclesia de mandato Episcopi.*
- 86 *Glericus an possit compromittere in Iudicẽ laicũ, causã vertẽtẽ super eorũ patrimonio.*

- 87 Arbitrator, & arbitres non habent iurisdictionem, sed quamdam notitiam.
- 88 Iuri publico an renunciari potest.
- 89 Collegium an possit agere pra iuri illata uni collegiato.
- 90 Clericus an possit renunciare Canon: sive cap. si quis suadente diabulo.
- 91 Clericus an possit reconueniri coram Iudice laico.
- 92 Declinatoria fori an admittatur in causa reconuentionis.
- 93 Reconuentio iudicis solum prorogationem iurisdictionis, non autem aliquid de nouo.
- 94 Reconuentio, dicitur prorogatio legalis.
- 95 Recusatio Iudicis, an possit fieri in causa reconuentionis.
- 96 Consuetudo loci attenditur.
- 97 Consuetudo, est optima legum interpret.
- 98 Reconuentio habet locum, etiam si clericus uult recedere a sua prima petitione.
- 99 Appellans an possit renanciare sua appellationi inuito appellato.
- 100 Clericus an possit renunciare sua prima petitioni, in pra iudicium conueni ad finem euitandi reconuentionem.
- 101 Reconuentio in qua parte Iudicis potest proponi.
- 102 Iudicium dicitur durare, usque ad conclusionem.
- 103 Sententia lata super conuentione, & non super reconuentione an ualeat.
- 104 Reconuentio est terminanda una in sinu cum conuentione.
- 105 Giurba laudatur.
- 106 Reconuentio in multis casibus non conceditur.
- 107 Reconuentio an detur super re spiritali.
- 108 Reconuentio non datur in causa feudali.
- 109 Reconuentio non datur in causa status.
- 110 Reconuentio non datur in clerico depositario.
- 111 Reconuentio non datur in causa liquidationis instrumenti.
- 112 Reconuentio non datur in executione sententiae.
- 113 Reconuentio non datur in executione testamenti.
- 114 Reconuentio non datur in Iudicis executione, & possessoris.
- 115 Reconuentio an cesset in causa appellationis.
- 116 Comperditio in quo iudicio proponi possit.
- 117 Iudex appellationis non potest cognoscere de alio iudicio, nisi de iudicio cognito in prima instantia.
- 118 Reconuentio an habeat locum coram arbitro voluntario, uel necessario.
- 119 Reconuentio non datur, quando esset lata sententia conuentionis.
- 120 Reconuentio non datur, quando uerdictor citatus per emptoram ratione excutionis.
- 121 Iudex secularis, non potest pro tali reconuentione personam clericum tangere.
- 122 Exequutio contra clericum an sit facienda per Iudicem Ecclesiasticum in bonis, uel persona licet sit reconuentus coram Iudice laico.
- 123 Reconuentio an possit proponi coram iudicibus ordinariis, uel delegatis.
- 124 Clericus qui egit contra laicum coram Iudice seculari an possit penitere, & desistere a sua petitione, in pra iudicium conueni.
- 125 Ius quando dicatur acquisitum tertio.
- 126 Locus penitentiae, quando admittitur.
- 127 Appellans in pra iudicium patris, non potest appellationi renunciare.
- 128 Dilationi obtenta, non potest renunciari in pra iudicium illius, cui aliquod ius fuit acquisitum ex tali dilatione.
- 129 Priuilegium Nobilitatis an sit personale, uel reale.

CAPVT XXV.

Nobilis an renunciare possit pra iudicium legis, quae habet uet habere sperat.



Audet primo Nobilis, quod pro delicto carcerari non possit, Lucas de Penna in l. mulieres nu. 12. vers. 8. priuilegium C. de dignit. lib. 12. sequitur Tiraguet. de nobilit. in cap. 20. num. 30. fol. mibi 75. facit Assl. in consil. Regni humanitate num. 8. dixit de iure Regni quod non solum pro leuioribus delictis, sed etiam pro grauioribus non debere carcerari imo ne quicquam sub fidei iuribus dimittendum esse, ut neque fidei iuribus vexetur, sed sufficere tantum, ut sub iuratoria cautione, ipsum nobilem mancipari, uel in palatio, uel in domo uel per Ciuitatem, ut nostra praxis docet, teste Poller. in pract. Crimin. par. 2. fol. mibi 156. num. 5. vers. carcerentur in specie, Prop. E. atin. in sua pract. crimin. sub tit. de carcer. & carceratis quaestio. 33. num. 61. quod possit per Iudicem ipsi nobili carcerato aliquam Cameram in palatio, seu palatium ipsum loco carceris, cum custodia militum, uel etiam, sub fidei iuribus, quod de dicto loco non recedat, & quandoque totam Ciuitatem, si ita sibi uilum fuerit, ut scri-

scripsit etiam Angel. in l. nullas num. 3. in fin. C. de exhibend. reis, Clar. in pract. crimin. S. fin. quest. 46 sub vers. in dubio autem v3. in tract. de fideiuss. in causa criminali num. 10. & sequenti, ita in practica seruari, Bertazz. conf. 12. num. 5. in fine, & sequenti lib. 1. imo quando Illustres sunt personæ non cogi videntur ad præstandum fideiussorem in causa criminali, sed ipsi debent iuratorias cautiones præstare, ut est tex. in l. quoties C. de dignit. lib. 12. cum alijs per Osac. Pedam. decis. 70. num. 30. in princip. & ante Osac. tradit Paris. de Puteo in tract. de iudicatu in verbo fideiuss. official. cap. 3. si iudex maleficiorum num. 10. fol. mibi 188. col. 1.

3 Quod totum diuersimode procedit quando Nobilis semel aufugerit, ut Tiraquell. in loco supra citat. nu. 32. quia tunc est omnino in carceribus detinendus, nec cum fideiussore relaxandus est, sequitur Bal. & Roman. in l. Cornelia in verb. ex virgulis ff. de Senat. Consul. Syllan. & in addit. Bar. in l. 1. ff. de custodia reorum.

4 Habet secundo Nobilis, imo, & singulare priuilegium, quod possint per procuratorem in criminalibus comparere, ut l. ult. C. de iniurijs, & ibi glos. verbo procuratorem, & Auth. hoc ius C. de procuratoribus l. quoties C. de dignit. lib. 12. quod autem prohibetur in ignobili.

5 Ex quo ad notabile dubiū progreditur an nobilis contumax in causa criminali possit per procuratorem in causa ciuili respondere. In quo dubio omnimodo cessare videtur priuilegium nobilitatis, ut adnotat Tiraquell. de Nobilit. fol. mibi 88. num. 131. ibi contumacia in nobilibus magis in illis puniendum, ut sit exemplo cæteris, l. aut facta S. ult. ff. de penis Affl. in cap. 1. col. ult. num. 98. tit. de pact. iur. firm. & alios videbis apud ipsum Tiraquell. ea ratione, quia, uti ignobilis procedit, imo, & quanto quis maior est, seu in maiori dignitate constitutus, tanto magis præsumitur peccare, & iustitiam contemnere, & sic nobilitas auget delictum l. presbyteri C. de Episcop. & Cler. tex. in l. quedam ff. de penis, l. 2. ff. de re milit. l. omne ff. de incend. ruina, & naufrag. sequitur idem Affl. supra, igitur in hoc casu nobilis procedit ut ignobilis, & an possit uti ignobilis per procuratorem in causa ciuili respondere.

6 Pro quo vulgata adfit regula, quod contumax in vna causa audiatur in alia, iuxta punctualem tex. in cap. 2. de dolo & contum. ex illa ratione, quia non præsumitur qui est contumax in vno, velle

7 esse contumacem in alio, sed verior ratio est, quia non audire aliquem pro contumace, est ratione contemptus iudicis, consideratur etiam ratione inobedientia, l. contumacia S. contumaces ff. de re iudic. l. non videtur ff. de iudic. Oltrad. conf. 301

9 in princip. cum contumax ille dicatur, qui in termino sibi præfixo à Iudice, vel exequutore ad referendum superiori monuit partes, & præfixit terminum ad comparandum, si in tali præfixo tempore non comparuit, declaratur contumax, & contra ipsum procedi potest, Gemin. in conf. 109. num. 3. vers. ad tertium, ideo ipsum non debet audire, ne quicquam per procuratorem in illa causa, in qua est contumax, iuxta tex. in l. contumaciam ff. de re iudic. ubi iure consult. (in contumaciam eorum, qui jus dicendi non obtinuerunt, litis damno coercentur) &

10 illud verbum litis intelligitur de illa lite in qua est contumax, Castrens. in conf. 427. quod isti officiales col. 2. vers. 3. probatur lib. 1. & licet admitti possit procurator ad excusandum reum, quia cita-

11 tio ad impossibile artare non potest, Cald. in conf. 107. & etiam in conf. 137. nec qui ad excusandum admittitur procurator esse debet, iuxta notata per Bart. in extrauagant. ad reprimend. in verb. legitime col. 2. vers. non obstat S. publicè, si vero generalis procurator sit ad excusandum, admittitur, Rota in nonis decis. 24. & decis. 314. refert, & sequitur Card. Tusch. litt. P. in verbo procurator. conclus. 848. num. 4. quod secus est in alia causa, ne pena egredia-

12 tur delictum, l. rescriptum ff. de his quib. ut indign. & quod contumax in vna causa, non noceat eidem contumaci in alia, tenet expressè Bar. per illum tex. in l. si prius num. 11. ff. de noui oper. nunciat.

13 Et licet glos. in l. sed & si S. ait prator ff. ex quib. caus. maior. voluit quod iudex potest denegare audientiam contumaci, sequitur Balzar. in constitut. Reg. in tit. de pena contum. in art. incipiente contumacem fol. mibi 645. numero primo Præs. de Francis in decis. 771. num. 3. Affl. in constitut. grandis utilitas num. 11. & in const. penam eorum, Carac. in pragmat. de exilib. nu. 166 & ibi Marant. in dicta pragmat. num. 17. ea ratione denegatur, quia videtur magi-

14 stratum contemnere per inobedientiam, quæ inobedientia dolo non caret, Spual. tit. de cit. S. 3. num. 10. circa finem, cum obedientia in se humilitatem habeat, Bal. cap. 1. num. 10. circa finem de postulat. prelat. & præcepto iudicis est parendum, etiam elapso termino, cap. cum dilecti nu. 8. circa medium de restit. spoliat. vnde si lu-

15 dicis

16

17

dicis autoritas contemnitur, non tra-
 ctatur de simplici interesse, *Bal. l. prator*
§. interdum de noui oper. nuu. sed si cita-
 15 tus non compareat, ultra quod denega-
 tur postea audientia, & omnis iudiciorū
 copia clauditur. *sequitur Caracit. in prag.*
1. de exulib. num. 166. Marant. ibidem num.
17. vbi num. 19. dixit quod perdat bene-
 16 *ficiū appellationis, & patitur aliam*
pānam Horat. Pers. in conf. Crimin. 30. nu.
10. post omnes meritiss. Reg. Sanfel. in decis.
31. nu. 8. in alia causa aduertit, Bal. illam
 17 *esse singularem, & illum intelligēdum,*
 & iudex ex causis potest denegare
 audientiam, non quod contumax in
 vno non sit audiendus in alio, & arbi-
 trium iudicis, non potest se extendi, nisi
 in alia causa contumacis, cum eadem
 persona ad cuius instantiam fuit contra-
 cta contumacia, non in quibuscumque
 causis contumacis cum diuersis perso-
 nis.

Quæ cum vera sint de iure commu-
 ni; de iure autem Regni indubitabilia
 reduntur, per ea quæ dixit Ritus Ma-
 gnæ Curie Vicar. 220. nam secundum
 declarationem ipsius Ritus, optima, &
 euidenter opinio procedit, quod per
 procuratorem possit in causa ciuili re-
 spondere.

18 Ritus enim M. C. V. secundum verba
 ipsius, late constat, quod loquitur de
 contumace, qui bannitus est, cui bannitio
 19 foriudicato denegatur audientia,
 cuius iura, & actiones, etiam per procur-
 ratorem impediuntur, verum etiam et
 de iure ciuili, quam de iure constituit
 Regni, Capitulis, Pragmaticis, Ritibus,
 Consuetudinibus, & de iure communi
 Romanorum, Longobardorum, & toto
 iure, quod in Regno vtitur, vt probat
tex. inc. Regni puritatem, & ibi Afflict. in 6.
notab. cum sequenti, idem Affl. in proem. ca-
rum constit. quest. 20. vnico ore procedūt,
 20 quod omnia iura, & actiones amittat,
 cum hostis publicus reputetur, vt in con-
 stit. penam eorum. l. 3. in final. transfugam
ff. de acquir. rer. dom. l. 1. in princip. & ibi
DD. ff. de acquir. possess. l. non dubio. l. post l. in-
minium in princip. §. transfug. ff. de Captiua.
 & postlim. reuers.

21 Quo fit, vt nullum ius, siue ad perso-
 nam pertineat, siue ad rem, siue ad actio-
 nes retinere possint, cum ibi subiectum
 non sit, siue esse non debet, propter
 penam irrogatam, ibi nec accidens, seu
 qualitas esse poterit. *l. cuius qui in provin-*
ciam §. quod si stipulatus, & ibi Philipp.
Dec. in 4. notat. nu. 5. ff. si certi. pet. morte.
 enim finitur, dominium l. 4. ff. locat. &

demum omnia soluantur *§. de incaps. Au.*
 22 *then. de nupt. & licet naturaliter viuere,*
 videatur, tamen quo ad legem muni-
 cipalem pro mortuo, quo ad omnia re-
 putatur, vt dicta constit. penam eorum,
 23 quæ constit. penam eorum, omnia quæ
 sunt iuris ipso iure tollit. *Bar. in l. si is qui*
pro emptore in princip. num. 29 ff. de usucop.
 & in l. si maritus §. legis ff. de adult. tunc
 etiam, quia lex dum talem contumacem
 bannitum, hostem publicum inducat,
 impunemque occidi iubet, resistere cen-
 serur, ne quicquam iuris habet ideo, &
 ciuili, & gentium iure destinatus vide-
 tur. *l. iubemus §. sanè C. de sacros Eccles. l. nō*
dubium, & ibi Bar. ff. de fideiussor. glos. in
clement. 1. verbo inbibentes de iure patron.
 Vnde satis superque extra protectionē
 communis, positus videtur, quo casu
 etiam ius gētium amittere voluit *Bal.*
in l. 3. num. 7. C. si pendente appell. mors in-
teru. quam probat Alex. in l. ex facto §. ex
facto col. vit. & ibi Ripa num. 16. Alex. in l. si
cum dotem §. si patri col. 1. vers. 2 limita ff.
solut. matrim. & in l. 1. num. 4 C. de hered.
instituend. latè Ias in conf. 166. col. 3. vers.
fallit lib. 2.

24 In hoc casu omninò necessarium cō-
 sequens trahitur, quod de isto contuma-
 ce loquatur Ritus M. C. V. non verò de
 illa contumacia in causa criminali, cum
 in tali casu omninò admitti possit eius
 procurator ad comparandum in causa
 ciuili, quia specificè Ritus M. C. Vicarie
 220. incipiente item si aliquis, vel si ali-
 qua, loquitur de bannito contumace,
 ibi (Item si aliquis, vel si aliqua banni-
 tus, vel bannita fuerit de mandato dictæ
 Curie in aliqua causa ciuili, non admit-
 25 tatur ad comparandum) igitur ex his
 verbis manifeste apparet, quod Ritus
 loquatur de bannito contumace, prout
 etiam ita sentit idem *Carau. in dicto ritu*
num. 16. & de illo loquitur seruata for-
ma constitutionis grandis utilitas.

25 Et quid si contumax de illo delicto
 possit banniri, si per solam contumaciā
 dictæ M. C. V. censeatur bannitus serua-
 ra forma constitutionis Regni, & sic
 obstante dicto Ritu 220. ad comparan-
 dum, non admittitur in iudicio ciuili,
 eius procurator, quem ritum in sui viri-
 di obseruantia esse, testatur *Franch. decis.*
271. num. 2. & 8. & licet Ritus prædictus
 dicat, non admitti ad comparandum,
 nisi contumaciam suam primo purga-
 uerit, ante loquitur de contumacia cō-
 tracta post bannum, iuxta dictam consti-
 tutionem Regni *grand. utilit.* in qua fit
 mentio de contumacia post bannitionē
 si cui

sicuti per primam contumaciam puni-
tur contumax, in tertia parte bonorum
mobiliū, in alia contumacia post ban-
nitionem, puniatur bannitus in omnibus
mobilibus; sic ergo ritus 20. expressè lo-
quitur de contumacia banniri.

Nam pro declaratione ipsius Ritus
sciendum est bannitum esse quid di-
26 uersum à contumace, & adeo, tanta est
diuersitas, quod sicut de iure commu-
ni fuit cognita contumacia dicta l. conta-
maciā ff. de re iudic. Bannū autē, siue bā-
nitiō fuit penitus incognita legibus ciui-
libus, & tamen in legibus nouissimis in
vlibus feudorum reperitur facta mētio
de banno, & de bannito in tit. hic finitur
27 lex, & in cap. in principio, vbi bannitus
equiparatur excommunicato, & in tit.
de statutis, & consuet. extra Ecclesiam, &
paulo post principium, vbi fit mentio de
banno, vna cum adnotatione, & publi-
catione bonorum, & adeo fuit incogni-
ta bannitiō a primis iuris interpretibus,
vt glos. in S. relegatis in tit. quib. mod. ius
patrie potest. tanquam de re parum co-
gnita, in iuribus ciuilibus nimis fallaci-
ter, solū crediderint bannitū esse, ad instar
relegati, quæ glos. valde ponderatur per
Baron l. i. C. de hered. instit. n. 10. qui pri-
mus omnium diffusè tractauit materiā
28 banni, & ibidem voluit, bannum esse
actum de per se, nullam habente con-
nexitatem, cum alio actu; & licet bannū
possit dari à lege, vel à Iudice, propter
delictum, sæpius datur, & est adiuentū
bannum pro pœna eius, qui contemp-
do præceptum Iudicis in non compa-
rendo, non obstante, quod sit effectus
contumax, non obtemperando; vt ergo
cohereretur inquisitis comparere, &
ratione inobedientie, & contemptus in
quibus permanet post contumaciam
contractam fuit adiuncta bannitiō, & de
hac bannitione expressè loquitur con-
stitutio Grandis utilitas in eius proem. in
illis verbis (malefactores interdum cō-
temptus, & contumacie vitium, vel pœ-
nam patris sceleribus agrauantur, si-
ne temporis præiudicatione) & paulo post
dixit constitutio hac lege prosequimur
contumaces.

29 Definuit igitur Bal. bannum in dicta
l. i. C. de hered. instit. in vers. unde dicen-
dum. esse quasi lationem, seu eiec-
tionem à bono publico, ad instar excom-
municati, qui eiciuntur à commu-
nitione Ecclesiæ, quam similitudinem
inter bannitum, & excommunicatum
facit tex. in vlibus feudorum in tit. hic fini-
tur lex in principia, Andr. autem in dicta

constit. Federic. Imponi in vlibus feudor. de
30 statut. & consuet. contra Eltes. num. 6. ali-
ter definit bannum in vers. ipso iure,
quod bannum sit quædam à fida, & ru-
tela principis diffidatiā, quæ definitio
DD. colligunt ex illius verbis constitu-
tionis Federic. Imperat. de statut. & consue-
tud. in illo verbo (diffidamus.)

31 Ex qua iuris communis dispositio-
ne fuit orta Regni constitutio Gray-
dis utilitas, sub rubrica de pœna contumacia
in criminalibus causis; ex qua rubrica sa-
tis declaratur dicta constitutio, quod bā-
num de quo fit mentio, non est ipsa cō-
tumacia, sed pœna quæ datur eis, qui per-
sistendo in contumacia non obediunt,
disponitur autem in dicta constitutione
non esse procedendum ad pœnam adno-
tationis bannorum, & ad bannitionem,
contra quemcumque contumacem,
sed tantum contra contumaces capita-
liter accusatos, ex quibus verbis, dixit
Affl. in dicta constit. num. 3. quod si quis
32 est contumax pro causa criminali in-
qua non venit imponenda pœna mortis
naturalis, de iure Regni, non potest adno-
33 tari, atque banniri, secundo disponitur
quod bona adnotata post anni circulū à
die bannitionis applicantur fisco, si non
habet filios, tertio quod post contuma-
ciam banniat, & exprimat causa
bannitionis, & dies ipsius.

34 Ex prædictis ergo, tam de iure com-
muni, quam de iure Regni, satis constat,
quod contumacia, & bannitiō, sunt quæ-
dam inter se diuersa; nec simul, & semel
fieri possunt, quia prius reus, fit contu-
35 max, deinde fit decretum, quod ponat-
ur in banno, & tunc habetur ipsa ban-
36 nitiō, & non ex sola contumacia, neque
ex decreto quis dicitur bannitus, sed ex
ipso actu bannitionis, imo dixit Affl. in
dicta constit. num. 16. quod acta bannitiō-
37 nis non sufficiunt, sed debet esse bannū
in scriptis redaptum, adeo quod dixit
Andr. in dicta constit. panam eorum, non
sufficere, quod publicetur bannum præ-
dictum in M. C. V. sed est necesse ipsum
publicari per loca solita Ciuitatis; licet
Affl. dicat in dicta constit. Gran. utilitas
38 num. 15. quod solum Neap. sufficiat,
quod bannum publicetur in magna Cu-
ria Vic. propter multitudinem causarū,
secus est in alijs tribunalibus Regni,
qualiter autem fiat decretum banni, &
39 qualiter scribarur ipsa bannitiō, & pu-
blicitur ponit Foller in sua præf. crimin.
in prima par. secunda partis, verbo bannia-
tar. num. 3. & 4. & ibi Dominus meus Bal-
dassar de Angelis vir doctus Aduocatus in-
signis

signis nunc vero meritis Index in criminalibus M.C. Vic. Neapol.

- 40 Pro ista autem opinione faciunt ea, quæ dixit doctissimus *Bartol. de Capua in constitutione Regni clementia*, quod de iure Regni non possit quis banniri statim post contumaciam, sed post duos menses, quam sequitur, & refert *Foller. in verb. banniatum num. 26. in fine*, non ergo sufficit, quem fuisse reputatum contumacem, Curia pro Tribunali sedente in M. Cur. Vic. post lapsum duorum mensium; & seruata forma Constitutionis Regni *Grand. utilit. alias bannum* crit ipso iure nullum, ex doctrina tanti auctoris *Bartolom. de Capua*, qui potest dici quod faciat ius in Regno, quod etiam habetur ex illa ratione, quia si bannum est secunda pena, eo quod in contumaciâ persistendo non obediat, si illico contracta contumacia quis banniatum, esset dare penam ante delictum, quod expressè videtur decidere *tex. in cap. ex parte. et primo, extra de verbor. significat. nam vt supra diximus ex tex. in rubr. hic finitur lex, vt ex doctrina Bald. & Andr. Bannitio, & excommunicatio equiparantur, dixit tex.*
- 42 in dicto cap. ex parte, quod quando proceditur ad excommunicationem propter contumaciam illa fit duobus precedentibus, scilicet primo pro contumacia iam contracta; secundo pro non obtemperando contumaciæ iam contractæ, & illa nõ obtemperatio necessario vocatur nouæ iurisdictionis cõtempus, & ideo ratione noui contemptus; datur noua pena, quæ est bannitio, quæ pena non parui momenti iudicatur, per-
- 43 dit namque bannitus, iura publica, beneficia, iurisdictione, & custodiam Principis, & fit adnotatio, & publicatio bonorum; imo ex bannitione oritur tale
- 44 indicium ad delictum, quod absque alio indicio inquisitus torqueri potest, *Paris de Put. in tract. de sindicatu. in verbo sequitur questio quotidiana num. 15. Grammet. decis. 34. num. 5.* & pena tanti momenti non est danda ratione contemptus modici temporis, & dum contumacia habeat iam suam penam de iure Regni, quæ est amissio tertie partis mobilium, de qua etiam fit mentio in dicta *Constit. Regni Grandis utilitas.*
- 45 Practica autem in Magna Curia Vicariæ est quod contumaces amplius nõ banniantur.

Primo, quia substantialis effectus bannitionis erat annotatio, & publicatio, post annum omnia bonorum, & per

Cap. Reg. Catholic. etiã pro quouis delicto Neapolitani non puniuntur in bonis, nisi in crimine læsæ Maestatis.

- 46 Secundo, quia per *Ritum Mag. Cur. Vicariæ* 220. inquisiti capi non possunt, nisi prius contumaces, deinde banniti, & post spatium vnus mensis à die banni publicati, & tamen videmus in dies, quod hæc praxis idè inoleuit, quod inquisiti capitaliter sunt illi, qui possunt banniri, ne dum expectatur bannitio, & mensis, post bannitionem, sed vnico actu Iudices Mag. Cur. Vic. dant ordinem quod citentur, & carcerentur, siue capiantur.
- 47 Tertio inoleuit praxis bannitionis, quia maxima cum difficultate poterat praticari constitutio *Grandis utilitas*, quæ secundum *Affl.* vult quem banniri pro delicto, in quo venit imponenda mortis naturalis pena, ita vt si non esset attintus tot indicijs, quod posset foriudicari, non posset banniri, & de indicijs disputare prius in banno, & deinde in foriudicatione, absque vtile Regij fisci,
- 48 cum non adesset publicatio bonorum, stante *Capit. Regis Catholici*, non fiunt amplius banna, neque bannitiones, proinde hodie in Regno solum vocantur banniti hij qui sunt foriudicati, vt per *pragm. 12. de de exulib.* vocat bannitos tantum eos, qui sunt foriudicati, iãdeo recessit ab aula, quam esse bannitum, ante foriudicationem, propter cõtumaciam per *Constit. grand. utilitas.*
- 49 Quo ad secundum nulli dubium est ritum prædictum nõ loqui de quacumque contumacia, sed solum de contumaciæ vigore banni, & sic de contumacia non ex citatione, sed ex banno contracta; dum dixit si bannitus in bannis
- 50 perdurans, qui ritus intelligit illud verbu bannitus, prout de iure Regni *Grandis utilitas*, quæ constitutio fuit inuenta contra malefactores contumaciam cõtendentes, vt in princip. constitutionis & in *S. hac editali*, & primo imposuit penam contumacibus, in tertia parte bonorum mobilium, secundo adnotationem omnium honorum, tertio quod per Magistrum iustitiarum bannirentur, & si per anni circulum post bannum, in bannitione, & contumacia permanerit, bona adnotata fisco applicantur.
- 52 Tertio priuilegio gaudet Nobilis, quod licet prima facie contrarium priuilegij videatur, tamen opinio, quæ probatur in iure receptior erit, & tunc pro priuilegio omnibus adscribi potest, & est an quilibet non obstante quod est absens

rens, suas defenfiones in iudicio criminali proponere per procuratorem possit.

In quo dubio prima facie videtur respondendum ipsum, non esse audiendum, sed contra ipsum esse procedendum ad citationem; nec habendam esse citationem suarum defenfionum, nisi ipso personaliter comparente, idque ex *tex. in l. penult. §. ad Crimen ff. de public. iudic. vbi in delictis publici iudicij, quemadmodum, pluraque sunt ex his de quibus aliquis inquiratur, docet iur. Consul. posse quem admitti ad allegandam absentis defenfionem, seu innocentiam, & concordat notata per *Vinian. in figur. casus l. reos C. de accusat. Ratio in qua fundatur hæc iuris conclusio, vna est ne iudicium redatur elusorium, si reus qui forsitan penam corporalem subiturus est, non habeatur; altera quia expedit reum personaliter comparere, vt animaduertat iudex qua trepidatione, qua voce, qua constantia loquatur, ad arguendam, vel excludendam ex his, delicti presumptionem, *Ant. Rosell. inter consil. crimin. Cepoll. conf. 46. in princip. Claud. ad Bertaz. conf. 216. in verbo per placet; & saltem esse iudicis arbitris; vt possit si velit cogere reum, vt personaliter compareat ad respondendum inquisitioni; docent *Bar. in l. seruam quoque §. publice num. 6. ff. de procurat. Ioann. Bapt. Rosell. inter eodent Consul. Cepoll. conf. 47. num. 4.****

54. Secundo videtur id ex parte legentium huius Regni sancitum, nempe *l. 1. tit. 109. vbi tres tantum exceptiones ex parte citati, vel citandi, scilicet absentia, infirmitatis, aut captiuitatis allegari permittitur; *Caroli. dicto Ritu num. 8.**

55. Contrarium tamen verius censendum est, mouet quia quemadmodum delicta puniri, reipublice interest; ita etiam Republicæ magis expedit innocentem, licet absentem liberari, & a quoctumque defendi, ne innocentia indetenta periclitetur, celeriter hoc probat *tex. in l. seruam quoque §. publice ff. de procurat. vbi, vbi cumque itaque absens, quis damnari potest, ibi quamuis verba pro eo faciente, & innocentiam excusantem audi equum est, hinc communiter est consensu, in quacumque causa, in qua contra absentem procedi potest tradiderit DD. posse per iudicem ex officio, etiam*

56. nemine petente veritatem, & consequenter absentis innocentiam perquirere, & multo magis alio petente fieri iustum est; *Bar. in dicto §. publice, num. 3. & sequenti; Angel. in l. plane ff. de priuilegiis.*

*red. in l. vbi pactum num. 13. C. de trans. sub. §. l. 1. num. 9. ff. de iurisd. omni. iudic. Marfil. in §. sequenti num. 43. Gramat. post decis. cons. 1. num. 24. Cirill. in sua praxi crimin. §. vbi de procurat. num. 2. par. 1. Bertaz. conf. crimin. 137. num. 6. conf. 303. num. 6 & sequenti; & inter cons. Cepoll. crimin. Ant. Rosell. dicto conf. 46. num. 8. & alij insignes DD. cons. 47. num. 10. conf. 49. num. 3. conf. 50. num. 3. conf. 40. num. 9. & 10. & quod possit primo loco comparere per procuratorem in criminalibus, dixit eruditè *Tiraquell. in tit. de Nobilit. cap. 2. num. 141. id**

57. quod ignobilibus prohibetur per *tex. in l. vbi G. de iniur. & ibi Glos. in verbo per procuratorem, quæ nuncupatim id fieri dixit propter nobilitatem, & pro concordia allegat l. quinque, & Auth. hoc ius C. de procur. l. vbi. C. vbi senat. vel Clarifl. quoties C. de dignit. lib. 12.*

Nec obstat in contrarium *tex. in dicta l. penult. §. ad crimen, & quæ ad illius exornationem tradita sunt, quia omissis aliis solutionibus de quibus *Bar. in dicto §. publice num. 1. & inter dicto Cepoll. conf. Modest. Polent. conf. 42. vera, communis, & ad presentem dubium nostrum accommodata solutio est, quod aut quis vult ad defenfionem innocentia absentis audiri, vt procurator, & suscipere telam iudicij; & possunt procedere in contrarium allegata, aut quis ad alterius innocentiam allegandam petit admitti, non vt procurator, sed vt simplex instructor, & iudicis informator de inquisitione innocentia, adhuc vt iudex ex illa instructione veritatem, circa delictum, aut innocentiam assequatur, & hoc, iura non prohibent, imo præcipiunt, vt iudex modis omnibus hanc veritatem scrutetur, & hanc distinctionem habemus; ex supra citati DD. solariissimeque omnium tradiderunt, relati inter *Cepoll. & alij consentientes citari, idem Cepoll. consil. crimin. 72. num. 11. conf. 3. principaliter; *Grabat. conf. civil. 37. num. 1. & seq.****

58. Et licet non negentur, quæ negari possunt auctoritate *Gramat. & aliorum per eum relatorum conf. civil. 37. num. 9. arbitrio Iudicis remittendum esse reum compellere ad personaliter se in iudicio exhibendum, non tamen debet propter hoc reicere instructionem innocentia, sed vtique admittenda, ita vt ex qualitate defenfionum, ad instructionem productarum, arbitrium circa hoc à Iudice sumendum sit, *Anton. Rosell. dicto conf. 46. in fine, nec *Bar. in allegato loco, ita intelligendus, contrarium sentit, & quod in hac in re concludendum videtur, est vt liqui-***

• siquidem adhuc urgeant indicia delicti pro citationis sufficientia, nec ea sint satis euacuata à productis defensionibus, citandus sit reus, quod si indicia, qualitas, producentia locus delicti quemadmodum res se habet, absurdum videretur dicere cum esse citatum de cuius innocentia, iam liquet ad tradita per *Cirill. in sua praxi Crimin. de procurat. §. unico par. 1. num. 1. in fine, Cepoll. conf. crimin. 29. num. 21. Modest. Polent. inter eadem Cepoll. consil. conf. 47. nu. 11. Cabal. resolut. crimin. 256. num. 3.*

59 Nec in ista opinione impedire videtur *Ritus 269.* quia præter, quod ritus ille loquatur, ubi quis iam est citatus. *Carau. dicto ritu num. 6.* qui Ritus loquitur in procuratore non in simplici instructore innocentia, & sic ista distinctio omnino tollit oppositionem Ritus, & quod in terminis Ritus, non repellatur simplex

60 Iudicis instructor circa innocentiam, inquisiti, quia aliud est proponere exceptionem ex parte inquisiti, aliud est implorare officium Iudicis, & illum de innocentia inquisiti instruere, in terminis dicti Ritus tradit *Ioann. de Arno;* quem refert, & sequitur *Bertaz. dicto conf. 127. num. 6. & conf. 303. num. 6. & sequenti, & fortioribus terminis statuti prohibentis admitti excusatorem, vel defensorem absentis plenioribus, & amplioribus verbis sequutus est *Marfil. conf. 63. num. 61. & sequenti, & conf. 90. num. 20. & in supra allegata §. sequitur num. 43. quem sequitur, & refert *Bertaz. dicto conf. 303. num. 6. concordat Angel. in dicta L. plane. ubi dixit, & hoc infinitis vicibus practicasse in terminis statutorum prohibentium admitti exceptiones, nisi reis personaliter competentibus, *l. f. Gramat. locis supra cit.****

Nec prædictis obstat tradita per *Glar. in S. fin. quat. 33. num. 2.* nam præterquã, quod loquitur contra tot scribentium, receptam sententiam, loquitur ille cum ex parte absentis, sint recipienda probationes, & examinandi testes.

61 Tandem Regium Collaterale Consilium Neap. decidit scripturas, quæ loco defensionis erant, recipi solummodo ad Iudicis instructionem, extra tamen relâ iudicii, vt supra explicatum est, certè alioquin, frustratorium esset Collaterale Consilii decretum, quia frustra sit,

62 quod factum non releuat *l. si quis §. exigitur, ubi Angel. ff. de edendo,* quod permitti nõ debet, quia tam supremi Consilii Decreta inania, & elusoria esse non debent, ad *tex. in l. si prator ff. de iudic. l. si plures ff. de testament. tutela,* ad tradita per

Surd. decis. 17. num. 2. & per Ioan. Donatum à fina in Enchidio conclusionum lib. 2. in v. frustratorium.

63 Sed post hæc scripta Collaterale Consilium apertius declarauit vt Magn. Cur. vnitis omnibus scripturis de iustitia prouideat, ita vt prædicta tradita pro veritate habuerit, nec vllus relictus est disputandi locus.

Hæc opinio fuit per Magn. Cur. Vic. practicum in causa Marchionis Morconi, qui dum fuit accusatus per suos vassallos, & proposita nonnulla capita Excellentissimo, ac dignissimo Proregi Comitum Monterei, per illum fuit destinatum Commissarium vnus Iudex Magnæ Cur. Vic. in criminalibus D. Antonius Nauarret. Auditor Generalis totius Exercitus Militiæ in Regno Neapolit. nunc meritissimo Consiliat. Sac. Reg. Consil. Neap. ad instantiam prædictorum vassalorum, qui in terra Morconi cepit informationem, deinde ad instantiam Illustr. Marchionis fuisse destinatum per dictum Excellentissimum Proregem quond. D. Ferdinandus Messia de Prado Iudex M. C. V. in criminalibus, qui in dicta terra aliam cepit informationem, quæ per Excellentissimum Proregem Ducem Medinæ Principem Ostiliani, & per Reg. Collat. Conf. Neap. fuerunt remissa doctissimo, & integerrimo Reg. Consil. D. Anibali Moles, & coram illo per procuratorem dicti Illustris Marchionis Morconi presentatis nonnullis scripturis publicis, & priuatis stante quod dictus Marchio Morconi erat in Ciuitate Florentiæ, & facto verbo in Collaterali Consilio cum tota Mag. Cur. Vicaria, coram prædicto Excellentissimo Proregi, fuit dictum visis omnibus scripturis Mag. Cur. Vicariæ de iustitia prouideat, prout videre est in processu panes Iulium Cæsarem Romanum fiscalem scribam M. C. Vicariæ, & scribam dictæ inquisitionis excludendo prædictos vassallos à petitione citationis.

Certè enim ex illis scripturis aliud nõ constabat, nisi solum defensiones Illustr. Marchionis.

Ex quibus deuenitur ad aliud dubiũ querendo an prædictæ defensiones possint per inquisitum renunciari.

64 In quo dubio primo loco DD. vniuersalem regulam colligunt, & assignant v3. quod reus suis defensionibus minime renunciare possit per *tex. in l. non tantum ubi glos. in verbo acquiescit de appellat. glos. in l. pactum in verbo cum liceat ff. de pact. sequutus fuit Antou. Gomes. in tit. de delictis cap.*

cap. 13. num. 33. Gregor. Nat. in conf. 359. nam: 3. vol. 2. Rolan. conf. 12. n. 14. licet tertia Bal. in cap. cum non ab homine, de iurament. & in cap. cum venissent in fine de testib. idē etiam dixit Bal. in Auth. iudicemus, & ibi Salicet. & Angel. C. de iudicijs.

65 Ad quam vniuersalem Regulam Sebast. Guazzin. in tract. ad defensionem Reorū defens. 27. cap. 1. vbi in dicto cap. septem refert limitationes, Foller. autem in sua criminali practica nouem adhuc refert ad hanc regulam limitationes.

Pro quibus primo limitant, in confesso sponte; secundo quando renunciat hijs quæ sunt de apicibus iuris, & statutorum, & non de iure gentium, tertio quando tacite renunciat permittendo sibi terminum sibi statutum; quarto in latrone famoso, quinto si notorium est nullam defensionem competere posse; sexto si reus captus est in infraganti crimine, septimo si reus renunciat exceptionibus declinatorijs, octauo si renunciat post conclusionem in causa, nono vbi pena est corporalis.

In prima autem limitatione iuris ratio postulat quod defensiones renūciari possit ab ipso reo, quia contra ipsum aliud non remanet, nisi vt condemnetur, ex illa vulgata regula iuris quod contra confessum nullæ sint partes iudicis, nisi vt condemnetur, & hoc modo, quia ad ipsum defensiones nihil iuuant, ideo si ipse renunciare velit, potest, & eius renunciatio à lege permittitur prout Folle. citat. & Guazzin.

67 In secunda limitatione ratio connectitatis vult, quod dum reus renunciauit omnibus quæ sunt de apicibus iuris, & statutorum, etiam à lege permittitur, quod ab ipso renunciari possit defensionibus; imo etiam dici potest, quod renunciauit per necessariam consequentiam, & dum renunciauit omnibus quæ sunt de Apicibus iuris, sub dictis iuris apicibus includuntur etiam defensiones, igitur necessario renunciauit censetur etiam defensionibus.

In tertia vero limitatione, viget plurimum tacita renunciatio, quæ arguitur ex permissione labitionis termini concessi ad suas defensiones faciendas, 68 id quod pro cautela Iudicis assignat Guazzin. cit. nu. 1. quod Iudex in aliquibus delictis debet reo terminum assignare, & deinde illo transacto procedi, voluit. equo que Iulius Clar. in pract. crimin. quest. 49. n. 16. Decian. etiam in tract. crim. lib. 2. num. 17.

In quarta limitatione fama inheret,

quæ est sufficiens ad iudicium inquirendum prout dixit Iul. Clar. in pract. crimin. quest. 11. num. 1.

69 In famoso latrone, iniquum est procedere iuris ordine seruato, & sic in ipsis ex informatiuo processu bene procedi potest ad torturam; quoniam ex terribili casu licet iustas leges transgredi, secundum Innocent. in cap. 1. de constitut. l. si seuerior col. 3. C. ex quib. caus. infames irrog. cum siml. l. 3. C. de practic. imper. offer. voluit Bal. in l. obseruare §. proficisci. 11. quest. ff. de offic. proconsul. ita fuisse determinatum, vt refert Affl. in decis. 391. nu. 10.

71 Rex autem Carolus Secundus, quæ incipit de iuris censura prouide. fol. mibi 55. in quo omnino statuit, contra famosum delinquentem huius generis, non esse iura seruanda, pro quibus ita conclusum fuit tam per Mag. Cur. Vic. quam per Sac. Conf. teste Affl. citato.

De alijs autem limitationibus latè videbis apud DD. criminales, prout constat apud Farin. & Iulium Clar. aliosque citatos.

72 Et licet in famoso latrone non sit seruandus ordo iuris, nihilominus defensiones non sunt ipsi denegandæ, quia de iure naturali debentur, cap. dilecti filii de except. l. vt vim, de iustit. & iure l. 1. §. cum arietes, si quadrup. paup. feciss. dic. dixit Meritiss. de doct. ff. D. Reg. Merlin. Marchio Ramonti in lib. 2. contro. forens. cent. 2. cap. 33. num. 5.

73 Verum Iudex antequam procedat iuris ordine non seruato debet prius videre enormitatem criminis, inditiorum vrgentiam, & personæ qualitatē, hæc tria requiruntur, ad prius procedendū, dixit Affl. in decis. 391. num. 10. Scacc. de iudic. caus. civil. & crimin. cap. 97. num. 88. R. Tapia ad Capit. Regni si cum sceleratis, sub tit. de offic. Magistr. iustit. lib. 2. iur. Regn. & decis. 22. Sac. Conf. num. 3. Vincent. de Franch. in decis. 143. num. 2.

74 Deueniendo autem circa articuli ferriem, an nobilitas renunciari possit, DD. autem non posse concludunt, prout Tirraquell. de nobilit. cap. 26. num. 5. Ardiz. de Nobilit. Hispan. cap. 5. num. 2. Couar. cap. quamuis pactum par. 2. in initio, num. 5. vers. pimum etenim, Cenall. commun. contra comm. quest. 688. Gomez. ad leg. Taur. 79. Burg. de Paz. conf. 10. num. 7. & plene confirmat Phabus Decis. Rote. Lusitan. 48. Gregor. in l. 34. glos. de sangre tit. fin. par. 2. Menchac de success. creat. §. 2. num. 75. Perez in l. 1. glos. 1. tit. 2. lib. 4. Azueved. in l. 4. num. 14. cum sequenti tit. 2. lib. 6. noue recopilat. Amesc. de potest. in se ipsum lib. 2. cap. 23.

Bouadill. in sua politic. lib. 3. cap. 15. num. 20. & sequent. Calder. de error. pragmat. lib. 1. c. 4.
 75 quia nobilitas est quodam ius sanguinis, quod incommunicabile est, & proinde renunciatione tolli non potest, *l. iura ff. de regul. iur. l. ius agnationis ff. de pactis*; & talis nobilitas ex sola vulgi opinione pendet, isque nobilis est, & præsumitur, quia communis hominum existimatio nobilem reputat, ut per *Tiraquell. de nobilitat. cap. 10. num. 6.* sed sola renunciatione tolli non potest communis existimatio, quod non ita procedit in
 78 priuilegio concessio ratione nobilitatis, quoniam commodè separari, & tolli permissum est, manente etiam nobilitate, cum ob renunciationem priuilegii competentis, ratione nobilitatis renunciantis, non desinat esse nobilis, *Vasq. illust. controu. cap. 11. num. 24 & Dec. l. iura sanguinis ff. de regul. iur.* quoniam priuilegia nobilibus attributa non dicuntur iura sanguinis, sed iura nobilitatis, unde *dicta l. iura sanguinis*, non accipitur de iure nobilitatis, sed de iuribus à sanguine ipso immediatè naturali procedentibus, verum poterit talis Nobilis renun
 80 ciare ipsi solemnitati, cum factis id est acceptando officia, quæ non ad nobilem spectant, sed ad ignobilem, & tunc factis renunciaffe ipsi Nobilitati censetur.
 81 Ad euitandam autem talem renunciationem adest praxis, nempe quod princeps declaret expressè quod acceptet tale officium, nullà penitus præiudicatione ad statum nobilem, & ita voluit *Bar. in l. 1. col. 5. vers. quarta opinio fuit C. de dignitat. lib. 12. l. imperialis C. de nupt. l. 1. C. de sent. pas. §. in communi autem instit. quib. mod. ius patria potest. soluat. sequitur Tiraquell. de nobilit. cap. 20. nu. 9.* Nec per
 82 talem renunciationem istius singularis personæ de corpore seu Collegio Nobilitium, nec ex ipsa renunciatione sequitur dedecus, & iniuria cæteri, ac vniuerso corpori, nec quicquam ipsi nocet est *ex. ubi glos. in l. nemo quis C. de ordin. vocat. diuersi iudic. quia iniuria fieret toto corpori suo, rectè hanc rationem reddidit dicta glos. in verbo, ut attingentibus, sequitur Couar. in cap. quamuis par. 2. in princip. n. 9. cum sequenti de pact. lib. 6. Guttier. de contract. iurat. cap. 16. de priuileg. num. 52. & 53. Soccin. cap. peruenit num. 154. de sentent. excommun. & nu. 386. cum sequenti, Corn. conf. 314. col. 1. num. 2.*
 83 Nam certum est honorem vel dedecus singularium personarum, ex aliquo corpore, vel Collegio ad cæteros iam pertinere, cum singuli sint partes ipsius

Collegij, l. cum scimus circa finem, ibi (cum enim pars, quodammodo corporis eius) C. de agricol. & censit. lib. 11. quam legem, adhuc ponderauit Bar. ad id quod singularia facta vni, ex aliquo corpore, vel collegio, ad cæteros censetur facta, cum publici iuris esse dicatur, quicquid ad dignitates magistratus, & ad eorum ordines spectant, Bert. in l. 1. C. de dign. lib. 12. plures citat Dian. conf. 19. num. 49. vers. 6. præsuppositio lib. 3.

84 Attamen trāsiturum faciendū ad aliud priuilegium, quod subiacet clerico, ratione ipsius fori, cum forum dicatur ratione magistratum, hoc est, in quo actiue, ipsi magistratus iurisdictionem exercent, quia ratione litigantium idque passiuè, nimirum in quo conueniantur litesque inter ipsos dirimantur, quare dicitur rei forum, atque meum forum, vel tuum forum. At clericus, etiam si
 85 velit, non potest fori exceptionem renunciare, *Auth. si statuimus C. de Episcop. & cler. cap. si diligenti de foro competentis, & ibi Felin. col. 6. vers. primum corollarium, Ias. in l. 1. num. 10. ff. si quis in ius vocat. non ier. Felin. cap. 1. col. 4. de iudic. Aret. in §. ite iuris, vers. visis regulis, institut. de except. Roland. conf. 4. nu. 9. lib. 1. Alber. de statut. quest. 2. num. 25. Bald. & Angel. in l. 4. C. de leg. lib. 11. Benedict. tract. de paupert. quest. 8. num. 52. Guttier. de contract. iurat. cap. 16. num. 50. licet de iure ciuili, secus esset, Guid. Papa conf. 22. 1. num. 2. Viu. decis. 125. Surd. de alimen. tit. 7. quest. 37. num. 48. Couar. in cap. quamuis pactum, par. 2. in principio num. 9. de pact. lib. 6. communem dixit Clarus in pauci §. fin. quest. 36. vers. secundo inferitur, Soccin. de iudic. casuarum c. 11. num. 35. Gallerat. obseruat. 37. lib. 1. Farin. tit. de inquisit. quest. 8. ampliat. 6. principali, Alb. conf. 785. num. 10. conf. 387. num. 13. Surd. decis. 26. num. 7. & 10. conf. 2. num. 17. & 31. conf. 193. num. 5. conf. 222. in princip. conf. 280. num. 9. conf. 396. num. 15. Gratian. decis. 61. num. 14. Fransb. decis. 400. num. 6. Viu. decis. 25. num. 1. Grass. in decis. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 54. Germon. de sacr. immun. lib. 3. cap. 15. num. 51. Quarant. in summ. bullar. in verbo forum competens, ubi refert Bullam Martini V. Perez. in l. 1. glo. 1. tit. 3. lib. 1. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 22. quest. 10. Grass. qui alios citat de effect. clericat. effect. 1. nu. 42. Cardin. Tusch. conclus. 387. lit. C. Seyua in exam. Episc. lib. 5. cap. 1. num. 15. cum gaudeat priuilegio fori, ut per Conc. Trident. sess. 23. de reformatione cap. 6. Farinac. tit. de inquisitione quest. 8. num. 44. in fine, Baiard. in addit. ad Clar. quest. 36. num. 27. & ad hoc ut gaudeat*

deat privilegio fori debet incedere habi-
tu, & tōtura, & inseruire alicui Ecclesie
de mandato Episcopi. *Hector Felic. par. 1.*
alleg. 37. nu. 3. & 4. Bellat. disput. clerical.
punt. 1. tit. de favon. cleric. personarum §. 3.
nut. 10. pag. 382. & per sacros Canones, &
signanter ex extrauaganti, & Clement. septi-
ma de vita & honestat. cleric. & ex Constit.
Sixti V. in anno 1589. incipiente cum sacro-
santa, Reg. Tap. de iure Regn. libro 1. tit. de
Episcop. & cleric. super ritu 235. Ricc. decis.
134. var. 4. num. 7. & decis. 165. par. 1. num. 3.
& decis. 368. num. 3. Vivald. in candelabro
aureo in explanatione Bullæ Sixti V. notab.
11. Barhof de episcop. alleg. 57. par. 3. nu. 57.
late meritiſſimus Dominus meus Reg. Sanse-
licius decis. 228. contra de Marin. resolut.
quot. lib. 1. cap. 61. num. 8. motus authori-
tate Regentis de Curtis in suo diuersorio
iur. feud. cap. 2.

Ratio autem cur clericus fori priuile-
gium renunciare non potest est, quoniã
huiusmodi priuilegium non priuato
fauore ipsius clerici concessum, est sed
toto ordini clericorum, ut cap. *significa-*
ſſi, & cap. si diligenti, cum ibi notatis de foro
compet. Brun. conf. 64. num. 17. couf. 89. num.
8. Imo ne quicquam cum iuramento,
Iaf. conf. 50. num. 1. inter cons. criminalia
lib. 2.

86 Verum notandum est an possit cleri-
cus compromittere in Iudicem laicum
causam vertentem super eorum patri-
monio, *Bellamer. cap. Romana de foro com-*
pet. in 6. c. exposita de Arbitr. Joann. Bapt.
de Arbitr. par. 4. quæst. 15. num. 1. sed hoc
fuit practicum in vna causa inter rea-
le Monasteriũ Sanctæ Claræ cum Colle-
gio R.R. PP. Iesuitarum Massæ Lubren-
ſæ super differētijs lacus, & Aquæ Agna-
ni, quæ causa cum fuisset per ambas par-
tes compromissa Nobili Iacinto Roc-
co, & Joanni Citarella, Summus Ponti-
fex noluit præstare super prædicto com-
promisso assensum, sed assensus fuit præ-
stitus personis Ecclesiasticis, prout vide-
re poteris in Nuntiatura Neapolitana,
ſcriba Antonio Guglielmus, ratio quia
87 *arbitrer, & arbitrator non habet iuris-*
ditionem, sed quædam notitiam l. ait
prator ff. de iudic.

88 Alia ratio quidem, quæ viget cur cleri-
cus fori priuilegium renunciare non
potest, est, quia ius publicum est, & tan-
quam ius publicum respiciens totius
ordinem clericalem renunciari non po-
test, cap. *si contingit de sentent. excommu-*
Suarez in cap. 33. de legib. num. 2. tradit
Gallerat. lib. 3. cap. 1. num. 4. vers. & ideo nu.
34. de renunc. cum pactum priuatorum

inris publico derogari non possit, *l. ius*
publicum ff. de pa. l. neque Pignus §. priua-
torum ff. de regul. iur. cap. si diligenti de foro
competent. & quod quis renunciare non
possit ordini suæ dignitatis, cum publici
iuris sit, Decian. conf. 19. num. 40. cap. fin. di-
ſtint. 99. l. 1. C. ut dignit. ordin. seru. lib. 12.
Decian. dicto loco, quare rectè familia sua

89 Collegium agere potest pro iniuria illa-
ta vni collegiato respondit *Oltrad. conf.*
61. quem sequitur Petr. Leand. tract. de pri-
uil. doct. quæst. 71. par. 4.

90 Nec renunciare poterit clericus pri-
uilegio Canonis si quis suadente diabu-
lo per *tex. in cap. contingit 1. de sentent. ex-*
commun. & ibi notat Felin. quoniam id in-
ductum fuit fauore clericalis dignitatis,
Guttier. cap. 16. num. 53. Socc. cap. peruenit
num. 154. de sentent. excomm. & ibi num.
386. cum sequent.

91 Et licet Clericus non possit conueniri
coram Iudice laico, prout supra dictum
est, tamen potest re conueniri coram
eodem Iudice laico, cap. *1. de mutuis petit.*
Peregr. de fideicom. art. 28. num. 67. l. cum
Papinianus C. de sentent. & interlocutor.
diuers. iudic. Aufred. in tract. de potest. iu-
dic. Ecc. super laicor. & eorum honor. num.
37. in 13. tom. tract. diuers. par. 1. car. 128.
Cauale. qui alios citat decis. 19. num. 60. &
decis. 23. nu. 9. lib. 3. vers. nam dicebat, Aret.
in §. idem iuris num. 46. in §. tit. de except. cap.
fin. de except. in 6. Carauit. in ritu 67. num. 3.
Viuus in decis. 49. num. 4. Gaspar Thesaur.
quæst. for. 98. lib. 1. etiam si reuocatio
fiat post litem contestatam Franch. decis.
376. Alex. Trentac. lib. 1. var. resolut. de mu-
tuis petit. num. 31. Marta de iurisdit. 4. par.
cent. 2. casu 107. num. 1. Affl. & Vrsill. decis.
173. num. 4. & 5. Boer. decis. 69. Franch. dec.
193. & 376. Carauit super rit. M. C. V. Nea-
polit. 67. num. 8. Ioseph Ludouic. conclus. 38.
vers. infert vigesimonono, Scaccia in tract. de
iudic. 1. par. cap. 11. num. 94. Surd. lib. 2. conf.
122. num. 19. Larroa decis. Granat. 4. nu. 11.
lib. 1. cum sit mutua petitio, quæ a reo fit
aduersus actorem, l. cum Papinianus C. de
sent. & interloc. iudic. Authen. & consequen-
ter ubi Bart. num. 3. Bald. num. 19. Castrens-
num. 9. & DD. omnes C. de sent. & interloc.
omn. iudic. DD. in dicto cap. 1. de mutuis pe-
tis. & in cap. & si clerici de iudic. Ioseph. Lu-
douic. in conclus. 38. Maranta latè de hac
materia de ordin. iudic. par. 4. distint. 6. nu. 53
& distint. 11. num. 59. Ioseph Ludou. vbi su-
pra vers. infertur 20. vbi dixit quod ita
seruatur de consuetudine in Regno
Neapolitano teste Affl. decis. 173. num. 1.
& sequenti, Socc. Regula 56. in 4. fallent.
Lapus allegat. 118. col. 2. cap. at si Clerici in

verbo non tenet de iudic. & in cap. multi in
 verbo seculari 2. quæst. 1. & in cap. in summa
 11. quaest. 1. & in cap. denique in glos. fin. 96.
 distint. Speculat. in tit. de reconuent. §. nunc
 dicamus, vers. sed pone clericis, & in tit. de
 reo §. 1. vers. item clerici, Bal. in cap. 1. in tit.
 de Controvers. inuestit. apud pares termi-
 nand. in vsib. frudor. & Auth. clericus C. de
 Episcop. & cleric. Maccabr. conf. 44. num. 21.
 Scacc. de iudic. par. 1. cap. 11. nu. 93. Honded.
 conf. 21. num. 2. lib. 1. Decian. in tract. crimin.
 par. 1. lib. 4. cap. 9. nu. 17. Vincent. de Franch.
 decis. 193. num. 3. 349. num. 1. ibi Amend. &
 hoc in Regno Neapolitano continuo
 practatur, & inductum est de consue-
 tudine, etiam si dicta reconuentio esset
 92 appositâ post dationem termini, non
 admittatur declinatoria fori Vincent. de
 Franch. decis. 376. per totam, Muscatell. in
 praxi ciuili, glos. adorem num. 15. Merlin.
 tit. 2. quaest. 13. num. 11. Muta decis. 12. num.
 22. Peregrin. decis. 142. num. 20. doctissimus
 Giurb. decis. 74. num. 3. Ratio est quia re-
 93 conuentio solummodo prorogationē
 iurisdictionis inducit Bologn. dicta apo-
 still. ad conf. Ioann. de Ann. 93. num. 8. & di-
 94 citur prorogatio legalis, Bal. in l. 2. §. si
 agant ff. de iudic. Dec. in cap. at si clerici, ver-
 bo sed difficultas de iudic. Guid. Papa conf.
 183. Affl. decis. 173. Cum. conf. 193. de magis
 communi Marant. par. 4. quaest. 3. num. 33.
 etiam si actor elegerit iudicem incom-
 95 petentem si coram eo reconueniatur,
 non potest in causa reconuentionis al-
 legare incompetentiam, & recusare il-
 lum iudicem, l. penult. C. de sent. & interlo.
 omn. iud. & iam in iudice delegato dicto
 cap. 1. ubi DD. de mut. petit. clement. sept. de
 verbo. signif. cap. dispendia §. reus quoque de
 rescript. in 6. Bal. & Salic. in l. neque in fine
 C. de compensat. & in l. 1. C. de Arbitr. las. in
 l. est receptum ff. de iuris. omn. iudic. num.
 14. vers. tertio principaliter quero, & licet
 in isto articulo non defuerunt DD. qui
 96 contrarium tenuerunt, tamen consue-
 97 tudo est optima legum interpres Fran-
 chis decis. 193. num. 3. vbi asserit, quod hæc
 opinio est de iure verior, & communis,
 & decis. 349. num. 1. Desebert. vitram. in
 tract. de reconuent. cap. 11. num. 2. vbi pon-
 nit rationes, quibus fulgitur hæc opinio,
 & testatur etiam de communi opinione
 Arnon. differet. 92. & comment. 68. Duen.
 reg. 102. Aufier. in tract. de potest. iudic. laic.
 super person. Eccl. regul. 2. fallent. 3. num. 4.
 in 16 tom. tract. diuers. cart. mibi 289. Brun.
 à Sole in compend. resolut. proposit. iur. in
 verbo clerici coram iudi laico, qui etiam
 asserit hanc esse communem opinionē,
 Viui. decis. 49. num. 4. Riminal. sen. conf. 691

num. 12. lib. 4. Surd. conf. 222. num. 19. lib. 2.
 & conf. 396. num. 16. lib. 3. Cauale. decis. 19.
 num. 60. lib. 3. Socc. sen. conf. 253. num. 11. lib.
 2. Hieron. Papon. conf. 138. num. 6. qui testa-
 tur de magis communi opinione, Socc.
 iun. in Rub. ff. solut. matrim. num. 104. Mar-
 cell. Cola in tract. de modo articul. & proba.
 §. 1. glos. 1. num. 45. & ista opinio seruatur
 in practica, Gambar. in tract. de offic. & po-
 test. legat. à latere lib. 10. num. 78. Gayll. ob-
 seru. 37. num. 6. quæ reconuentio milita-
 98 ret etiam si clericus à sua prima petiti-
 one contra conuentum vult recedere,
 vel renūciauit, adhuc reconuentio sub-
 sistit, & non obstante quod clericus re-
 cessit à sua prima petitione, proceditur
 in causa reconuentionis, non obstante
 eius desistentia suæ primæ instantiæ re-
 nunciata, Affl. decis. 173. num. 4. Carau. late
 super Ritu M. C. V. 67. nu. 8. Franch. decis.
 193. Specul. in tit. de Reconuent. in fine, Me-
 noch. de Arbitr. iudic. quaest. 44. num. 6. Mar-
 cell. Cola, vbi supra, glos. 1. §. 1. num. 46. Lof-
 fred. Lanfranc. Balbus decis. 64. Orat. Car-
 pan. super Statu Mediolan. par. 1. cap. 44.
 num. 95. Nicolaus Carbon. in pract. lib. 3.
 cap. 4. num. 105. Tapat. in suis conclus. lib. 1.
 in tit. de reconuent. vers. an cleric. agens, &
 99 vers. actor. si vult. sic etiam dicimus de
 appellante, qui non potest renunciare
 appellationi inuito appellato, cum eo
 ipso, quod fuit proposita appellatio, est
 communis; cum appellato, Bar. in l. si
 quis libellos C. de appellat. Surd. decis. 193.
 num. 3. alia ratio quia in iudicijs contra-
 hitur.
 100 Diximus superius procedi in causa
 reconuentionis non obstante, quod cle-
 ricus renunciauit suæ primæ petitioni,
 quod sanè intelligas, nam quando cle-
 ricus intentauit iudicium, & adhuc per
 conuentum, non fuit proposita recon-
 uentio, quod possit clericus renunciare
 suæ primæ instantiæ, Franch. decis. 183.
 num. 13. Viu. decis. 128. num. 4. Afflict. decis.
 173. Marant. de ordine iudic. par. 4. distint. 6.
 num. 17. vsque ad 55. qui multos congerit
 Franch. decis. 349. & 376. cum re integra
 vellet desistere, & non potest amplius
 proponi reconuentionem, Carauit. super
 Ritu Mag. Cur. Vic. 67. in 4. ampliatur. num. 9.
 Franch. in dist. decis. 349. num. 3. Tapat. in
 dicto tit. de reconuent. vers. clericus potest,
 Bald. in dicta Authen. & consequenter, vbi
 Salic. quaest. 3.
 101 Reconuentio autem, potest propo-
 ni, non solum ante litis contestationem,
 verum etiam, & post litis contestationē,
 102 vsque ad conclusionem in causa, cum
 iudicium dicatur durare vsque ad con-
 clus.

clus. in causa, cap. cum dilectus de fide instrum. Franch. decis. 376. Ioan. Andr. ad specul. tit. de reconuent. §. 3. cum hac distinctione, nam illa reconuentio, quæ opponitur ante litem contestationem, & sic ante dationem termini, vel parum post Conuentio, & reconuentio pari passu proceditur, & simultaneo processu terminatur, Adeo, vt si sententia sit lata, super conuentione, & non super reconuentione sit nullâ, quasi non lata super toto ad tex. in l. in hoc indic. & ibi glo. ff. fam. Breifun. l. apud lasum §. item quaritur, & ibi glof. in verbo fuerit ff. de olo malo metufus except. Bar. in l. 1. C. si aduers. rem. iud. Barz. decis. 123. num. 24. & sequenti, cum natura reconuentionis est, quod eadem sententia terminari debeat cum causa cõuentionis, Minfinger. dicta obseru. 10. cent. 1.

moratoriã contra dotem, cum id de
iure fieri non possit, prout *DD supra alle-*
gat. in casu autem dilatiõnis conceden-
de, ex iustitia debitori à creditoribus ex
dispositione, tex. in l. fin. C. qui bon. ceder.
142 *poss. concurrente maiori creditorum*
numero, in qua complectitur etiã cau-
sa dotis, secundum *Ioann. Bapt. de Sancto*
Blasio loco cit. priuileg. 269. vers. eo quia per
glos in l. si constante S. quoties. in vers. nec se-
renda in fine ff. solut. matrim. ubi Alex. num.
11. & Carau. dixit sic fuisse decisum in Sac.
143 *Reg. Conf. Neap. referente Domino Ma-*
rino Freccia, causa Commissario, in cau-
sa nobilis Gasparis Faballis de Ebulo,
144 *quæ dilatiõnem quinquennalem obtinuit*
con-

contra Ioann. Iacobum Columbam Terra Coliani.

Quæ terra cum esset donata à felice memoria Regine Sancie Reali Monasterio Sanctissimi Corporis Christi Ordinis Sancte Clare Neap. mediante instrumento donationis stipulato per Notarium Iacobum Quaranta de Neap. sub die 17. Mensis Octobris 1342. & transfumptum ob vetustatem per Notarium Antonium Celentanum sub die 3. Mensis Octobris 1572. & inter cetera bona donata in rubrica 179. describitur prædicta Terra.

Item Casalis Coliane cum Domibus vassallis, & iuribus Vassallorum, & ad plenam iurisdictionem civilem ipsorum vassallorum, ac iure Patronatus Ecclesie Sancti Stephani in eodem casali positi, & cum omnibus alijs iuribus, & pertinentijs ad dictum casale spectantibus quoquomodo.

Cum esset à fundamentis diruta, & ne tanta Serenissima Regine beneficentia esset immemor post annos tercentum fuit in anno 1642. redificata à Reuerenda sorore Fulvia Cerasio meritissima Abbadissa dicti Reali Monasterij in Tricennio suæ Prefecture, in qua redificatione multum fuit obstatum, & per Regium Collaterale Consilium impetrata fuit licentia prædicto Monasterio, prout constat ex processu penes Iosephum Barile à mandatis scriba.

Postmodum in numeratione facienda foculariorum Casalium prædictæ nostre fidelissimæ Ciuitatis præsumptum fuisset ipsam Terram debere numerari inter Casalia prædictæ Ciuitatis, de qua numeratione cum esset Delegatus M. H. Regius Consiliarius Antonius Miraballus Eques Neapolitanus Nobilissimæ familie Mirabilis doctrina, & ingenio integritate, & sanctitate præditus in iuuenili ætate adeo admirabilis Aduocatus fuit, ex quo inter Aduocatos primarios primus floruit insignis, & magis feudista ita ut in Regis studijs feudalem lectionem obtinuit, & vixit Isernia tam docte, tam sapienter, & accuratè explicando quæstiones feudales, quod tam in tractatis quam in hisce temporibus nemini secundus facta denique per ipsam relatione in Regia Iuncta fuit mediante decreto exclusa prædicta Terra à prædicta numeratione, & in illa fuit habitum pro vero esse prædictam Terram pertinentiarum Auersæ, prout constabat ex scripturis presentatis per dictum Reale Monasterium, ut ex processu penes prædictum Barilem.

145 Celsare secundo hanc dilationem, seu moratoriam in debito minoris indebito Regio, & sic contra fiscum in pensione domorū, *Amtd. in addit. ad Præs. de Fræb. in decis. 219. n. 3. teste Rou. super Pragm. 1. num. 1. tit. de cessio. bon.* Imo etiam si fuerit dicta dilatio adhuc impetrata contra census non tenet, ut idem *Requis. in princip. dictæ pragm. sequitur Caraut super ritib. Mag. Cur. Vic. rit. 287. num. 20.* & in solutione bonorum comestibilium, *Ias. in S. item seruiana in sit. de action. Rebuff. in tract. de litter. dilat. anal. art. 1. glof. 1. num. 22. & 33. cum seq. tom. 2. Ann. in singul. 101. incipiente concurrenti, secundum Boer. decis. 296. Caroc. in tract. de deposit. in Rubr. de deposit. & extat littera Regis Federici Aragonci in anno 1498. inserta in capitulis Neapolitanis fol. 45. Rebuff. in tract. de litter. dilat. anal. art. 1. glof. prima num. 22. & num. 27. cum sequ. in 2. tom. fol. mibi 72. Reg. Sanfel. in sua prax. iudic. sect. 28. nu. 7. & fuit decisum in Coll. Cons. Neap. in anno 1555. inter Thomam Caracciolum, & Aurelium de lo Bagliuo Actuarius Amelia.*

147 Celsare & 3. hanc moratoriam contra Neapolitanos vigore eorum Præiilegiorum, de quo in priuileg. Ciuit. Neap. fol. 41. & in pragmat. incipiente Rege Caraut. ritu 287. Reg. Sanfel. ubi supra nu. 8.

148 Celsare, & 4. hanc materiam contra creditores conditionales, vel in diem, vnde in euentu dici, vel conditionis, pendente dilacione adhuc conueniri poterit suum debitorem, *l. debitor ff. de verb. signif. l. fideiussor S. fideiussor ff. de fideiussor. DD. in l. 1. ff. si cert. pet. & habentur uti futuri creditores, ad quos rescriptum moratoriam non extenditur, Guid. pap. decis. 109. Scaglioni. super Ritu M. C. V. ritu 283. & Iacob. de Perus. in l. 3. S. si pena ff. quod quisque inr.*

149 Satis de hac materia adnotatum fuit, & eo maxime cum nostra non sit, sed aliorum scribentium, ad quos me remitto, & pro complemento supradictorum queritur an pendente dilacione currant vsuræ, siue tertie, & dicendum est aut tertie currebant ante prædictam dilacionem; quia census erat annuus, & tunc adhuc currere intra hanc dilacionem, aut prius non currebant; nec nunc incipiunt, cum ex mora non possit incipere deberi; quæ non potest committi, *ut in l. l. ff. si cert. petat. ubi Salic. num. 3. T. besanr. decis. 91. Vrsill ad Affl. decis. 5.*

150 Quarta dilacionis species illa est, quæ à lege cum iudicis ministerio conceditur,

- tur, & est dilatio quinquennalis, quæ solet concedi debitoribus à maiori parte creditorum, etiam minori contradicente; quæ dilatio potest per quemcumque Iudicem habentem potestatem dari, & concedi, *Carait. ritu* 287. num. 4. *DD. omnes in l. fin. C. qui bon. ceder. poss. Affl. decis.* 328. *Ricc. collect. 66 par. 2. Reg. Rouit. in*
- 151 *pragm. 1. de cession. bonor. & maior pars creditorum intelligitur in summa debita, nō autem in numero personarum, ideo si creditor vnus esset in mille, & decem creditores in quingentum; ille solus diceretur maior pars creditorum, & per consequens ille vnus creditor, in mille, potest cōgere alios decem, ad cōcedēdā istā dilatiōē; etiam si cōcurrant æqualitates, & numeri personarū: & quantitatem creditorum; tunc dignitas creditorum inspiciendā est, Petr. Vanderan. in tract. de Priuileg. Credit. c. 12. vers. quod igitur Surd. conf. 65. num. 24. Intriglatē de hac materia in tract. de feud. cenzur. 1. quest. 4. num. 41. Ioann. Bayb. Costide Rata & Portion. quest. 139. num. 3. Burg. in tract. de laudem. par. 3. in spec. 2. num. 5. Seraph. de priuileg. iuram. priuileg. 114. num. 4. Alex. Trenb. varia. r. solut. lib. 3. resolut. 12. & 3. de solut. Genua in suo tract. de priuileg. script. lib. 3. tit. de liter. iudicial. seu dilator. vel morator. Cuiacius in suis obseru. lib. 2. cap. 10. Muscatell. in sua prax. fideiussor. par. 152. 2. quest. 9. & ista dilatio impedit executionem sententiæ si concurrant requisita, Gallup. in sua prax. S. R. C. Neap. par. 1. cap. 6. num. 8. & seq. dicunt dictam*
- 153 dilatiōem quinquēnalem fuisse subrogatam in locum cessionis bonorum, *Affl. decis.* 218. *Cesar Barz. decis. Bonon.* 78. num. 18. *tex. express. in l. si vnus §. bodie, & l. maiorem l. rescriptum ff. de pact. l. fin. C. qui bon. ceder. poss. in qua dilatiōe quinquēnali faciēda, si agentes priuilegiati sunt vtique exceptionem incompētentiæ fori opponere non possunt, & opponendo excluduntur cum dicta causā quinquēnalis, seu concurrentiæ terminanda sit, vbi cepta est, & viget dispositio, leg. vbi ceptum G. de iudic. Cald. in tract. de mod. art. glos. 1. num. 97. Vin. decis. 32. *Affl. decis.* 380. vbi Ursillus dixit sic fuisse decisum in Sae. Conf. Neapol. excludendo clericum à remissione petita. *T. bor. in compend. decis. in verb. dilat. quinquēnalis tom. 5. Muscatell. in prax. Sac. Conf. glos. veniens num. 100. in fine. par. 2. lib. 1. Nouar. in sua prax. de elect. & variat. fori. par. 1. quest. 24. pagin. 264. num. 3. dicens ita fuisse decisum in Regia Audientia Ciuitatis Bari de anno 1559. in causā aliquorum de**
- Ciuitate Ruborum. causā Magnifica Iulia Gētile de Terra Baroli, & fuit exclusā à remissione causæ.
- 155 *Præses S. R. C. Vincent. de Franch. in decis.* 179. num. 9. mouet dubium num possit dicta dilatio quinquēnalis concedi à maiori parte creditorum anteriorum; ita vt debitor ea fruatur in personam tantum, & non in bonis, & dixit quod per Sac. Reg. Conf. Neapol. fuisse iudicatum contrarium *Muscatell. in gl. prædict. num. 17.*
- 156 Sed *Affl. in decis.* 288. dixit solum in tribus casibus maiorem partem posse compelli ad concedendam dilatiōem quinquēnalem de quibus apud ipsum videri poteris, & apud *Angel. conf.* 223. *Roman. conf.* 439. *Stracc. in tract. de mercat. tit. de decottor. par. 6. num. 12. à Piazza in Epitome delibror. cap. 46. nu. 14. & 36.*
- 157 Quæ omnia limitare videtur *Vincent. de Franch. in decis.* 151. & ibi etiam addentes dicendo, quod si concurrerent creditores maioris summe, non posse compelli ad concedendam nec concessa obstare creditoribus minoris summe ex causa depositi etiam si depositum esset in pecunia, *per ten. in l. si quis, vel pecunias C. de posit. Boer. decis.* 296.
- 158 Cuius occasione quæritur, an mulier constante matrimonio possit inscio viro, siue eius inuito concedere dilatiōem quinquēnalem, & dicitur non posse,
- 159 quia constante matrimonio, mulier non est domina dotis, sed vir *l. doce Ancillam. C. de rei vindic. neque constante matrimonio facere deteriorem conditionem; suæ dotis potest etiam respectu temporis l. attilicinius ff. de pact. dotal. cum cōsensus viri necessarius sit, vnde licet mulier possit dotem donare constante matrimonio, tamen viuente viro nō habebit suū effectum, sed solum post eius mortem, sic & in legato, *Bal. Nouell. in tract. de dote par. 12. num. 24. vers. ex prædictis, non existentibus filiis de iure Communis;**
- 160 de iure consuetudinario Neap. de decima illis superuiuentibus; & non existentibus filiis de medietate.
- 161 Et licet *tex. in l. attilicinius ff. de pact.* dicat mulierem non posse facere deteriorem conditionem suæ dotis etiam respectu temporis, procedit in muliere nupta, & viuo viro, cum tunc non vocatur domina, *l. si constante ff. solut. matrim. si tamen vidua sit, tunc poterit in dote sibi præiudicare, notat. à glos. penult. l. cum dos ff. de pact. dotal. sequitur Paul. Castrens. in l. 2. §. item si voluntate, vers. sed apponitur ff. solut. matrim. Dec. in l. 1. nu. 8. ff. de*

de regul. iur. tenent enim DD. mulierē
 165 hanc dilationem nō posse concedere
 etiam post mortem viri, cum actio dotis
 166 post mortem viri, non cōcedatur vxor
 sed hāredibus viri, per *tex. in l. si pro te*
Pater C. de dotis promiss. ibi si pro te pater,
 marito tuo stipulanti promiserit dotem,
 non tibi, sed marito contra successores
 foceri competet actio; & *ex lege si Socer*
 45. §. *Lucius ff. solut. matrim.* ibi in illis ver
 bis (Respondi cum filia, alijs à patre hā
 redibus institutis actionem de dote sua
 recuperanda habere cōperit necesse ha
 bebūt maritus; aut exactā dotem aut a
 ctiones ei pręstare) *Franch. decis. 33. Boer.*
decis. 328. Ant. Gabr. lib. 3. de iure dot. con
clus. 3. num. 4. Ann. allegat. 129. Guid. Pap.
 167 *conf. 6.* cum ipsa mulier ineptē agere vi
 cessione ab hāredibus viri dicta *l. si pro*
te pater, & sic consultum est mulieri, an
 tequam agat, pro ipsa dote, siue contra
 eius debitorem, vt petat ab hāredibus
 viri, vel soluant, vel cedant actionem,
 ita voluit *Guid. Pap. decis. 375. num. 2.*
Corneu. conf. 1. num. 11. conf. 26. num. 3. conf.
149. vol. 2. conf. 212. conf. 318. num. 3. vol. 3.
conf. 93. num. 8. conf. 153. num. 1. conf. 250.
num. 4. conf. 281. num. 1. lib. 4. Silvan. conf.
13. num. 10. & sequent. Riminal. conf. 236.
Ruyn. conf. 185. num. 5. lib. 1. Bal. Nouell.
de dote, par. 8. priuileg. 24. Paris. conf. 121. nu
1. lib. 1. Landerch. conf. 131. vers. 2. adfertur.
Facchin. controuers. iur. lib. 8. cap. 73. Mila
nenf. decis. 10. num. 6. lib. 1. Cartar. decis. 93.
Triuisan. decis. 22. Monter. decis. 36. nu. 32.
& sequenti, Barz. decis. 82. num. 17. Gabriel
conf. 129. num. 7. lib. 1. Gratian. discept. forent.
cap. 49. num. 13. & discept. 627. num. 8. lib. 4.
Gabriel. conf. 82. num. 6. & sequ. lib. 2. Pa
sthal. de virib. patr. potest. par. 1. cap. 4. n. 76.
Surd. decis. 219. num. 16. Rota Roman. apud
Ludouf. decis. 97. num. 1. Pancirol. conf. 37.
num. 8. Auendagn. conf. 20. num. 3. Giurb.
doctiff. in consuetu. 1. Messana. cap. 13. glos. 1.
num. 8. Az ued. lib. 2. num. 18. tit. 9. lib. 5.
excampilat. Suar. in l. post rem iudicam
limitat. 2 ff. de re iudic. Car. u. ritu 167. nu. 6.
ritu 286. num. 5. Dienna regul. 275. limit. 6.
Guttier. lib. 2. practicar. quest. cap. 118. nu.
25. Rebuff. de litter. oblig. ar. 1. glos. 9. num.
29. & artic. 2. glos. 1. num. 64. Marzar. de
fdicommiss. quest. 38. num. 60. Cardin.
Tusch. conclus. 726. num. 10. Farinac. decis.
 769. Mouentur omnes, quod ia contra
 168 ctibus soli stipulatori actio queratur,
 nec persona extrinseca subintelligitur,
 quamuis marito contemplatione ipsius
 mulieris dos promissa dicatur, quam
 169 ueriores puto, quandoquidem in

contractibus plus attenditur factum,
 quam cōtemplatio, *Bal. in hpatum quod*
dotali, in 9. quest. de Collat. Crauett. conf.
 288. *num. 5. vers. quero principaliter. Gaill.*
obseru. 133. num. 7. lib. 1. Triuisan. dicta de
cis. 22. num. 7. lib. 1. Rota Auenion. decis. 25.
nu. 9. Fontanell. de pact. dotal. claus. 6. glos. 1.
par. 1. nu. 3. & seq. vol. 2. Menoch. de Arbitr.
iudic. cas. 39. num. 19. Franch. dicta decis.
 33. *Capic. decis. 183. & ibi addentes litt. A,*
 170 limitantur dicta in vltimis voluntati
 bus cum persona extrinseca in illis sub
 intelligatur, *Bal. in l. si cui legator §. fin. ff.*
de legat. 1. Franch. decis. 33. num. 10. Ias. in l.
si ex eo legato §. si Testator, vers. nec solum,
& ibi glos. Bar. & Ias. num. 11. ff. de legat. 1.
Gaball. dicto conf. 82. num. 5. vol. 2. Gabriel
conf. 129. num. 8. lib. 1. per tex. ubi DD. om
nes, in l. Tito centum §. Titio genero ff. de
condition. & demonstr. Crauett. conf. 288. nu.
 5. *vers. quarto principaliter. Gratian. discept.*
forent. dicto cap. 49. num. 23. lib. 1. Monter.
 171 *decis. 36. num. 39.*
 Augetur primum motium, an mu
 lier mortuo viro teneatur stare dilatio
 ni concessę, per virum, puta si vir con
 cessit dilationem debitori ex causa do
 tis ei assignato. pendente dicta dilatio
 ne moritur vir non tenetur stare dictę
 dilationi, per regulam ex quo resolutio
 iure datoris, resoluitur ius accipientis,
l. lex vectigal ff. quib. mod. pign. vel hypot.
solu. cum ex necessaria causa resoluatur,
cap. primo §. rursus, quibus modis feud.
amitta. Tiraquell. de retract. lignag. §. 34.
glos. 1. num. 10. & sequenti, Boer. decis. 181.
Paul. de Cast. conf. 68. vol. 2. in fine,
Plot. conf. 48. Surd. decis. 286. & de aliment.
tit. 9. quest. 42. num. 9. & sequenti, Ne
gus de Pignori §. 1. membr. 5. par. num. 43.
Turret. conf. 84. num. 8. & 9. lib. 2. Molin. de
primogen. lib. 1. cap. 20. num. 2. & 3. Scradet
de feud. par. 8. cap. 1. num. 31. Dec. conf. 607.
num. 12. Ofsat. decis. 156. num. 13. & 14. Berol.
conf. 196. num. 12. vol. 1. Fab. de Ann. conf. 81.
num. 18. Mantica de tacitis, & ambiguis
conuent. lib. 4. tit. 32. num. 96. & lib. 11. tit.
 31. *num. 68. Amatus decis. 27. num. 17. Ma*
strillus decis. 114. num. 57. 58. & decis. 154.
nu. 16. Anellus de Amato meritis Prafes
R. Camera Summaria conf. 10. num. 12.
Guid. pap. decis. 575. Carocc. dec. 117. Milan.
decis. 17. num. 1. lib. 2. Corbul. de caus. priua
tion. ob non solut. canon. ampliat. 34. Came
rar. in cap. imperial. fol. 17. litt. G. de probib.
feud. alien. per Feder. Cardin. Tusch. conclus.
 272. *litt. R. Rodorig. de Ann. reditib. lib. 1.*
quest. 3. num. 7. vers. quod sublimitandum,
Casanate conf. 7. num. 8. Molin. de contract.
 R r disp.

- disp. 538. Sessa dec. 25. n. 72. 73. & 74. Couar. varkar. resolut. cap. 8. n. 31. Cancer. cap. 1. resolut. 3. num. 171. Gabbal. conf. 144. nu. 64. Pinell. in 3 parilib. 1. num. 72. de bon. matern. Aluar. Valasc. decis. 186. Georg. allegat. 14. num. 19. Aldouin. conf. 15. nam 5. Ratio est*
- 172 cum vir super dote, non habet plenum dominium prout voluit sapientissimus *R. de Ponte decis. 19. per totam*; sed est vti usufructuarius, quo extincto, extinguitur Dominium, & morte finitur, *S. finitur. in str. quib. mod. usufruct. admit. p. 109* est in locacione facta per maritum fundi dotalis, cum soluto matrimonio, vxor non teneatur stare, *DD. omnes in l. si filio fam. S. si vir in quinquennium, ff. soluto matrimonio*, sic etiam in proprietario stare non compellitur, *text. in l. si quis dominum, S. sed hic subiungi ff. locat. Carocc. in tract. de locat. & conduct. sub rubr. de iure dot. quaest. 7. fol. 66. limitatur in hærede vniuersali concedenti, quod teneatur stare locacioni, cum factum defuncti liget hæredem, l. pactum ff. de probat. Phan. de Fanuc. in tract. de inuent. in 7. par. fol. 257. num. 110.*
- 174 Et licet in dilacione concessa per Principem teneatur prestare fideiussores de soluendo in fine dilacionis, est ratio quia illa dicitur moratoria, ex gratia concessa, illa autem concessa à creditoribus non tenetur prestare fideiussionem, *Vr. fill. decis. 288. num. 2. Muscatell. in sua pract. in 4. par. glos. in verbo petend. nu. 19. in fine, Tesaur. decis. 91. num. 2. Boer. de eis 296. num. 2. Affl. decis. 279. num. 4. l. si debitori in verbo competenti cautel. ff. de iudic. nisi remittatur propter difficultatē præstationis, l. 2. S. penult. ff. de iudic. Bal. & alij in l. 2. ff. solut. matrim. vbi multis limitat modis, si vero dilatio est concessa ex conuentione pactuum, & superueniat interim noua causa suspicionis, tunc peti potest cautio, l. in omnibus ff. de iudic. DD. in dicta l. 2. siue sit in contractu bone fidei, siue stricti iuris, Alex. in dicta l. 2. in 5. col. Affl. decis. 108. & ex noua causa conceditur creditori persequi pignora, & agere hypothecaria per l. questum cum glos. ff. de pignor. Negus. in tract. de pignor. membr. 3. 5. par. num. 48. Curauit. Ritu 167. num. 8.*
- 178 Limitatur quod fideiussio seu cautio fuit præstita, & postmodum fideiussor effectus est, non soluendo quia tunc debitor qui habuit dilacionem, non tenetur prestare nouum fideiussorem, fallit in dote, quia si fuit datus fideiussor mulieri pro dote, qui erat soluendo si postea efficiatur non soluendo debet iterum sibi cauere idonee, *Angel. in l. si cum dotem S. si mulier. & ibi DD. ff. solut. matrim. Angel. in l. quoties ff. qui satisfacere cogate scripsit de hac materia Cucc. in suo tract. de moratoria, num. 137. ad quem me remitto, cum materia non sit nostra, sed tantum aliqua in hac materia adnotare curauit.*
- 179 Verum quia debitores solent renunciare huic moratorie dilacioni, imo sibi ipsis concessa, non vti, an ea non obstante, possit debitor vti prædicta moratoria, & dux sunt DD. opinioniones, prima est renunciacionem prædictam debitori, non afficere, cum sit Renunciatio de iure futuro, cui renunciari non potest, *l. si quis heres ff. de acquir. hered. l. si ita scriptum, S. 1. ff. de leg. 1. 2. & in l. 1. C. de pact. & quod dicta renunciatio sit de iure futuro, patet, nam ista dilatio non competit de præserti, sed cōdenatis creditoribus ad concurrendum, argum. l. penult. ff. de cess. bonorum, & si fuerit factum per pactum, & positum per Notarios indiscretos, & indoctos, non valet, quia est contra bonos mores, & naturalem æquitatem, imo contra humanitatem, l. alia S. eleganter ff. solut. matrim. prædicta enim dilatio quinquennalis est beneficium miserabile prout est beneficium cessionis bonorum, & ut misereatur inopie huius modi debitoris, sicut beneficio cessionis bonorum renunciari non potest, neque huic beneficio dilacionis cum ad eundem effectum tendant, l. fin. C. de iudic. Viduit. tollen. imo maius est beneficium quinquennalis dilacionis, quam cessionis bonorum, nam quinquennalis dilatio se habet vt non molesteretur, nec in persona, nec in bonis, secus in cessionis bonorum, cum usq. ad subuculam spoliatur, quando conceditur, quod est minus fauorabile; multo magis ceteretur concessam illud quod est magis fauorabile, l. cui pacto in fine ff. de seru. ex port.*
- Alter opinio est, quod possit prædicto beneficio moratorie seu dilacionis renunciari tam concessæ quam concedendæ, late *Iacob. Butrigar. in suo tractat. de renunciat. in verb. beneficio indulgiam Coler. in tractat. de process. exequut. par. 1. cap. x. num. 228. mouentes ex illa maxima quod vnusquisq. potest renunciare priuilegio suo l. si quis in conscribendo C. de pactis, maxime cum iuramento illi esset renunciatum Rolan. conf. 31. lib. 2. cum renuncianibus difficile detur regressus Tesaur. decis. 186. num. 8.*
- Augetur, & secundo renunciatio prædicta

dicti beneficii dicitur facta de iure positiuo introducto merè in fauorem renu-
ciantis, nec inducit aliquid, quod est cõ-
tra bonos mores *Castrensi. in dicta l. si quis
in conscribendo, prout notat Iacob. Butrig.
in dict. tract. de renunciat. vers. beneficio in-
dugiaturum, Coter. in dicto tract. de process.
execuz. par. 1. cap. 10. num. 12.* cum ista se-
cunda opinio sit vera, & ab illa non est
recedendum, prout *Salic. in Auth. hoc nisi
C. de solut. col. 1. vers. querit, sequitur Dec. in
l. 2. S. mutui datio, vers. tertia est conclusio
ff. si cert. petat. Franch. decis. 81.*

184 Hinc est, quod pendente dilatione,
prædicta Iudicis officium conquiescit,
l. siue pars C. de dilas. cap. significante de ap-
pellat. glos. in clement. sepe in verbo post da-
tionem de verb. signif. l. as. in l. 2. ubi plura iu-
ra allegat. ff. de re iudic.

Sunt nonnulli casus quod pendente di-
latione officium iudicis nõ conquiescere;
Primo si fuit mora questio super dicta
dilatione concessa potest iudex procedi
ẽr pendente dilatione in fauore illius,
cur data est dilatio, *Socc. regul. 93. in 5. fal-
lent. Alex. in l. 2. vers. aliam limitationem, &
ibi l. as. vers. limita tertio ff. de re iudic. l. mol.
in l. si quis instituatur vers. nota, ex vers. in-
terim ff. de heredib. instituend. Bat. in l. quod
fauore, vers. tertio exemplificatur ff. de car-
bon edict. Roland. conf. 31. lib. 2.*

Secundo si fuerit per partem aduer-
sam attentatum, vel facta nouatione di-
lationi concessa; nã tunc non conquie-
scit officium iudicis; sed coram illo po-
test fieri reuocatio attentatorum, *Socc.
in dicta Regula, Abb. in cap. significante de
appellat. vers. idem dixi ubi Imol.*

Tertio non conquiescit officium iu-
dicis etiam pendente dilatione, quando
fiscus vult conuenire debitorem debi-
toris sui, pendente dilatione l. i. C. de cõ-
dit. clement. sepe in princip. vers. quinto fal-
lit. de verb. signif. ubi DD.

Quarto non conquiescit officium iu-
dicis, quando pendente dilatione fuerit
dictum de nullitate dilationis concessa l.
cui pater S. curatoris, & ibi gl. in verbo quã-
quam, ubi Bar. ff. de legat. 2. *Socc. dicta regul.
93. in 12. limit. l. as. in l. 2. vers. 3. limita, ff. de
re iudic. Roman. in l. quandin, l. ultima, vers.
item, & 3. ff. de acquir. hered. Aret. n. 5.*

Quinto non conquiescit officium iu-
dicis, & potest procedi pendente dilati-
one pro tuitione dictæ dilationis con-
cessa, *Bal. in l. si quis seruo, vers. ego dico C.
de furtis, & seru. corrup. Socc. dicta regul. 93
in octaua fallent. Franc. in cap. significante,
vers. tertio limita de appellat.*

185 Quinta dilationis species est illa quæ

conceditur a parte vs. a creditore, nam
potest creditor dare dilationem suo de-
bitori ad finem soluendi, per regulam
cum quilibet de re sua sit moderator,
& arbitrer, vt in l. re mandata C. mandat.
Decian. conf. 16. num. 91. lib. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficium excussionis duplex est.
- 2 Tertij possessoribus non possunt conueniri nisi
excussis principalibus debitoribus.
- 3 Excussio non sufficit proponere, & allegare,
sed est facienda ordine iudicarij.
- 4 Citatio an sit necessaria in iudicio excussio-
nis.
- 5 Citatio fidelissorum, & debitorum non est
facienda generaliter, sed particulariter,
quando sunt certi secus incerti.
- 6 Excussio est facienda usque ad sacculum, &
peram.
- 7 Citatio per proclama siue per edictum an
afficiat clerico.
- 8 Citatio per adictum est facienda generali-
ter.
- 9 Clericus comparens aduersus citationes per
adictum dicitur actor, & non reus.
- 10 Clericus potest citari cum citatione per
adictum ad videndum fieri inuentarium.
- 11 Citatio per adictum non ardat citatum ad
comparendum si non vult.
- 12 Comparens aduersus citationem per adi-
ctum dicitur Reus voluntarius, non neces-
sarius.
- 13 Clericus non comparens aduersus citationem
per adictum non dicitur contumacem
iudicauit non sua putare interesse.
- 14 Iudicium factum contra clericum virtute
citationis per adictum est nullum.
- 15 Iudex secularis non est Iudex competens
clerici.
- 16 Clericus an possit opponi declinatoriam fori
fallit quando est Author laudatus.
- 17 Practica capitulorum Regni.
- 18 Citatio non potest fieri nominatim in reme-
dio capitulorum Regni.
- 19 Capitulum Regni reale fastigium inuentum
fuit ne partes venirent ad arma.
- 20 Reale fastigium quid sit.
- 21 Reale presidium an committi possit omni-
bus iudicijs.
- 22 Practica S. R. C. Neap. in iudicio capitulo-
rum regni.
- 23 Practica faciendi citationes per adictum.
- 24 Forma decreti Realis presidii interponendi.
- 25 Clericus comparendo in iudicio capitulorum
regni quando dicatur Actor.
- 26 Clericus in iudicio capitulorum Regni quã-
do possit declinare forum.

- 27 In iudicio capitulorum Regni proceditur summarie visa facti veritate.
- 28 Iudicium capitulorum regni est quaedam extraordinaria cognitio.
- 29 Spoliatus an possit renunciare beneficio restitutionis spoliis.
- 30 Citatio in iudicio capitulorum regni an omitti possit.
- 31 Extrema tria requiruntur in iudicio capitulorum Regni.
- 32 Citatio quando non valet.
- 33 Beneficium excussionis non potest tolli per pactum.
- 34 Obligatio personalis qua oritur ex conventionione facta inter debitorem, & creditorem, non sequitur fundi possessorem.
- 35 Excussio an sit facienda mortuo debitore.
- 36 Curator est dandus hereditati tacenti.
- 37 Fideiussor indemnitas an possit conveniri nisi excusso principali.
- 38 Renunciatio facta generaliter de omnibus beneficiis ac legum auxiliis quid operetur.
- 39 Mulier, & vir agentes contra possessores bonorum promissoris, an obstat eis exceptio excussionis.
- 40 Creditores posteriores an possint opponere contra creditorem anteriorem exceptionem excussionis.
- 41 Exceptio excussionis an possit opponi contra fiscum.
- 42 Fiscus non habet magis iura, quam habet priuatus.
- 43 Fiscus potest conveniri qui in ius delinquentis succedit.
- 44 Exceptio excussionis potest opponi mulieri agenti pro assuratione dotis ob vergentiam viri ad inopiam super bonis a tertio possessis.
- 45 Periculum bonorum assuratorum ad quem spectat si deperduntur.
- 46 Assuratio mulieris non extinguit hypothecam super aliis bonis viri.
- 47 Creditores vir an habeant ius offerendis super bonis dotalibus asscuratis.
- 48 Ius offerendi quando competat creditori super bonis viri excludente uxore.
- 49 Beneficium excussionis dupliciter consideratur.
- 50 Beneficium excussionis competit tertio possessori conuento actione hypothecaria.
- 51 Clausula constituti, & precarii quid operetur.
- 52 Beneficium excussionis an habeat locum in patre fideiubente pro filio.
- 53 Beneficium excussionis an cesset inter mercatores.
- 54 Beneficium excussionis an cesset super bonis suis extra districtum.
- 55 Beneficium excussionis an cesset contra absentem.
- 56 Beneficium excussionis an cesset contra fideiussorem negantem se fideiussisse.
- 57 Mendax perdit omne ius quod habet in re negata.
- 58 Negans an perdat beneficium excussionis.
- 59 Definitio mendacis.
- 60 Beneficium excussionis an detur, quando creditor habet bona sui debitoris specialiter obligata.
- 61 Specialis hypotheca magis afficit rem quam generalis.
- 62 Actio hypothecaria an detur contra tertios possessores nisi prius excusso principali.
- 63 Contractus an possit rescindi non intimato principali debitori.
- 64 Assistentia non rescisso contractu an possit praestari.
- 65 Practica petendi rescissionem contractus.
- 66 Beneficium excussionis an cesset contra depositarios.
- 67 Clericus depositarius potest cogi per Iudicem secularem.
- 68 Depositarius est simplex custos, & in eum non transfertur dominium.
- 69 Actio furti an detur contra vten tem rem depositatam.
- 70 Dilatio quinquennalis an sit danda debitori ex causa depositi.
- 71 Nummularij qui dicuntur in Regno Neapolitano.
- 72 Nummularij fides est publica, & a fisco approbata.
- 73 Partita Bancorum omnis fides est adhibenda.
- 74 Bancherij decocti qui dicuntur.
- 75 Foro cedere qui dicuntur.
- 76 Creditores immittuntur in possessionem bonorum fallitorum.
- 77 Bona fallitorum statim dicuntur cessa creditoribus.
- 78 Creditores praferuntur in bonis bancheriorum fallitorum, qui fidem publicam sequuti, pecuniam in ipsorum mensas deposuerunt.
- 79 Depositarius irregularis quis dicatur.
- 80 Pecunia depositata depositariis irregularibus retinet privilegia veri depositi.
- 81 Periculum pecuniae depositatae per particulares in bancis ad quem spectet.
- 82 Bancherij tenentur de casu fortuito.
- 83 Excussio an sit necessaria quando debitor est debitor certe speciei.
- 84 Excussio an sit necessaria in iudicio, ubi proceditur sola facti veritate inspecta.
- 85 Excussio an sit necessaria quando proceditur de bono & aequo.
- 86 Excussio an sit necessaria in reatibus debitis per plures.
- 87 Excussio an sit necessaria quando fideiussor successit principali debitori.
- 88 Inuentarium inducit separationem bonorum.
- 89 Inuentarium conseruat ius, & dicitur qualitas

- litas qualificans aditionem.
- 90 Excusio non habet locum in terris Ecclesie immediate subiectis quam in obligatione clericorum.
- 91 Excusio an habeat locum quando agitur iure cesso.
- 92 Excusio an habeat locum in contractibus bona fidei.
- 93 Excusio an habeat locum quando agitur super nomina debitoris creditori obligato.
- 94 Excusio non habet locum quando dicta excusio esset impossibilis puta per prescriptionem actionis personalis.
- 95 Excusio an habeat locum in bonis feudaliibus.
- 96 Creditores cum assensu possunt agere hypothecaria super fundo relicta excusioe allodialium.
- 97 Assensus capituli cõcessi super capitulis matrimonialibus Neapolitanis excludit etiã excusioem honorum allodialium.
- 98 Filia naturalis non orta in Ciuitate Neapolis, sed extra, ex muliere exera non gaudere dispositione Capitulorum Regni super dote.
- 99 Beneficium excusioem cessat in alluarijs huius regni.
- 100 Alluarij de iure communi non tenentur de proprio nisi in subsidium facta prius discussione bonorum tam principalium debitorum quam fideiussorum.
- 101 Pragmatica vltima sub tit. de Alluarijs ponderatur.
- 102 Alluarij habent tempus quatuor mensiu ad faciendas diligencias contra principales, illis elapsis tenentur de proprio, & omnia eorum bona sunt obligata, & etiã officia.
- 103 Excusio an cesset in obligato per publicum in instrumentum guarentigiatum.
- 104 Fideiussor si renunciauit beneficio Auth. praterca, & omni legum auxilio etiam si esset fideiussor indemnitatis non potest uti exceptione discussionis.
- 105 Acceptans literas cambij an possit opponere exceptionem excusioem.
- 106 Acceptans dicitur ratificare.
- 107 Excusio an cesset in obligato in forma Camera.
- 108 Exceptio excusioem est de apicibus iuris an semper, & in omni casu possit opponi, ut quandocumque.
- 109 Exceptio excusioem an possit opponi in quacumque parte iudicii, vel ante litem contestationem.
- 110 Exceptio excusioem non proposita in causa principali an possit opponi in causa appellationis.
- 111 Appellatio reponit causam in eo statu in quo erat post litem contestatam.
- 112 Exceptio excusioem considerata est num. sit dilatoria aut anomala aut decisoria.
- 113 Exceptio excusioem an impediatur litis ingressum.
- 114 Iudex summarie potest cognoscere de exceptione excusioem proposita.
- 115 Exceptio excusioem an admittatur in notorijs.
- 116 Pronunciatio Iudicis an requiratur etiam in notorijs, & an proficiat omnibus alijs creditoribus.
- 117 Excusio bonorum non est necessaria, quando notorie constat principalem non esse soluendum.
- 118 Notorium dicitur probatio probata, vel saltem de facili probabilis.
- 119 Notorium dicitur publicum notum indubitatum, & liquidum nulla e gente discussione.
- 120 Notorium aliud est facti, aliud iuris aliud probationis, aliud presumptionis, seu fictionis.
- 121 Notorium inter species probationis connumeratur.
- 122 Definitio Notorij.
- 123 Notorium probari per acta Iudicii.
- 124 Notorium dicitur quisquid per Iudicem, & partem fit.
- 125 Notorium inducitur non solum per confessionem spontaneam factam per partem, sed etiam per instrumenta.
- 126 Instrumenta faciunt rem notoriam, & est probatio probata.
- 127 Notorium remittitur arbitrio Iudicis.
- 128 Probatio notorij potest fieri per duos testes.
- 129 Probatio notoria an admittatur contra presumptionem iuris, & de iure.
- 130 Notorium est probatio de indubitata, & finita nulla discussione agente, & habet vim sententia.
- 131 Nullitas notoria resultans ex actis non censetur exclusa a statuto resciente nullitates.
- 132 Nullitas notoria an impediatur executionem sententia.
- 133 Nullitas notoria quomodo apponi possit.
- 134 Sententia continens expressum iuris, vel facti errorem est nulla.
- 135 Sententia notoria iniusta non transit in rem iudicatam.
- 136 Clausula constituti, & precarij facit transferre possessionem in emptorem.
- 137 Clausula constituti, & precarij operatur translationem possessionis materialis, sed etiam ciuili.
- 138 Clausula constituti, & precarij operatur effectum suum presentem, & acceptanti.
- 139 Clau.

- 139 Clausula constituti, & precarii non solum transfert possessionem, sed etiam dominium tam in rebus stabilibus quam in corporalibus, ut sunt iura, & actiones dammodo concurrat iurium cessio.
- 140 Cessio in incorporalibus habet vim traditionis.
- 141 Clausula constituti, & precarii an faciat praeserri, qui possidet per constitutum.
- 142 Clausula constituti, & precarii solum operari in possessoris ordinariis, non autem in possessoris summaris.
- 143 Iudicium capitulorum regni, est iudicium summarium.
- 144 Clausula constituti, & precarii, nullo modo operari in iudicio Capitulorum in Regni.
- 145 Actus ficti quando sunt considerabiles.
- 146 Clausula constituti, & precarii in multis casibus non operatur.
- 147 Clausula constituti, & precarii silet in contractu nullo.
- 148 Contractus nullus pluribus modis potest dici ratione personae, ratione rei, ratione conditionis, ratione potestatis, ratione personae, & rei, ratione dissensus, & dolus, ratione simulationis, & solemnitatum ratione legis, ratione loci, & ratione contemptus iudicis.
- 149 Furtiosus nec expressè, nec tacite potest consentire.
- 150 Incertitudo an vitiat contractum.
- 151 Conditio impossibilis vitiat contractum.
- 152 Conditio impossibilis an vitiat matrimonium.
- 153 Iudex an possit contrahere cum subditis quos habet sub potestate.
- 154 Actio non cadit inter patrem, & filium.
- 155 Contractus potest deficere ratione prohibitionis.
- 156 Prohibitio respiciens rem, & personam an semper duret.
- 157 Contractus rescinditur propter dolum.
- 158 Simulatio facit contractum nullum.
- 159 Solemnitas an sit de substantia contractus.
- 160 Contractus potest deficere ratione legis.
- 161 Contractus factus in carceribus non valet.
- 162 Contractus factus in Ecclesia valet.
- 163 Contractus factus contra praecipuum iudicis non valet.
- 164 Alienatio bonorum potest prohiberi existente alicuius interesse.
- 165 Decisio Collateralis Consilij Neap. enunciatur.
- 166 Beneficium excussionis an renuciare possit.
- 167 Notarius ponens illa verba renunciantes & c. noua constitutionis de fideiuss. quid importent.
- 168 Renunciatio quando censeatur specialis.
- 169 Clausula omni legum, & iuris auxilio an

- includat beneficium excussionis
- 170 Notarius de stylo ponit renunciations faciendas in instrumento.
- 171 Renunciatio an possit fieri de beneficio excussionis.
- 172 Iuramentum expresse interuenire debet in renunciatione excussionis.
- 173 Clausula omni legum, & iuris auxilio plures producit effectus tamen in renunciatione beneficii excussionis non comprehendit dictam beneficium, cum requiratur specialis renunciatio.
- 174 Beneficium excussionis an possit tolli per statutum.
- 175 Statutum non potest tolli ea, quae introducta sunt pro bono publico.
- 176 Fideiussor renunciens omnibus beneficiis an censeatur renuciasse beneficio excussionis.

CAPVT XXVIII.

Excussionis Beneficio an renuciare possit.

- E**xclusionis beneficium inter personale, & reale diuiditur de personale extat dispositio in textu Authent. praesenti C. de fideiussor. per quam dispositione statuitur fideiussorem nullo modo conueniri posse nisi prius facta discussione sui principalis debitoris, Barbosa in l. si costante num. 60. ff. soluto matrimonio. Ant. Heringius de fideiussoribus cap. 28. a nu. 19. Gedeus de contrahend. & committ. stipulatione cap. 9. conclus. 5. num. 105. Negusant. de pignoribus part. 8. memb. 1. num. 31. Aymon Crauet. conf. 263. num. 5. Riminaldus conf. 600. num. 19. lib. 3. Baldus conf. 150. lib. 2. Capicius decis. 54. n. 2. loquente etiam post litem contestatam Guidon. Papa decis. 432. num. 9.
- 2 Reale beneficium excussionis illud dicitur, & tunc habetur, quando hypothecaria actione agitur ex qua non permittitur recta via contra tertios possessores agere, nisi excussi principales debitores, vel eorum haeredes, ac fideiussores fuerint, & postmodum ad tertios possessores deuenire, prout ex text. ad litteram in Auth. hoc si debitor. C. de pignor. & hypothec. & in l. Maschis ff. de iure fisci, late de hac materia adnotat Ant. Faber de error. prag. decade 5. per totam Pract. papiens. in forma libelli respons. in actio-

ne hypothec. vers. except. excussio, num. 16. Cyprius dixit, Negusant. in tract. de pignor. memb. 1. 8. par. n. 11. cum seq. quæ excussio non sufficit proponere, & allegare, sed est facienda ordine iudiciario, Bar. in l. prator §. hoc interdum ff. de nou. oper. nunt. Guid. pap. decis. 432. num. 8. Gayll. obseru. lib. 2. resolu. 50. num. 30. Mangon. decis. Lucens. §3. num. 3. & decis. 66. num. 14. & 15. Peguera decis. Cathal. 271. num. 42. Cephal. conf. 98. Bero. conf. 80 lib. 3. Roland. à Vall. conf. 9. num. 11. & in illa fideiussorum ac possessorum citatio requiritur, Aretin. in §. item si quis in fraudem, num. 12. in tit. de Action. Cartar. decis. 65. num. 3. Nectalis citatio sub generali modo faciendæ est: sed specialiter Negus. ubi supra nu. 13. Alex. conf. 106. vol. 5. quod intellige quando si decussores, & interessati sunt certi, & requiritur citatio principalis, Bald. & Angel. in l. decem ff. de verbor. obligat. DD. in Authent. hoc si debitor. C. de pignor. si vero non sunt, certi nec de facili haberi possunt notat Bart. more suo in extrauag. ad reprim. in verbo citatum, sunt citandi per pragmatæ, seu per proclama. Maranta par. 6. membr. 1. de citat. num. 89. Surd. conf. 181. nu. 32. Milanens. decis. 1. nu. 179. lib. 2. Becc. conf. 12. Muta. decis. 26. nu. 1. à quo pragmatæ excepti intelliguntur impediti, vel iuxta causam absentia habentes, quod hodiè non seruari, dixit Grego. Lopez. l. 42. tit. 13 par. 5. Parhad. lib. 2. quotidianarum. cap. 5. par. §. 16. per Roderiq. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 17. nu. 19. & excussio debet esse vsq. ad sacculum & peram, late de hac materia Gabriel. comitum. conclus. in tit. de citation. conclus. 1. num. 315. cum sequent. & in l. si eo C. de remiss. pignor.

7 Diximus citationes posse fieri per proclama siue per ædictum quæritur an ista citatio facta per ædictum afficiat etiã clericum in quo quæsitum DD. affirmatiue concludunt vt Salicet. in l. consulta num. 2. C. de testament. Angel. in l. 1. §. hæc stipulatio col. 6. vers. solum ergo restat videre, ff. si cui plusquam per leg. falcid. Ioseph. Ludouic. comm. conclus. conclus. 5. per totam Regens Sanselic. late de hac materia in sua praxi iudiciaria section. 30. nam. sexto; 7. & seq. illa citatio per ædictum est generaliter faciendæ, nam ædicta fiunt si sua putauerit interesse; & cum sit generalis comprehendit omnes interesse prætendentes: & comparendo clericus dicitur Actor, & non Reus, Affl. in d. conf. tit. Burgenfaticis nu. 4. vers. secundo quæro Campagna in d. cap. reale fastigium num. 17. Reg. Sanselic. in dicta sua praxi sect. 30.

num. 11. cap. si clericus laicum §. cap. cum sit generale 8. de foro compet. Petr. Anch. conf. 333. num. 1. 2. & 3. l. iuris ordinem 2. C. de iuris. omn. iudic. l. litæ pendente 2. Ci de litigios. Potest etiam clericus per viam ædicti citari ad videndum fieri inuentarium cum dicta clausula, si sua putauerit interesse, Angel. Aret. in §. si vero expressim col. 5. in fine, in Authen. de bñed. & falcid. Rolan. in trac. de confect. inuent. §. nunquid vocadi sint. f. mibi 72. & illa Angel. decis. allegauit Iaf. in l. testamenta omnia, num. 3. C. de Testament. vbi Bal. num. 4. Castrens. 7. Riminal. num. 7. Castrens. conf. 44. in causa Aegidij, Affl. decis. 2. num. 9. decis. 24. num. 8. & Roland. qui alios allegat. conf. 29. num. 7 & sequent. vol. 2. Marant. de ordin. iudic. in 11. distinct. num. 61. Bossius in tit. de proclama, quod sit bon. public. in fine Franc. Ansalid. in suo tract. de iuris. ecclesiast. par. 3. tit. vnic. cap. 13. per totum Cespoll. in tract. de cautel. caut. 68. num. 4. Marant. in suo speculo aureo par. 4. distinct. 7. num. 62. Stephan. Aufrer. in tract. diuers. tom. 16. de potest. secular. sup. ecclesiast. person. regul. 2. num. 12. vers. nam si cleric. Sebast. Montic. in tract. de inuent. §. 8. num. 20 Phanuc. in tract. de inuent. nu. 24. vers. nam quoad istud Gramat. decis. 61.

11 Verum per ipsam citationem per ædictum non arctatur citatus ad comparendum, si non vult, vt inquit Castrens. in l. si libertus la. 1. in fine, ff. de in ius vocand. Dec. conf. 178. coll. 3. vers. non obstat, DD. in dicta l. testamenta omnia, & precipue Riminal. num. 7. dicentem clericum hoc modo citatum, dici reum voluntarium, quia per eam citationem comparere non arctatur, si non vult, Angel. in dicta l. 1. §. hæc stipulatio. col. 5. vers. solum ergo restat videre, ff. si cui plusquam per l. falcid. glo. ante omnes in l. ea quidam C. si municip. ita fuer. manum. per quã ita dixit Roman. in l. de pupill. §. si in public. vbi etiam Alex. in fine, num. 15. Jason l. fin. num. 24. C. de edit. Diu. Adrian. tollend. lat. Felin. qui alios citat, in cap. cum interim col. 7. vers. limita 2. de except. vbi ait talem citationem non arctare Fanuc. de inuentur. part. 3. fol. mibi 95. & 96. à nam. 21. vsque ad 23, & comparendo dicitur reus voluntarius non necessarius, Capic. dec. 8. n. 2. & 3. Affl. dec. 2 n. 9. & non cõparendo clericus non potest dici contumax, quia iudicauit non sua putare interesse, vel si sua intersit noluit comparere, nec contra eum procedi potest in contumaciam, Angl. in l. consentaneum C. quomod. & quand. iudex, Felin. de hac materia in cap. cum inter, de except. Bal. in l. si qui ex consensu C. de Episcop.

scop. aud. Bal. in l. 2. in 2. lectur. Alex. col. 2. ff. si quis in ius vocand. non ier. Rman. conf. 48. Ripa conf. 56. num. 2. & iudicium con-
14 tra clericum virtute illius citationis factum est nullum, cum Iudex secularis
15 non sit iudex competens illius clerici, *Phanuc. de inuent. par. 3. num. 21. cum seq. ampliando prædicta quando clericus citatus comparando allegasset declinatoriam fori; nam tunc debet admitti exceptio prædicta, & remitti ad suum iudicem, Roland. conf. 29. lib. 2. num. 16. fallit quando est Author laudatus, & tunc non potest declinatoriam fori opponere l. 1. C. ubi in rem actio. exerceri debet, quia tunc non venit in iudicio coactus, sed spontaneus, & non uti conuentus, sed uti defensor, Franc. Ansaldo de iurisd. ecclesiastica par. 3. tit. unico cap. 11. num. 5. sed tenetur comparere in foro laudantis l. venditor ff. de iudic. Isor. in cap. imperialem §. prætere a si inter duos col. 3. de prohib. feud. alien. per Feder. Afflict. decis. 227. & in const. si quis in posterum nu. 55. Boer. decis. 69. num. 27. Soc. conf. 91. col. 9. vol. 1. fallit ista regula in Neapolitanis, qui si sunt laudati in auctores in curiis extra Neapolim non tenentur ibi litigare, sed ad Tribunalia Neapolitana remittantur, & sic refert decisum Anna in sing. 45. in fin.*

- 17** Solent etiam in remedio capitulorum Regni, & in Reale præsidio concessio spoliato, ex dispositione *cap. finis precepti charitas omnis prædatione ad Reale fastigium,*
18 expediri citationes per edictum, scum in isto casu citationes non possent fieri nominatim; & specialiter, sed si sua putauerit interesse, *Affl. decis. 24. cum prædicta capitula fuerunt inuenta, ne partes venirent ad arma, & proinde imponit manus Regia pro conservanda possessione, & pace inter subditos, & reale*
20 fastigium non est aliud, nisi altitudo, seu magnitudo, & summus honor, & culmen dignitatis, *ve Affl. in probem. constitut. §. nos itaque in 2. notab. vel reale fastigium, est realis dignitas, quæ significat magnitudinem, & altitudinem Regiæ,*
21 *Affl. in constit. cum circa in 1. notab. Potest prædictum reale præsidium committi multis iudicibus S. R. C. Neapolit. Rectori provinciarum Magn. Cur. Vicar. &*
22 *ut plurimum remittitur ad Sac. Consil. cum solita decretatione S. R. Conf. servata forma Capitulorum Regni de iustitia provideat, Affl. in decis. 35. etiã Iudices Delegati possunt procedere in prædicto remedio Capit. Regni, prout notat Campeg. in addit. ad prædictum Capit.*

Reale fastigium, num. 15. circa medium. Reg. Sanfelicius in sua praxi iudiciali sect. 39 num. 7. & fuit practicum in causa Realis Monasterij Sanctæ Claræ Neap. cum Episcopali mensa puteolana, qui dum perturbat possessionem territoriorum dicti Realis Monasterij sustentium in morte Sancti Angeli della Corbara donatorum per Sereniss. Regiam Sâciam prope Civitatis Puteolorum, fuit per Monasterium intentatum remedium Capitulorum Regni, & per Collaterale Consilium fuit remissum iudicium prædictum spect. Regenti Sanfelicio prædicti Realis Monasterij, per suam Catholicam Maestatem Delegato, & per illud concessum dictum Reale præsidium prout videri poteris ex processu penes Iosephum Barilem à mandatis scriba patrocinaute dicta causa meo Patre Marco Antonio Donadio, in qua causa observavi practicum, & modum citationis per edictum modo, v. 3.

- 23** Ideo vobis, ut supra insolidum, committimus, & mandamus quatenus receptis presentibus ad omnem instantiam, & requisitionem prædictis supplicantis, quis vestrum fuerit requisitis, per hoc præfens publicum citationis edictum, affigendum in Valvis Regiæ Cancellariæ, & aliis locis, citet, moneat, atque requireret omnes, & quoscumque interesse prætendentes super contentis in præinserto memoriali si sua putaverint interesse, eiusque mādent, quatenus infra dies novem; quorum tres pro primo, tres pro secundo, & tres pro ultimo, & peremptorio termino assignamus, comparere debeant, coram nobis ad dicendum, quicquid voluerint, contra, & adversus exposita, & ad videndum iurare testes, & quare Reale præsidium, non sit defendendum violenter spoliatum; seu turbatum, alias eidem exponenti responsuri, processurique ad actus incumbentes, pro deliberatione concedendi, præsidium Reale post hæc scripta, & post causam decisam *Reg. Sanfelicius in sua praxi iudiciali sect. 30.*

Hæc forma sumitur ex dictis per *Affl. in constit. de Burgenfaticis petit. & in decis. 24. num. 3. vers. & ad effectum, & ex Campag. in cap. Reg. ad Reale fastigium, num. 15. vers. & per Sac. Reg. Conf. Affl. decis. 2. Reg. de Tappia in cap. si res precepti charitas nu. 9. Reg. Rozit. in pragmatic. de citat. per edict. aliisque rescriptis num. 3. & per doctissimum Ioannem Baptistam Hodiernam in novissimis addit. ad decis. Surd. decis. 26.*

- 24** Forma autem determinationis erit quod

quod præstetur sibi defensio in notorio spoliato ad recuperandam possessionem, vel ut cesset turbatio facta per talem clericum, *Affl. in præallegata constit. Burgensatien. num. 3.* in quibus locis habetur fundamentum, & præticam Capitulorum Regni.

25 Fundat *Affl. cit. in dicta Constit. num. 4.*

vers. secundo quæro, quod si Clericus, qui fuit ciratus, si sua putaverit interessè edpareat, non expresso cuius nomine veniat & se opponat, & dicat quod non spoliavit, sed iure permittente ipse possidet, quia ipse sic comparendo, est actor, tunc iudex Laicus servato ordine iuris debet procedere, sicuti quando clericus,

26 perit iustitiam à iudice laico, quo casu non potest declinare forum, *Bart. in l. cõsulta & Salicet. in l. testamenta C. de testam. Viuius decis. 30. Reg. de Pontor conf. 96. vol. 1. & cõf. 144. vol. 2. Carocc. in suis decis. casu. 437. Mart. de iurisd. par. 2. cap. 39. nu. 15. Thorus in compend. decis. verb. remissio,*

quia sua comparitio est voluntaria, non necessaria, *Campag. in dicto cap. Reale fastidium. nu. 17. Affl. decis. 2. & 85. Gramat. decis. 61. Cõp. decis. 8. & decis. 107.* At quando non constat clericum non spoliaste, sed esse legitimè possessorem tunc omnino est remittendus iuxta doctores enunciatos.

27 In quo iudicio præceditur summarie, sine figura iudicij visa facti veritate, cum prædictum iudicium se fundat in violentia, *Affl. decis. 167.* & est quædam extraordinaria cognitio, *Anna alleg. 91. num. primo*, vt Rex tanquam Dominus

28 Regni, non permittit turbationes, in eius Regno, *Reg. Carol. de Tapia decis. 24.*

29 *num. 19.* verum spoliatus potest renunciare beneficio restitutionis spoliij, vt decisum refert in *Rota Roman. dec. 3. 6. & 11. in antiquis de renunciat. Nouar. pagin. 41. quæst. 12. num. 15. par. 1.*

53 Modus autem proponendi suspensionem de iure Ciuili, est in tex. l. qui iurisdictioni 10. de iurisdict. omn. iudic. l. apertissimi 16. C. de iudic. Authen. si vero, l. cum speciali 18. C. de iudic. Auendan. de exequend. mandat. part. 2. cap. 23. post num. 7. vers. & adhuc extederem de iure Canonico in multis differt, cap. causam, quest. 17. cap. in sinuante 25. cap. suspitionis 39. de offic. & potest. iudic. delegat. cap. cum special 61. de appellat. de iure Regni Neapolitani diuersimodè proponuntur suspensiones pro vt dispositum fuit per Regias Pragmaticas ad hunc effectum emanatas, & practici scripserunt primo quando iudex est Affinis; & practicitur dari supplicationem spectabili Presidēti S. R. C. Neap. in qua explicari oportet Parentela, vel affinitas, vel alia causa notoria & tunc Præses Sac. Reg. Conf. mādāt dictam supplicationem ostendi iudici recusato, si respondit quod non potest interuenire, statim alteri committitur causa prædicta, si vero negat narrata in prædicta supplicatione, & tunc est allegandus suspectus formiter; pro vt omnes practici notant, Muscatell. Marant. Gallupp. & Reg. Sanfel. in sua doctr. ff. Practica; section. 42. per rotam & non potest iudex allegatus suspectus cognoscere de dicta causa recusationis; quia talis exceptio directè respicit personam ipsius iudicis, Felyn. in cap. super litteris de rescript. cap. sollicitudinem num. 5. verb. in eadem glos. in fine de appellat. & ibi Ioann. Andr. Innoc. in cap. prudentiam de offic. delegat. Bart. in dicta l. quidam consulebat ff. de hered. instituen. Felyn. in dicto cap. inter

Monasterium, num. 4. vers. & hanc rationē
 53 *de re iudic. non procedit in exceptione*
declinatoria fori cum ipsi Iudici per-
missa sit cognitio ipsius, & in illa pro-
cedere potest, Bal. in l. fin. C. de iudic. quia
in exceptione incompetentiæ Iudicis,
seu declinatoria fori, ipse Iudex de ea
cognoscit; quia agitur de honore ipsius;
secus vero, ubi opponitur exceptio re-
cusationis, quia tunc ligantur manus
Iudicis recusati, ut in l. apertissimi C. de
iudic. cap. suspicionis de offic. delegat. cap. cum
speciali, & cap. secundo requirens §. fin. de ap-
 59 *pellat. Imo, & ipse Iudex compelli potest*
medio iuramento respondere iuxta tra-
dita per Ioann. Andr. & Innoc. in cap. 2. de
ordin. cognat. num. 19. & cap. Iudex de offic.
delegat. in 6. plures allegat Specul. in tit. de
recus. §. fin. Thesaur. decis. pedem. 6. nu. 2.
 60 *Secundus proponendi modus suspicio-*
nis habetur ex Regiis Pragmaticis de su-
spectione officialiū, ubi doctissimus Glo-
sator ille Reg. Rouit. in qua disposuit
causas suspensionis proponendas esse in
scriptis, l. apertissimi C. de iudic. ubi glos. in
verbo recusatio, Ausfr. in tract. de recus.
num. 2. Anton. Gabr. lib. 2. tit. de iudic. concl.
5. num. 6. Abb. in cap. prudentiam §. sexta
nobis extra de offic. delegat. Andr. Gayll. lib. 1
 61 *obseru. 33. n. 1. 2. & cū deposito, quod depo-*
sitū diuersimodē est faciendū; aut capita
suspensionis sunt firmata à parte, & tunc
depositum erit ducatorum centum vigin-
ti, si vero prædicta capita firmantur
ab aduocato, depositum erit pro-
medietate; & sic ducatorum sexaginta-
prout dispositum fuit per Regias prag-
maticas in hoc Regno, & ita practica-
tur, & est in viridi obseruantia in Tri-
bunalibus Neapol. licet aliter dicat Ga-
lupp, in sua practica in tit. de recusatione iudic.
vers. secundo noto cap. 5. sed ego cre-
do non benè dicat stantibus pragmati-
cis super hoc emanatis, & obseruantia
in dictis Tribunalibus, quibus capitibus
propositis, & firmatis porrigitur Magni-
fico Secretario Sacr. Reg. Conf. Neapol.
vna cum deposito, & statim per Specta-
bilē Præsidentem S. C. vel per alium su-
periozem, committitur causa recusatio-
nis alteri Iudici; ut in prag. 2. eod. tit.
 62 *quæ suspensionis causa in prædictis capi-*
tibus debet exprimi, Lancelot. de attent.
cap. 6. num. 55 & 56. Bero. conf. 16. num. 4.
vol. 3. Mascard. de probat. vol. 2. conclus. 950
num. 8. Villalob. in verbo suspensionis nu. 161.
quod intellige quando causa non posset
exprimi absque scandalo, tunc causa
non est exprimenda, Ausfr. in tract. de re-
cusat. num. 47. vers. aduerte tamen, Abb. in

cap. 2. requiris extra de appellat. Mascard.
ubi sup. num. 9. qua suspicione, siue recu-
 63 *satione proposita suspenditur eius iur-*
isdictio, & recusatione pendente, non
potest ad aliquem actum procedi, & si
proceditur processus est nullus, Bar. &
DD. in l. quia poterat ff. ad Trebell. Rom. cōf.
220. Castr. conf. 121. vol. 2. Gemm. in cap. iudex
de offic. deleg. lib. 6. Alex. conf. 89. vol. 1.
Marant. par. 4. distint. 16. num. 4. de ordin.
iudic. Carau. in ritu 265. Cardin. Tusch. litt.
S. conclus. 913. Bobadill. lib. 3. polit. cap. 8.
num. 118. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. nu. 16.
Sebastian. Vant. de nullitate ex defectu iur-
isdit. num. 140. Rota apud Farinac. in re-
cent. decis. 346. num. 5. par. 2. Marant. in suo
speculo aureo par. 6. & quandoq. appellatur
num. 24. cap. pastoralis 28. §. Præterea in fin.
& cap. suspicionis 39. de offic. deleg. speculator
de recusat. §. qualiter num. 2. & 3. & §. esse-
ctus nu. 1. Franc. Ansal. in conf. 38. num. 5.
 64 *probabilissima quidem sententia est acta*
facta coram Iudice suspecto, & recusato
nullitatis vitio laborare, Ant. Barbat. in
tract. de Cardinal. legat. à latere quest. 14.
num. 3. & num. 26. Cachet. decis. 84. num. 1.
Vant. in tract. de nullit. tit. 9. de nullit. ex de-
fectu iurisdi. ordin. num. 140. & licet dicta
 65 *suspicio esset proposita inepte, & reii-*
ciatur adhuc de nouo poterit formiter
proponere, Muta decis. Sicil. 15. num. 13. &
sequent. Castrenf. conf. 313. lib. 2. Reg. Rouit.
 66 *in prag. 9. num. 1. & respectu rei con-*
ueniēti habet tempus 40. dierum ad alle-
gandum iudicem suspectum, prout dis-
ponitur per Reg. Prag. 11. incipiente. Non
de cosa alcuna ubi Reg. Rouit. nu. 3. referens
multas decisiones factas in Regia Ca-
mera tempore quo ibi exercebat mu-
 67 *nus filci patroni, & facta decisione, vel*
interueniat, vel non interueniat ab illa
decisione appellari non potest, Carauit.
ritu 265. & sic obseruatur in Sacro Re-
gio Consilio, ut refert Franch. decis. 408.
& Reg. Rouit. in prag. 1. num. 36. licet de
iure communi posset appellari, prout
declarat Vames. in cap. præterea, num. 2. de
appellat. Bar. in l. solent nu. 16. ff. de aliment.
& Cibar. legat. Syluester. Aldobr. conf. 78.
nu. 29. Menoch. de adipiscend. possess. remed.
4 quest. 99. Auiles in Cap. Prator 6 in glos.
sententias, num. 6. Surd. decis. 36. & Franch.
decis. 637. Campag. in Cap. Regni prolixita-
tem, num. 64. & Reg. Rouit. in conf. 20. num.
 68 *12. in fine, dixit quod à decreto quod in-*
terueniat fuit dictum de Nullitate; quæ
nullitates fuerunt admittæ, & reuocato
primo decreto, ut refert decisum in di-
cto Conf. lib. 2. Regens de Ponte in decis. 30.
num. 12. dixit quod quando constat de

notoria in iustitia fuerunt admiffa nul-
litate contra prædicta decreta, & ita
in Collaterali Consilio practicarum, &
decisum in quamplurimis causis, & si-
gnanter in causa vertente in Regia Ca-
mera inter Io. Thomam Carafam, &
Portiam de Aprano.

- 69 Causæ autē recusationis plures sunt;
Prima dicitur cā litis vertētis inter iu-
dicē tanquam priuatum cum parte quæ
causa est sufficiens ad ipsum recusan-
70 dum cum non possit iudex in alijs cau-
sis illius partis, cum quo litigat esse iudi-
cem fuit doctrina originalis, *Abb. in cap.
cum super in 3. notab. de offic. deleg. quam
sequitur Cauale. decis. 28. de contract. par. 2.
Marant. in sua pract. par. 6. actu 2. num. 47.
Mastrilli. decis. 151. num. 56. & 58. Carau. in
ritu. 288. num. 31. Crass. de except. Except. 24.
71 nu. 80. Reg. de Ponte late de hac materia in
decis. 30. per totam, ratio est quia ex litigio
causantur inimicitæ, odia, & rancores,
quæ longo tempore durant, etiam ex li-
tibus ciuilibus, *Aret. in l. properandum C. de
iudic. & quâdoq. sanguis effunditur, Eccl.
72 cap. 28. lis denique est causa multorum
malorum, vt in cap. idem si quis in fine de
restit. spoliat. habetur quod inimicitia
73 cum aliquo præsumitur ob litem mo-
tam, non dum cum eo, cum quo mota
est, sed cum alijs, cum quo moueri pos-
sit, §. vt autem, auth. vt hii, qui obligant,
benè Carau. in dicto Ritu 288. nu. 29. sul-
74 picio autem ex causa inimicitæ exten-
ditur vsque ad quartum gradum affini-
tatis, *Reg. Rouit. in dicta pragmat. 1. num. 23.
nu. 26. & num. 33. vbi refert pluries fuisse
decisū, & suspicio regularatur à successio-
75 ne ab intestato, ita vt quicumque sit in
gradu succedendi ab intestato, is etiam
erit suspectus in iudicando, *glos. in cap.
postremo extra de appell. Bertran. conf. 93.
lib. 3. par. 1. Vini. decis. 363. num. 3. Farinac.
tomo 1. de inaic. & tortur. quest. 49. per to-
76 tam, licet inimicitia cōtracta cum vno
de familia tangat omnes de familia, iu-
xta tex. in l. lex Cornelia, vbi notat Bar. ff. de
iniur. Bal. in l. vnica, nu. 1. & 6. C. si qua-
doq. prædit. potest. §. si vassallus, l. 1. si de
feud. fuer. contr. Felyn. in c. repellantur, nu.
4. & in cap. cum P. Manconella in princip.
de accusat. Alex. conf. 24. nu. 25. vol. 1. Ma-
scard. concius. 68. num. 4. prædicta tamen
inimicitia intelligi debet vsq; ad quartū
gradū, vt ex notata per Bal. in §. si vassal-
lus, Felyn. vbi supra, computatio autem
77 est facienda iuxta computationem
iuris Ciuilibus, quia computatio gra-
duam, iuxta ius Canonicum solum at-
tenditur in causis matrimonialibus, in****

- alijs verò causis, ius Ciuile attenditur
etiam in terris Ecclesiæ, *cap. ad sedem, §.
nos vero 35. quest. 5. glo. in l. iuris Consult.
verbo idem liberi ff. de gradib. & Affin. An-
gel. in princip. instit. de grad. cognat. Nicola.
de V bald. in tract. de success. ab intest. tert.
par. num. 11. Ias. in l. fin. num. 2. vers. 3.
different. C. de successor. edict. Benedict. in
cap. Raynupt. verb. & uxorem nomine Ade-
lasiæ pvalud. 3. nu. 86. cum seq. Bero. conf.
95. nu. 3. vol. 2. Couar. in Epit. de sponsal. 2.
p. cap. 5. num. 8. Ruyn. in conf. 32. nu. 1. vers.
& hoc firmatur nu. 3.*
- 78 Et quando inimicitia esset solum cō-
tracta cum affine iudicis, adhuc iudex re-
79 cusatur, quia iudex consanguineus ini-
mici mei est mihi suspectus, ita *Abb. in
cap. accedens in 1. notab. vt lite non contest.
Bal. in l. quoniam liberi C. de testam. late Reg.
de Ponte in decis. 30. per totam & in num. 8.
Mascard. de probat. conclus. 899. Aufrer in
tract. de recusat. num. 28. Lanfranc. in tract.
eod. num. 12. vers. 3. Castrens. conf. 313. nu. 1.
lib. 1. Bursat. conf. 265. num. 20. vol. 3. Vini.
decis. 363. num. 5. Milan. decis. 11. nu. 5. lib. 1.
Auf. vbi supra nu. 28. vers. 40. nu. 31. vers.
48. num. 32. vers. 51. & 52. num. 33. vers. 53.
Marant. in suo specul. par. 6. §. appellat. nu.
29. Angel. de Perus. in tract. an frater possit
esse testis, nu. 17. Borell. conf. 23. nu. 52. cent.
1. Port. conf. 91. Neuz. conf. 44. num. 5.
Bertran. conf. 93. vol. 3. nu. 1. Vini. vbi supra,
Berret. conf. 138. nu. 3. Aegidius in tract. de
testib. & eorum reprobat. num. 3. etiam si
affinitas esset peruenta ex damnato co-
hitu, *Aufr. vbi supra num. 3. Rebuff. in tract.
de recusat. art. 14. glos. 1. num. 44. Mascard.
conclus. 408. nu. 5. de Amic. conf. 78. nu. 51.
Aufrer. vbi supra n. 3. & 7. imo addit quod
qui est familiaris, vel affinis, vel ex paren-
rela, vel consanguineus inimici tæci erit
inimicus meus, & taliter præsumitur,
Bal. in l. liberi num. 3. C. de inoff. testam. tex.
in l. 1. Sicum patronus ff. de offic. præfect. Urb.
vbi glos. in verb. cum inimici *Abb. in cap. ac-
cedens, vt lite non contest. Marant. par. 6.
nu. 36. actu 2. & Mascard. vbi supra, nu. 31.
& 35. Capyc. decis. 138. num. 3. Perus. in
Cap. Postremo. Collact. 4. de appell. Rebuff.
ad Reg. Constit. tom. 3. tit. de recusat. art. 14.
num. 17. & 20. Beret. conf. 138. num. 9. Bar.
in l. tutor §. si tutor, & ibi Alex. in addit. ff.
de suspect. tutor. Alex. conf. 99. num. 4. lib. 1.
& in l. si ita stipulatus, §. Chryfogonus, num.
21. ff. de verb. oblig. & Bal. in dicta l. quoniã
liberi, C. de testam. dixit quod qui copu-
80 lat parentelam, vel amicitiam cum ini-
mico meo, dicitur mihi inimicus, quia
censetur eiusdem intentionis, *Ioann.
Bapt. Costa, de facti scient. & ignoran. in-
spec.****

- speff. 85. num. 40. Tusch. litt. S. conclus. 108. num. 17. Port. conf. 91. num. 17. etiam si ista affinitas, siue consanguinitas, esset morte dissoluta, Berett. qui hoc disputat. conf. 138. Campeg. de test. regal. 8. in 2. fallent. Farinat. de test. quest. 54. num. 32.*
- 81** ando prædicta quo reditur suspectus nõ solum ex ipsa inimicitia causata ex dicto litigio, *Marant. ubi supra, num. 47. verum etiam si iudex habitat in eadem Domo cum parte litigante specul. in tit. de iudic. Delegat. S. superest, vers. quid si sit Socius, Maranta ubi supra, nu. 59. Mascard. vol. 2. de probat. conclus. 943. nu. 16. Truijs. in tract. de modo proced. inter reg. cap. 15. num. 6. Viu. decif. 363. nu. 3. Roland. à Vall. conf. 16. num. 3. lib. 2. Ofasc. decif. pedam. 15. num. 7. Alex. conf. 99. nu. 13. vol. 1. Menoch. de presumpt. lib. 1. quest. 89. nu. 54. Aufrer. in tract. de recusat. n. 26. & 3. vers. 46. lato de hac materia suspicionis pertractat Hyeron. Laurent in tract. de iudice suspecto Girar. Mynard. lib. 1. decif. 92. 93. 94. 99. & decif. 82. Reg. Sanfelici. decif. 80. Giurb. decif. 54. Ioan. Maria Nouar. in collect. super pragmat. de suspic. offic. collect. 214.*
- 82** Suspicio in iudicem inducitur ex qualibet inimicitia, etiam si non sit capitalis, vel grauis, *Carauit. super ritu 265. num. 33. Ofasc. decif. 15. num. 7. Milanens. decif. 15. num. 19. vol. 1. Capyc. dec. 138. num. 34. Bursat. conf. 265. num. 24. vol. 3. Crauett. conf. 6. num. 31. Aufrer. in tract. de recusat.*
- 83** num. 26. siue ista inimicitia perueniat à partibus siue à tertio, siue precesserit ex causa vera; siue falsa, *Viu. decif. 363. n. 3. etiam si ista inimicitia esset occulta, & signa extrinseca, nõ manifestarẽtur, Innoc. in Cap. cum I, & A, extra de re iudic. Felyn. cap. cum oportet, num. 14. extra de accusat. Ias. in dicta l. apertissimi, num. 7. Thom. Truijs. in tract. de modo proced. inter regul. cap. 15. num. 6. & ista inimicitia est tanti roboris, quod licet regula sit, quod suspectus in iudicando non sit suspectus in delegando meritissimus Reg. Capyc. Latr. Marbio Torello Dominus meus in decif. 87. Reg. Rouit. super pragmat. 15. de suspect. official. tamen per dictam suspicionem causatam ex capite inimicitia operatur, quod etiam iudex suspectus dicatur in delegando prout limitat Reg. Rouit. d. pragmat. 15. ex decreto Collateral. Conf. ibidem inserto, & Marbio Torello, ubi supra in d. decif. 87. & iuxta decretum Reg. Collater. Conf. relatum per Camillum de la Racta in conf. 32. & Reg. Rouit. ubi supra in prag. 15. de suspicion. official. & practicum fuit in causa*
- ad instantiam Lucii Capicii cum spectabile Præsidente S. R. Conf. de Marchesio in emptione Terræ Sancti Viti sub die 17. Mouembris 1644. in Regio Collater. Consil. penes scribam mandati Stephanum de Giorno, ac etiam fuit decisum in Collaterali Consilio in causa Illust. Marchionis Montis Nigri propter litem quam habebat super emptione Ciuitatis Serniæ cum spectabili Præsidente Andrea Marchesio sub die 10. Octobris 1644. quod non interueniat etiam in delegando cum sufficiat inimicitia præsumpta Ofasc. decif. 15. sub nu. 7. & Milanens. dicta decif. 15. num. 20. lib. 1. vel in amico nouiter reconciliato, Borer. conf. 138. num. 14. Mascard. de probat. conclus. 943. num. 18. Aufr. in dicto tract. de recusat. num. 26. vers. 36. Cauale. decif. 38. nu. 114. par. 2. & erit causa iuxta reculationis, Beretta conf. 138. nu. 14. Federic. Pruchman. conf. 18. n. 20. & 21. Marc. Ant. Blanc. in tract. de indic. num. 135. & 162. etiam si litigantes dederint causam inimicitia, vt fundat Reg. Rouit. in pragmat. 1. nu. 23. & 24. de suspic. offic.*
- 85** Alia causa recusationis est quãdo iudex suscepit in se causam sui affinis, vel consanguinei, tanquam propriam, replicando, comparando, allegando, instando, illamq. defendendo, vt aduocatus, ex quo duo capita suspicionis
- 86** oriuntur alterum quod si litigat in causa propria non potest esse iudex in alijs causis partis, *Reg. Sanfelicius in sua prax. iudic. sect. 40. num. 11. Marant. in suo specul. par. 6. §. appellatio, num. 32. Vant. de nullit. dese. iud. ord. num. 93. Nat. conf. 614. num. 10. vol. 3. Reland. à Vall. conf. 16. num. 1. & 5. vol. 2. Surd. conf. 47. num. 1. & conf. 50. num. 9. lib. 1. & conf. 193. nu. 6. lib. 2. Oltrad. conf. 284. Boff. de foro compet. nu. 30.*
- 87** Alterum verò quia vt aduocatus incurrit in inimicitiam cum parte aduersa contra quam patrocinat, *ex glos. notabil. in l. si pecuniam in princip. in verbo reputetur ff. de condit. caus. ob dat. l. qui operas ff. locat. Lucas de Pen. in l. 1. in verbo inimic. vers. item aduocatus, C. de hijs, qui se deser. lib. 10. & suspicio fundata in odio contracto, ex causa aduocationis est iuxta, pro vt voluerunt Blanc. de indit. & tort. num. 142. Reg. Rouit. in pragmat. 1. n. 55. adduc. tex. in l. quia iurisdictio ff. de iurisdict. omn. iudic. l. 1. C. ne quis in sua Causa, Reg. Sanfelici. decif. 84. num. 3. Ann. singul. 8. Masul. ad Capyc. decif. 14. nu. 3. & decif. 147. num. 3. Doctiff. Giurb. decif. 5. num. 5. & decif. 99. num. 7. Bertaz. conf. 550. in Crimin. Gratia. discept. forent. cap. 4. nu. 3. Azeued.*

in l. 13. Tauri tit. 16. lib. 2. num. 4. recopilat. Carpan. in statu Mediolan. cap. 61. num. 1. Carauit. super Rit. 11. num. 5. Franeb. decis. 222. Surd. decis. 219. num. 1. quæ omnia militata sūt in suspicione Reg. Cōs. 89 Marc. Ant. Cioffi olim Aduocati Primarii S. R. C. Neapolit. nunc Regij Consiliarij dignissimi, & omni virtutum genere decorati, propter litem quam habebat cum Reale Monast. Sanctæ Claræ super constructione fabricæ faciendæ in domo Magnifici D. Ioanni de Rugerio meritissimo Cognato dicti Regij Consilii cum fuit per Regium Collaterale Consilium omnia supradicta considerata, & habita pro vera, quod inimicitia contracta cum cognato extendatur etiam ad ipsum iudicem, *Mastrill. decis. 151. nu. 48.* ac etiā lis prohibitionis fabricæ tangebatur propriam commoditatem prædicti Reg. Consil. cum intendebat edificium exollere propterea agebatur contra proprium interesse, & commodum quæ quidem causa sufficiens fuit recusationis, vt dixit *Phylipp. Franc. in cap. postremo col. 9. vers. 30. de appellat. Marant. ubi supra num. 65. Aufrer. ubi supra num. 39. vers. 76. num. 15. Nat. conf. 294. nu. 2. vol. 2. Roland. conf. 16. lib. 2. Surd. conf. 47. num. 1. lib. 1. Pract. Papiens. in form. declinandi, iurisdictionem, §. nec esse iudicem, num. 14. Morla in empor. iur. tit. 2. num. 202. Alexan. Trentacinq. variar. resol. lib. 2. nu. 5. cum sequenti, Albert. Brun. conf. 147. Amanell. singul. 189. Olrad. conf. 284. Alb. conf. 417. num. 2. lib. 3. Crauet. conf. 99. num. 2. Tiraquell. in tract. res inter alios acta nu. 6. Caphal. conf. 170. num. 41. Barsat. conf. 99. num. 25. Surd. dicto conf. 61. num. 27. Bim. conf. 282. num. 39. Natta conf. 473. num. 4. Mascard. de probat. conclus. 1357. num. 1. Mangon. decis. Florent. 70. num. 13. Riminald. iur. conf. 769. num. 1. Bal. in l. Iudices col. fin. C. de fide instrum. Felyn. in cap. quoniam contra num. 72. de probat. Riminal. iur. conf. 260. nu. 33. lib. 3. Eugen. conf. 7. num. 34. & conf. 63. num. 39. Becc. conf. 85. num. 8. Honded. conf. 100. nu. 7 lib. 1. Anchar. in quest. famil. lib. 3. quest. 34. num. 11. Monald. conf. 28. num. 10. lib. 1. Viu. decis. 179. num. 4. Gratian. conf. 38. num. 17. lib. 2. tamen antequam per Collaterale Consilium prædicta causa suspitionis decideretur, fuit pro Parte Realis Monasterii inuentum instrumentum emptionis Domus in qua predictus Reg. Consil. de Cioffo prætendebat ædificare, fuisse empram ab ipso Regio Consil. nomine proprio, & præsentato instrumento stipulato per Notarium Ioseph Borrellum emptionis prædictæ in Re-*

gio Collaterali Consil. referēte integerimo Reg. Ioann. Franc. Sanfelice. causæ Commiss. & delegat. dicti Realis Monasterii, & per dictum Reg. Collat. Consil. sub die 5. Nouembris 1646. fuit iudicatum quod non interueniat in causis Realis Monasterij Sanctæ Claræ Neap. & restituatur depositum factum per dictum Reale Monasterium, & causa prædicta fuit facta in Regio Collaterali Consil. ex duobus; primo quia causa in qua prætendebat prædictus Reg. Consil. de Cioffo procedere erat coram dicto Spectabili Regenti Sanfelicio, Delegato dicti Realis Monasterii super venditione domus Illustri Ducis, & Ducissæ Montis Leonis, tum etiam quia prædictus Reg. Consil. de Cioffo erat Commiss. Delegatus causæ, & causarum prædicti Ducis Montis Leonis, factus à dicto Regio Collat. Consil. prout videre poteris ex processu penes Ioseph Barilem à mandatis scribæ patrocinate dicta causa Marco Antonio Donadio meo patre, Agente è procuratore generali dicti Realis Monasterii.

90 Alia recusationis causa est quando Index esset indoctus, & punctus esset subtilis, seu difficilis, & consisteret in puncto iuris, posset recusari tanquam indoctus, *Aufrer. in dicto tract. de recusat. n. 34. vers. 54. Mascard. conclus. 943. num. 24. Gajll obseru. 33. num. 6. Ias. in l. apertiissimi, col. 2. vers. secunda causa, C. de Iudic. Paris. de fin. c. §. suspicio num. 6. & 7. Bal. & Felyn. in cap. suscitatus extra de rescriptis, & de hac materia satis latè scripsit Marant. in suo specul. in verbo recusatio Iudicis, & Crass. de except. except. 24. per totam, & alij in finiti DD. quibus me remitto.*

91 Potest etiam Iudex recusari vti compater alicuius ex litigantibus *Ias. in l. apertiissimi num. 7. vers. sexta causa est C. de iudic. & ita refert Ioa. Baptistæ Marchesan. in suo tract. commissionum, utriusque signature, secunda par. cap. 5. num. 33. Reg. Sanfelice. in decis. 83. Stephan. Aufrer. in tract. de recusat. num. 16. vigesima quarta specie, Pascal. de virib. patr. potest. part. 3. cap. 1. & fuit practicum in causa Realis Monasterij Sanctæ Claræ Neap. cum Magnifico Andrea Carmignano, qui dum erat Compater Spectabilis Regentis Sanfelicii Delegati dicti Realis Monasterii, noluit in dicta causa interuenire, & se excusauit, put videre poteris in dicto processu penes Ioseph Barilem à mandatis Scribam, & fuit comissa Marchio Torrello Reg. Hectore Capycio Latro.*

Alia autem exceptiones dilatoriarum enu-

enumeratur à *Craff* in suo tract. de except. cum materrix locus hic non sit ibi remisso.

- 92 Exceptio namque solutionis elidit, & ipso iure actionem perimit cum sit vna de peremptorijs exceptionibus, *Franc.*
- 93 *Milanen. dec. 14. lib. 2. nu. 13.* & obligationem extinguit *glos. singul. in cap. 1. in verbo defensionis, de litis contestat. in 6. Rodoan. in tract. de rebus Eccl. quest. 13. nu. 34. Vincent. de Franch. decis. 531. num. 5. Ioann. de Bonacur. conf. 11. nu. 13. inter conf. matrim. diuers. Ruzner conf. 3. num. 1. lib. 2.* Alij vero dixerunt quod hec exceptio solutionis, dicitur exceptio defectus actionis, *Cuman. in l. 2. num. 2. ff. de exception. Fulu. Patan. in tract. cui incumbat onus proban. negat par. 1. cap. 68. num. 65.* & potest opponi quodcumque, *l. peremptorias, & ibi Bal. C. sentent. rescin. non poss.* nec est procedendum ad vltiora *Gramat. dec. 66. num. 43. cap. 1. de litis contest. cap. finem litib. de dolo, & contumac. Bart. in l. nam & postea n. 1. ff. de iur. iur. Reg. Sanfelix. dec. 88.*
- 96 impedit executionem sententiarum, *Pract. Papiens. in forma libelli in action. hypothecar. in verbo exceptionem solut. verum opposita post sententiam datur terminus ad probandam solutionem, & interim si superferatur in exequenda sententia, etiam si lata esset pro sorte principali, & interesse, & exequuta in parte intelligitur pro sorte principali, non autem pro interesse adco quod si deinde peratur exequi pro sorte principali, potest opponi exceptio solutionis, quia lex presumat dictam solutionem fuisse factam in duriorum, & antiquiorum causam, l. 1. & seq. ff. de solut. Mascard. de probat. concl. 1319 num. 4. Cauale. in decis. 1. num. 27. Gratian. discept. forent. lib. 2. cap. 224. num. 2. Ruinus in conf. 136. nu. 14. vol. 4. & conf. 49. & conf. 162. num. 17. volum. 5. Surdus conf. 290. nu. 61. & durior causa dicitur fors principalis, vt *Anton. Faber decis. 31. de solut. Ricc. collect. 349. prout notat Alex. conf. 85. per totum lib. 3. Ann. conf. 30. & allegat. 54. & allegat. 112. late de hoc apud ipsum videbis R. Rouit. conf. 65. lib. 2.**
- 99 Ex quo inferitur quod quando debitor non declarauit in quam causam soluerit potest creditor declarare, in qua causam recepit, *Ann. lib. 1. conf. 30. per tex. in l. 1. ff. de solution. ibi (quoties vero non dicimus id quod solutum sit in arbitrio accipientis est cui potius debito acceptum ferat) & in fine ipsius tex. (sed constituere in re presenti hoc est, statim atq. solutum est) & *Bar. in dista l. 1. n. 6. & seq. ad 7. declarando verba text. in re presenti, statim atq.**

solutum est, & ex hoc idem dicam in solutione hic; antequam solutio si habita pro perfecta, & absoluta debet fieri. ista electio *Cyn. hoc refert C. eod. & dist. 1. 100. 1. 2. quest.* & solutio pro perfecta tunc dicitur quando debitum est completum solui, sed quando recipitur minutatim nulla potest fieri declaratio in quam, causam, *dicta l. 1. ubi Bar. & Alex. in disto conf. 85. per totum Dec. conf. 307. vers. vltimo considerandum est Benuen. Strac. de mercat. par. 2. num. 57. vers. hic illud Reg. Rouit. conf. 65. per totum lib. 2.*

Quæ omnia intelligenda sunt in effectiua solutione, non autem de illa solutione verbaliter vel apparenter facta pro vt communiter DD.

101 Ex quibus queritur quid si facta solutione alicuius census trium annorum vltimorum nunquid pro cæteris annis presumatur solutum.

102 In quo dubio concludunt DD. affirmatiue per disposita in *tex. l. quicumq. ubi Bal. & alij scribentes C. de apoc. public. lib. 10. Paris. conf. 108. num. 3. Val. 1. Syluan. conf. 83. num. 8. & conf. 105. nu. 15. Macbell. patroc. 29. num. 3. Maluas. conf. 55. num. 32. lib. 1. Asin. in suis conclus. in verbo solutio, Peregr. in tract. de iure fisc. lib. 6. tit. 1. num. 32. Euerad. in topic. iuris in loco ab extremis, num. 3. & in l. a vi iuram. num. 16. Suarez in thesaur. receptor. sent. litt. P. nu. 89. Cauale. decis. 73. num. 42. lib. 2. Mascard. de Probat. conclus. 279. num. 4. dicendo requiri solutionem trium annorum coherentium sicq. continuorum, & propterea non sufficeret si debitor soluisset per duos annos, & deinde vno anno interposito soluisset pro ipso 4. anno sequenti. Non enim esset solutio triennialis continuata quando in medio triennii est vnus annus interualli impediens continuationem illorum trium annorum *Socc. sen. in conf. 118. num. 6. 7. & 8. lib. 4. Gomez. in 5. rursus num. 32. instit. de Act. & in regul. Cancellaria de annali possess. quest. 73. & in Regula de Trienniali quest. 16. num. 20.**

Quæ dispositio ampliatur non solum in Tributario, sed etiam in emphyteuta, qui soluto canone, per tres annos continuos, presumitur in præteritum soluisse, *Catelianus Costa in memorialibus in verbo solutio facta, Bero, conf. 152. lib. 1. nu. 3. Ant. Gabriel lib. 1. de presumpt. conclus. 11. num. 2. Paris. de Put. in tract. de feud. integ. cap. 61. incipiente sequitur alia quest. pag. 41. Socc. sen. late scripsit conf. 118. num. 3. lib. 4. Gig. de pens. quest. 80. idem Gabriel citat, s. num. 24.*

103 Secundo ampliatur in solutione collectarum, nam si quis tres solutiones annales continuatas exhibuerit in præteritum soluisse præsumitur *Ias. in l. 2. nu. 132. C. de iure emphyt. Trigonius singul. 125.* late de hac materia scripsit *Thomas. in suo tractat. de collect.*

104 Ampliatur 3. in debitore solutionē per quinquennia promittente constādo de solutione trium postremorum annorū præsumitur in præteritum soluisse, *Bald. in dicta l. quicumque n. 5. vers. item quaro, & quod diximus de quinquennio, verificari etiam, quando solutio esset distributa per semestria, nam probata solutione trium semestrium postremorum, præsumitur p̄to præterito tempore solutum, Bal. in dicta l. quicumque num. 9. vers. item quaro, Guglielm. de Benedict. in cap. Raynut. in verbo si absque liberis moreretur, il 2. num. 186. de test. Paris de Pus. in tract. de feud. reintegr. cap. 197. incipiente circa materiam num. 19. pag. 11. Alex. conf. 107. lib. 3. col. 2. vers. & adhuc non obstat.*

Quarto non solum ampliatur quando debitor soluit illis tribus annis ultimis, sed etiam quando se obligasset ad soluendum *Dec. conf. 650. num. 15.* ratio

105 euidens est, quia obligatio vim solutionis habet, *Dec. ubi supra, de Franch. in decis. 137. Gratian. decis. 152.* dicunt quod regula prædicta l. quicumque habet suas

106 fallentias, & suas interpretationes, & primo quando mutantur exactores,

107 *Galter. de presentat. instrum. crim. f. 113. num. 46. Milanens. decis. 13. num. 119. lib. 2. Muta decis. 156. num. 1. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. in fine, glos. 18. num. 39. par. 4. Vincent. Caroc. de locat. & conduct. lib. 4. in fine, tit. de paleis, oliuis, & glandibus, num. 19.* vbi melius dictam materiam tractat. Secundo in annuo legato licet probetur de trium annorum præteritorum solutione tamen non præsumitur de aliis, quia hæc præstatio nō est Canonica, neque illatio regularis respiciens, sed quodam grauamen contingēs quod respicit personam *Bal. in l. quicumque col. 1. vers. item quaro promissisti C. de apoc. public. lib. 10. Cotta qui dicit magnam limitationem in memor. in verbo solutio, Gratian. citata decis. 152.*

108 Quæ fallentiæ tunc locum habent quando solutiones factæ fuerunt diuersis temporibus, & tunc præsumitur pro præterito fuisse solutum, *Bal. in dicta l. quicumque, quaest. 1. num. 3. Cremens. singul. 79. Cappell. Tbolos. quaest. 235. Ias. in l. si certis annis, num. 4. vers. quarto notabiliter C.*

de pact. Guglielm. de Benedict. ubi supra, nu. 182. Padilla in l. 1. num. 24. vers. limitabis tu, C. de fideicom.

109 Hinc insurgit quæstio an solutiones prædictæ producendæ sint per Apocas, vel per testes, & DD. omnes oportere concludunt per Apocas probare dicta l. quicumque, *Moder. Paris in commentar. ad Consuetud. Paris. in tit. 2. §. 62. num. 49. & Padilla in l. 1. nu. 17. C. de fideicom.* quia

110 probare per testes est admittere suspicionem fraudis, quæ in dies committitur, nam malitia debitoris est maximā in non soluendo, *Vincent. Caroc. de locat. & conduct. par. 4. tit. de paleis, oliuis, &c. limit 31.* quæ solutiones confectæ appro-

111 bandæ sunt ab officialibus publicis, ita *Moderni Parisiens. in dicto §. 62.* Limita-

112 tur secundo quando esset facta promissio de soluendo singulis annis, quo casu, non procedit dispositio l. quicumque *Cremens. singul. 80. Mascard. conclus. 603. num. 23.* Verum in hoc non videntur deficere DD. asserentes, quod sufficiat probatio et per testes, pro ut dixit *Menoch. in lib. 1. presumpt. q. 24. nu. 5.* quod totum probatur per dictum singularem *tex. in l. quicumq. C. de Apocis public. lib. 10.* qui *text. & si loquatur in solutionibus fiscalibus attamen locum etiam habet in cæteris annuis præstationibus, prout *tex. & glos. notabilis in l. 2. C. de iure emphyt.**

113 Ampliatur etiam in solutione pensionis, *Dec. conf. 650. num. 15. Gigas. in tract. de pension. quaest. 81.*

114 Quæ dicta sunt supra de exceptione solutionis idem dicenda sunt in exceptione discussionis inuentarij; quæ sententiæ exequutionem impedire videtur, nam vsquequo non fuerit facta discussio inuentarij, semper sententia, non potest exequutioni demandari, *Reg. Rouit. in pragm. 4. num. 14. de dil. et sapientif-*

115 *simus Illustr. Marchio Torell. Reg. Capyc. Latr. decis. 96. num. 1. cum seq. Mastrill. de-*

116 *cif. 24. Anell. de Amato conf. 88. Franch. decis. 323. Minad decis. 25. & Reg. Rouit. in pragm. odia litium, dummodo inuentariū sit solemniter factum cū omnibus adimplementis solemnitatibus, & requisitis, Franch. decis. 206. Valasc. decis. lusitan. 52. & Franch. decis. 229. Ricc. collect. 21. & 463.*

117 ampliando vt possit ab hærede opponi aduersus pactum exequutionum, vt *Reg. Capyc. Latr. in decis. 115. num. 36.* Quæ exceptio inuentarij potest renunciari, & dignoscitur eius tacita renunciatio quando in instrumento soluere promissit integre sine aliqua exceptione, & nō de-

deficere quacumque ratione, & causa, & quod instrumentum possit contra ipsum criminaliter liquidari, & exequi realiter, & personaliter ex quibus verbis integre soluere beneficij inuentarij renuntiatio colligitur, vt in terminis tradit *Vrsill. ad Afflict. decis. 339. nu. 6. Surdus decis. 132. num. 22. 23. & 24. Stephan. Gratian. lib. 1. discept. forens. cap. 34. num. 28. cum seq. & lib. 2. cap. 264. num. 1. Surd. decis. 197. num. 11. & conf. 191. num. 26. lib. 2. Menoch. conf. 374. num. 5. Ruin. conf. 159. num. 6. vol. 3. Alex. conf. 133. num. 4. vol. 5. DD omnes in l. si patronus ff. solut. matrim. Decius conf. 495. num. 23. cum illa verba sine aliqua exceptione, quæ verba omnem exceptionem excludere videtur Alex. d. conf. 133. num. 7. Stephan. Gratian. dict. cap. 264. num. 18. Sebastian. Mont. in tract. de inuentario cap. 1. num. 39. disputat hunc articulum si possit beneficio inuentarij renunciare.*

- 118 Quæ omnia ampliantur & secundo in exceptione retentionis rei pro meliorationibus, quæ exceptio impedit executionem sententiæ, & opponi permittum est etiam post sententiam *Mantic decis. 334. num. 5. Roland. à Vall. conf. 28. num. 23. lib. 1. Riminal. iun. conf. 800. nu. 5. Gratian. discept. forens. cap. 234. nu. 19. Surd. decis. 46. nu. 12. Gratian. ubi supra cap. 706. num. 14. & 787. num. 9. Flam. Cartar. decis. Genuens. 13. num. 16. Decian. conf. 94. nu. 27. & 28. lib. 3. Mangon. decis. Lucens. 64. num. 5. Medices in tract. de compens. par. 2. quæst. 28. nu. 5. Ioann. Petr. Molignat. in tract. de iure retent. num. 6. & 7. Ann. conf. 102. nu. 2. lib. 2. Alex. Trentacinq. variar. resolution. resol. 1. nu. 8. & 19. lib. 3. Franch. dec. 112. Mango. decis. lucens. 81. nu. 6. Marefcot. lib. 2. var. resolut. cap. 112. nu. 18. Menoch. conf. 110. nu. 73. & conf. 454. num. 3. Barz. decis. 108. nu. 43. Capyc. decis. 119. num. 1. Aluar. Valasc. de iure emphit. q. 25. num. 22. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 62. num. 8. Peregr. decis. 118. nu. 4. Benintend. decis. 77. num. 1. Viu. decis. 317. n. 8. Ant. Faber in Codic. de execut. rei iudic. lib. 7. tit. 40. definit. 12. Caroc. de except. aduersus sententiam excep. 26. num. 33. & in tract. de locat. & conduct. tit. de expens. nu. 34 fol. mibi 218. Gratian. decis. 22. num. 16. Fran. Galda Periera in suo tract. de empt. & vendit. cap. 27. num. 1. cum seq. Anton. de Amat. resolut. 14. num. 42. Giurba decis. 60. num. 4. Gratian. decis. 125. Rosental. de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 129. & transit ad singularem successorem sine cessione, Gratian. ubi supra, cap. 203. num. 28. & cap. 269. num. 8. Ludouif. Rota Roman. decis. 265. num. 3. Muta decis. 12. num. 24. Cum reten-*

tio non solum sit exceptio per eaque dixit *Bald. in conf. 315. lib. 1. Milanens. decis. 1. num. 181. lib. 2. Gratian. discept. forens. c. 718. num. 30. & sequenti, Surd. de aliment. tit. 3. quæst. 7. num. 12. Crauett. conf. 148. n. 2. Caphal. conf. 86. num. 20. Cagnol. in l. diem functo, num. 144. ff. de offic. assess. & facilius datur quam actio, Farinac. dec. Roman. 457. num. 3. & decis. 889. num. 8. Riminal. conf. 230. nu. 24. Imo est fauorabilior, & magis priuilegiata; *Ann. lib. 1. conf. 36. n. 1. in fine, & conf. 101. num. 2. & conf. 112. nu. 36. lib. 2. Milanens. decis. 181. & cui datur actio, datur retentio. l. 1. §. cui damus ff. de superf. l. inuitus §. cui damus ff. de regul. iur. Rausner. conf. 5. num. 6. lib. 2. Benintend. decis. Bononiens. 77. num. primo, 122 & quousque non fuerint solutæ meliorationes; & expensæ, sententia non potest executioni demandari. *Joseph Ludou. decis. Perus. 34. nu. 17. Sessa Aragonens. decis. 71. num. 1. Franch. decis. 112. nu. 1. l. & si in Are. ff. de condit. indebit. l. in fundi ff. de rei vendic. Capyc. decis. 17. num. 7. Reg. de Ponte decis. 12. num. 9. late scripsit de hac materia quæ retentio rei datur solum*
123 pro expentis necessarijs, & vtilibus l. domum C. de rei vindic. *Menoch. remed. 5. recuperan. poss. nu. 337. l. Domus §. 1. ff. locat. l. Colonus, & l. ex conducto, eod. tit. Gomez. variar. resolut. tom. 2. cap. 3. nu. 2. Molfes. in tit. de Contract. cap. 8. nu. 50. Ant. Faber. definit. 50. C. de locat. non autem pro voluptarijs factis ad ornatum rei, & causa delectationis, DD. in l. in fundo ff. de rei vindic. l. 1. ff. de impens. in reb. dotal. fact. l. certum 22. ff. de rei vendic. Ioann. Andr. de Giorg. allegat. 1. n. 13. quæ expensæ voluptariæ deducuntur non per modum estimationis, sed abrasionis, distal. in fundo; late Alciat. in l. impensa ff. de verb. signif. late Menoch. de hac materia in tract. de recuperan. possess. remed. 15. nu. 30. dummodo meliorationes prædictæ tēpore sententiæ liquidatæ reperiantur vel de proximo liquidatæ, puta si super eis esset facta probatio, vt DD. in l. prætia rev. ff. ad l. falcid. Benintend. decis. 771. Rota Marchie 22. & 56. num. 12. Ann. allegat. 6. Guid. pap. dec. 196. & 348. Ludouif. decis. 14. l. in fundo ff. de rei vendic. Negusant. de Pignor. 4. memb. p. 5. num. 10. Carthar. decis. 15. num. 15. usq. ad 16. & decis. 72. aut de eis constaret ex aspectu, nam tunc bonus iudex, vel debet accedere super faciem loci; vel***

125 mittere expertum, siue Tabularium eligendum *Maluas conf. 111. num. 5. parte citat. & monita num. 6. Bertaz. in tract. de clausul. claus. 20. glos. 19. num. 4. Natta conf. 489. nu. 7. Hyeron. de monte finium regund. cap.*

cap. 32. num. 3. Bald. Conf. 420. num. 4. lib. 1. conf. 463. num. 6. lib. 4. Alex. Raduen. conf. 17 num. 209. 213. lib. 1. Bartaz. conf. ciuili. nu. 57. Munn. de Escubar de ratiocin. cap. 32. num. 21. late Camill. Borrell. conf. 84. nu. 1. num. 5. & num. 6. & nu. 11. & num. 14. sed in S. R. C. obseruatur practica quod electio prædicta fiat præuia bussula facte prius decreto per Iudicem commissarium causæ, quod fiat electio Tabularii, & de iur per ambas partes lista suspectorum ad illas taxandas, & appretiadas, adhuc impediret exequutionem sententiæ, prout late diximus in cap. 12. nu. 51. cum pluribus seq. Ann. conf. 43. num. 15. lib. 1. refert decis. Sac. Reg. Conf. factam in anno 1592. In causa Magnifici Hectoris Galeota cū Fabio Gesualdo, Aduarius Romanus, Crauett. conf. 408. volum. 3. Bursat. conf. 60. par. 1. Caualc. decis. 44. num. 67. par. 1. Bal. in l. 1. num. 28. C. de fruct. & lit. exp. & ita seruauit S. R. Conf. Neap. Afflict. decis. 203. num. 8. Capyc. decis. 17. Fab. de Ann. Reg. Confil. in conf. 43. lib. 1. per totum, si ve-

126 rō non sunt liquidatæ, & tunc non impediunt exequutionem sententiæ, sed Iudex potest ordinare, quod præstita cautione de soluendo prædictas meliorationes exequatur sententia, Sess. Aragon. decis. 61. num. 11. Caualc. decis. 28. nu. 6. Pute. dec. 471. lib. 2. Ricc. collect. 150. Fræch. decis. 112. nu. 17. Landereb. Imol. conf. 151. nu. 7. prosequitur Galleffus de obligatione Camerali par. 4. q. 2. num. 14. vers non tamen erres Fabius de Anna conf. 43. num. 8. & 10. Marzar. in epitom. de fideicommiss. Capyc. decis. 17. nu. 7. & 9. Ioannes Baptista Costa de ratione rata q. 81. nu. 13. ubi refert Vincent. de Franch. d. decis. 112. eundem refert, & sequitur Intrigliol. decis. 1. num. 2. & 3. & post eum tradit Maria de clausulis part. 1. claus. 369. prosequitur Marefcot. lib. 2. var. resolut. cap. 112. num. 21. Limitatur prædi-

127 cta non dari retentionem pro meliorationibus emphyteutæ, qui priuatur re emphyteutica propter culpam, vel Canonem non solutum, nam tunc pro meliorationibus, non habere retentionem, cum illas amittat, Franch. decis. 191. & nos suo loco de hac materia diximus, Guid. Papa decis. 171. & 174. nu. 3. Paris de re integr. fol. 50. col. 1. vers an si dominus, & fol. 52

128 num. 34. Limitatur & secundo in feudatario, qui propter delictum, vel feloniam priuatur feudo, nam tunc amittit meliorationes, Guid. Pap. decis. 199. Limitatur, & tertio in colono, qui cecidit à re conducta propter Canonem, & pensionem non solutam, Iaf. in l. 2. num. 28 C. de iur. empb. Menoch. ubi supra de recup.

remod. 15. num. 551. per tex. in l. dominus orreorum §. 1. ubi Bart. ff. locat.

130 Extendunt tertio in exceptione compensationis, Iquod per fictionem iuridem est, ac soluere, & compensare, l. Iulianus ait ff. de condit. & demonstrat. l. solutionis ff. de solut. Menoch. in tract. de presumpt. lib. 3. presumption. 48. num. 35. Soccin. iun. conf. 79. nu. 6. lib. 3. Mascard. in tract. de probat. conclus. 334. num. 2. Panciroli. conf. 10. nu. 8. Surd. in tract. de Aliment. tit. 3. quaest. 7. nu. 21. Turret. conf. 10. nu. 2. lib. 1. Capbat.

131 conf. 374. nu. 44. lib. 3. Doctiff. Giurba in consuet. Messan. cap. 9. glos. 9. num. 3. Reg. de Ponte conf. 13. num. 4. lib. 2. Munoz de excubar in tract. de ratiocin. cap. 14. nu. 16. par. 2. Caribar. decis. 93. num. 14. & 18. Bim. conf. 209. nu. 1. Garbanet. de condit. & demonstrat. par. 2. cap. 4. quaest. 3. nu. 4. l. si debitor ff. qui potior. in pigno. habeat. Conar. in cap. quauis pactum, de pact. in 6 §. 4. num. 9. vers. quod si aliquis part. 1. Sess. Aragon. decis. 88. nu. 3. & Franch. decis. 527. dixit quod

132 si expresse non opponatur huiusmodi exceptio, ipso enim iure fit compensatio aduersus sententiam transactam in rem iudicatam, Affl. decis. 101. Franch. decis. 4. num. 7. Ludou. à Peguer. dec. 175. num. 1. Rim. conf. 209. num. 2. Sebast. Medices in tract. de compens. nu. 25. & quaest. 31. nu. 9. par. 1. Mangon. decis. Florent. 42. nu. 8. Surd. decis. 191. num. 7. Marefcot. variar. resolut. cap. 12. nu. 52. lib. 2. Regens de Ponte decis. 75. volum. 1. num. 8. Viuius in si. u. communi opinion. num. 114. Riccius collect. 1357 Muscatell. prax. Sac. Conf. Neap. lib. 2. part. 3. glosa serua nu. 125. Paris. conf. 121. vol. 1. num. 18. Rota diuens. decis. 253. num. 3. & decis. 257. num. 5. lib. 2. par. 3. & decis. 708. ead. par. lib. 3. & potest admitti in secundo iudicio, Mangon. decis. Lucens. 26. nu. 37. Surd. conf. 226. num. 11. & uita decis. 12. n. 21. Caluol. late in prax. §. exceptiones contra libelli, conclus. 1. num. 56. & in Actu exequutionis, Cappell. Thol. decis. 92. & in addit. & decis. 273. Alex. conf. 94. & conf. 61. lib. 3. Bal. in l. exceptionem C. de probat. & in l. peremptorias. C. que sentent. reser. non poss. Felyn. in Cap. cum inter, col. penult. de except. Alex. conf. 12. n. 12. & seq. lib. 2. dū modo quantitas compensanda sit liquidata, vel de proximo liquidanda, Menoch. de arbitr. iudic. casu. 15. num. 12. Caualc. decis. 35. num. 14. Perus. decis. 15. Gratian. discept. forens. cap. 486. num. 32. Marant. distinct. 6. num. 3. Burg. de laudim. par. 3. inspect. 8. nu. 9. Martie. de tacit. & Ambig. conuent. lib. 22. sit. 27. num. 68. vol. 2. Mascard. de probat. conclus. 334. num. 56. Surd. decis. 184. num. 6. Cardin. Seraph. decis. Rota Rom. 1455. num. 4. Alex.

Trentacinq. variar. resolut. lib. 3. tit. de compensat. resolut. 1. num. 21. Intrigliol. conf. 8. Socc. regul. 85. Ann. allegat. 80. num. 4. lib. 2. Cam. riuu 9. num. 13. Muta ritu 100. num. 24 Menoch. tract. de arbitr. iudic. casu 14. Sebastian. Medic. dicto tract. de compens. par. 1. quaest. 13. num. 1. DD. in l. fin. & in l. si constat C. de compensat. Affl. decis. 121. Thor. in compend. decis. verbo compensatio.

Cuius occasione deuenitur ad difficile dubiū utrū meliorationes per emptorē, & possessorem in iudicio assistentia hypotecario esse compensandas cum fructibus perceptis post sententiam assistentia, & quid in lite contestata.

133 Quod compensatio facienda sit ipso iure, & in quibus casibus latè dictum est in cap. 4. num. 81. verum nulli dubium est ipso iure fieri dixit *tex. in l. sumptus 49. ff. de rei vindicat. ex illis verbis etenim compensatio admittitur superfluum fructuum meliore preadio facto Dominus restituere cogitur, cum quo concordare videtur *tex. in l. emptor. 67. ff. eodem l. super 16. de euictionibus, ibi (impensas quas ad meliorandam rem vos erogasse confiteris habita ratione fructuum restitui vobis iubebit.)**

134 Quæ quidem compensatio etiam si ab homine non proponatur à lege ordinata est fieri ipso iure *intra textum in in l. si constat iuncta glossa, & ibi DD. C. de*

135 *compensat. vel si reperiretur actoris replicatio prout est in impensis gratia fructuum colligendorum tunc fit iuxta tradita per Capicium in decis. 93. num. 13.*

136 Difficultas huius quaesiti consistere videtur à quo die facienda sit compensatio, à die litis contestatae an vero à die sententiae.

Si enim attēdimus contestationis diē certe omnes possessores licet antea in

137 bona fide versabantur tamen ex eo die efficiuntur pares cum male fidei possessoribus imo, & cum prædonibus egregie dixerunt DD. in l. sed & si lege 28. §. si ante ff. de petit. hered. & in l. si homo ff. de rei vindicat. l. Certum C. eod. expressè etiā in l. 2. C. de fructibus, & lit. expens. & hoc procedere dixerunt DD. in iudicio rei vindicationis.

In iudicio autem hypotecario reali obstare videtur *textus in l. habere licere ff. de euictionibus l. bone fidei ff. de acquirend. rerum dominio ex illis verbis (bona fidei emptorem non dubie percipiēdos fructus etiā ex re aliena suos interim facere) & in l. si quis fecit 25 ff. de usuris, in quo dixit iurecōsul. (bone fidei emptor, quod percipiēdos fructus intelligi debet quamdiū fundus non fuerit euictus, nam & seruus alienus quem bona*

fide emero, tam diū uti ex re mea acquiris quamdiū euictus non fuerit.) Ex quibus textibus satis clare colligitur spectandum esse tempus totalis euictionis; quod haberi nullo modo potest in lite contestata.

Attamen cum dispositio prædicti textus ex diametro obstet decisioni alterius textus in *l. qui bona fide 23. de acquir. rerum domin. ibi, expresse iure consultus statuit non solum spectandum esse initium emptionis factæ bona fide nam si possidente cæperit, scire rem ad alium pertinere siue titulo hypotecæ siue quocumque modo constituto in mala fide tenetur ad fructuum restitutionem ex illis verbis.*

Quæstio in eo est utrum spectemus initium an singula momenta quæ iura cum videantur inter se contraria stādum est expositioni interpretum circa eorum concordiam, & intelligentiam.

138 Quiquidem interpretes licet inter se varias sententias atque sententias in iure referat quas videri poteris apud *Couarr. var. resolut. c. 3. nu. 7. qua contrarietate posita verba doctissimorum interpretum transcribam, & sunt hæc (sed ab his libenter ego quaesierim, possessor hic potest ne facere fructus suos cum Vulpianus hic manifestæ, & palam scripserit, ut dicta l. qui mihi bona, bonam fidem initio possessionis non sufficere, sed singulis momentis desiderari, ut fructus suos possessor faciat) hæc Couarr. & text. in d. l. qui mihi bona loquitur in emptore, & in seruo empto.*

Deinde vero subdit idem Couar. (Ego sanè id ingenuè fateor mihi certum esse alicuius fundi possessorem teneri ad restitutionem fructuum quos à die male fidei perceperit eodem modo quo tenetur si male fidei possessor fuisset *probatur ex d. l. qui mihi bona ex lege bone fidei*) & in hac opinione residere videtur *Couarr. quam firmat autoritate Io. Coppi in tract. de fructibus lib. 2. tit. 4. cap. 5.*

Cum qua opinione S. C. non desinit iudicare contra tertium possessorem, & bone fidei emptorem esse lequestrados fructus rei super qua petitur assistentia per hypotecarium creditorem, de qua decisione testatur *Præses Merlinus lib. 1. controuers. cap. 24.*

Qui idem *Couarr. variarum resolut. c. 8. num. 4. in isto articulo hæc formalia verba posuit quas etiam referre vidi à doctissimo Domino meo Donato Antonio de Marinis in disputatione huius articuli in cap. 155. num. 5. in suo variarum,*

ibi

ibi (quemobrem iustus erit in hac contro-
uersa à Iudicibus definiri rem ipsam cum
eisdem meliorationibus restituendam credi-
tori agenti hypotecaria modo prius creditor
possessori soluat meliorationes quatenus res
ipsa facta est pretiosior compensatione harū
meliorationum admittenda cum fructibus
post liti contestationem) ut in d. §. in vendi-
tione non autem cum perceptis antea.

Ex qua doctrina omnes difficultates,
quæ in hoc articulo occurrere poterāt
sublatæ censentur.

Attamen non clariori intelligentia
dixit Hispanus Io. Garzia in tract. de expēs.
& meliorationibus cap. 23. sub tit. de com-
putatione expensarū, & meliorat. cum fruct.
à nu. 15. vsque ad 19. inter tract. com. 17. vbi
absolatè standum esse dispositioni text.
in l. qui bona fide 23. ff. de acquirend. rerum
dominio puta in emptore quoad perci-
piendos fructus non esse spectandum
solum initiū emptionis bona fide factæ
139 sed singula mōmenta in quibus eadē
bona fides persistat adeo quod à tempo-
re quo sciuerit rem ad alium pertinere
siue hypoteca siue alia actione ex eo tē-
pore cogi ad restituendos fructus.

Cui textus dispositioni nō repugnant
verba Iureconsulti in dicta l. quis scit 25.
ff. de usuris, quoniam verba illa iure consulti
in dicto textu prolata ibi (Bonæ fidei emptor
quod percipiendos fructus quamdiū fundus
non fuerit euictus) intelligenda adeo sunt
quamdiū ad notitiam emptoris perue-
nerit fundum esse euincendum ex scri-
pturis, & probationibus iam factis exhibi-
tis, nam ex eo tempore quorem sci-
uit ad se non pertinere tunc fundus eui-
140 ctus dicitur ex quo sequitur quod facta
publicatione, & conclusione in cau-
sa emptor bonæ fidei cōstituitur in ma-
la fide quam opinionē tanquam equio-
rem, & veriorē Sacrum Consiliū
sequutum fuisse testatur Afflic. in decis.
59. Illustris Marchio Torell. lib. 1. decis. 65.
nu. 9. & 8.

Quæ quidem doctrina Ioan. Garziz
optima ac indubitabili ratione munitur
nam multa sunt iura dictantia quod ad-
uersus venditorem agi de euictione per
emptorem non possit nisi euicta re iuxta
textum in l. euicta re 16. ff. de euictio. l. 4. ff.
de actionibus empt. quæ quidem iura de-
clarata fuerunt tunc dici rem euictam
vbi simulatque constiterit rem esse euin-
cendam, ita textus in l. emptorem 12. ff. de
action. empt. in illis, quia manifestum fuit
noxium seruum fuisse nihilominus, vel ex
stipulatu, vel exempto agere posse, ad quod
rogo videndum glosa eiusdem verbis.

in dicto verbo posse, & sic videtur quod
textus d. l. qui scit, respectū habuit, vt fru-
ctus faciat suos emptor quousque non
fuit euictus fundus idest quousque ipse
emptor agere possit de euictione ad re-
cuperandos nedum fructus, sed etiam
omnia damna, quam opinionem Ioan.
Garz. firmavit etiam Harth. Pistor. lib. 4.
quest. 17. in fine, quandoquidem tunc
emptor agere potest cum manifestum
apparet fundum euinci posse, quia tunc
dicitur euictus.

Quæ quidem omnia licet per inter-
petres adducta loqui videntur contra
141 bonæ fidei emptorem in iudicio ta-
men reuendicationis eadem amplianda
esse puto in iudicio hypotecario ex tra-
ditis per D. Donatum Antonium de Mari-
nis lib. 1. cap. 155. num. 5. in fine, ibi, quod
inter vnū iudicium, & alium nullam adesse
differentiam, & proinde quod disponitur
in vno disponi etiā debet in alio, prout
etiam firmat Statil. Pacific. de interdicto
Saluiano inspect. 2. cap. 2. num. 175. & vide-
tur, quod opinio ipsorum fundetur ex
textu in l. fundus 16. §. in venditione ff. de
pignor. vbi voluit Iureconsultus, quod si
possessor contentus iudicio hypoteca-
rio condemnaretur tantum in id, quod
deberetur ad quid prodesset in rem
actio.

Denique secundum aliquorum do-
ctissimorum Doctorum tenentium bo-
næ fidei emptorem in iudicio hypoteca-
rio teneri ad fructus restitutionem post
sententiam assistentię decursos non ve-
ro à die liti contestatæ ex dispositione
textus in l. fin. C. de iure dom. impetrando,
in quo textu disponitur, quod post pro-
latam Principis sententiam super re hy-
potecata dominium illius spectare ad
actorem qua de re fructus deinde decur-
sus tenetur possessor actori restituere,
vti domino iam per sententiam cogni-
to licet non sit sequuta effectualis tra-
ditio prout sufficit in iudicio reuendi-
cationis liti contestatio vel publicatio.

Quam opinionem vti equiorem, &
rationabilem non desinam sequere, pro-
vt sequutus fuit Oratius Palumbus Do-
minus meus, & meritissimus Aduoca-
tus primarius in patrocinio quamplurium
causarum, & secundum ipsam opinio-
nem victoriam in S. C. semper obtinuit,
prout per multas decisiones eiusdem
S. C. & præcipuè duas in causa Ioan. Ca-
milli de Apice contra Alexandrum Pez-
zillum patrocinante Consiliario Cara-
uita, tunc Aduocato quas affert Dona-
tus Antonius de Marinis in loco supra

- citato alias duas obtinuit idem Doctissimus Palumbus, in quibus interfuit vti Aduocatus vna in causa creditorum, Iosephi de Martino contra Camillam de Martino, & eius filios tertios possessores ad relationem Marchionis Ramontis eo tempore Regii Consiliarij, in qua ex professo degustatus, discussus, ac tritulus fuit articulus predictus prauio decreto, quod partes informet super articulo predicto, & deinde decisum meliorationes esse excomputandas, cum fructibus decursis post sententiam, & in ea causa meliorationes fuerunt deductæ & probatæ, ante sententiam, & decisum esse liquidandas, vltra alias sex decisiones in alijs Europæ Senatibus quas affert Donatus Antonius de Marinis in d. cap. 159. num. 5. & sic introducta fuit consuetudo iudicandi in articulo predicto Coccin. dec. Rot. Rom. 137 nu. 28. Puteus dec. 276. lib. 9.
- In materia emphiteutæ DD. scribentes Peregrinus de fideicommiss. art. 50. n. 67. Valsc. de iure emphiteut. quaest. 15. Couarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 8. num. 4. vers. proxime quaestion. Negusant. de pignoribus 4. membro 5. part. num. 20. Cardinalis Tuscus conclus. 490. lit. F. num. 86. & 89. Franchis decif. 705. Surdus decif. 282. num. 30. Afflic. decif. 87. nu. 7. & 56. Capicius decif. 93. nu. 10 Gamma decif. 364. Anton. de Amato variar. resolut. resolut. 14. per totam.
- 142 Ampliatur quarto, in alijs exceptionibus, quæ opponi possunt etiam post sententiam, & executionem illius impediunt, & sunt illæ, quæ non in totum enervant sententiam, sed modificant, prout est exceptio ne quis conueniatur,
- 143 & exigatur, nisi in quantum facere possit, de qua exceptione latius dictum
- 144 est in Cap. 2. Exceptio inuentarij, vt Bart. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. DD. in l. ex aduerso §. fin. ff. solut. matrim. & Bal. in l. exceptiones col. penult. vers. sunt quedam ff. de probation. ubi Castrensis. conf. 166. in antiquis. conf. 167. col. 4. vers. sed si queritur, lib. 2. Marant. in suo speculo aur. in 9. memb. iud. de except. num. 7. Brun. Arim. in tract. de cession. honor. quaest. 20. quaest. principal. nu. 27. Corne. conf. 147. Sacc. conf. 242 nu. 7. lib. 2. Bald. conf. 219 lib. 1. in nouis, incipiente statuto Ciuitatis, & in Antiquis conf. 189. lib. 3. Anchar. conf. 6. Boer. decif. 53. Cappell. Tholos. quaest. 321. Boer. decif. 43. Roland. à Vall. conf. 78 lib. 1. Phanuc. in tract. de inuent. part. 3. num. 2 fol. mibi 484. cum illa modificet sententiam.
- 145 Hæc omnia limitantur quando iudex tempus Reo opponendi omnes exceptiones, tam peremptorias, quam
- dilatorias, vel anomolas statuisset, tunc ea non poterit in executione, proponi, Cappell. Tholos. quaest. 322. Giud. pap. decif. 571. Ioan. dilect. in tract. de arte testandi sub rubr. de acquir. hered. in caut. 9. m. 2. Bal. in l. ab executione, nu. 15. vers. sed dubitatur de beneficio C. quo appell.
- 146 Secundo limitantur quando ante sententiam inuentarij exceptio apponita, & reiecta fuisset, quo casu hæres repellitur, si iterum eam proponere voluerit, Alex. in l. ex diuerso, §. si in iudicio, col. 2. vers. secundo limita, post Bar. & Dyn. ibi per eum sic limitantes, per tex. in l. quod si in diem, §. si rationem, ff. de compensat. Brun. in dicto tract. de cession. honor. in dicta quaest. 20. 4. quaest. principal. num. 27. & ita sentit Montic. in tract. de inuent. in verb. Except. inuentar.
- 147 Et licet contra instrumentum, & debitum factum in forma Camere regulariter nullam admittatur exceptio præterquam exceptio falsitatis solutionis, & pacti de non petendo, Cassador. decif. unica de mut. petit. Galles. in tract. ad formul. Camer. obligat. quaest. 1. par. 4. Rot. Collecta à Farinac. in decif. 86. & in decif. 123.
- 148 tamen exceptio Compensationis opponi potest, etiam post sententiam l. 1. & ibi Bal. C. de compensat. l. si debitor. ff. qui pos. in pign. habeat. DD. in l. 1. C. de iur. & fact.ignor. Marc. Ant. Blanc. in tract. de compromiss. in tit. de except. compromiss. q. 4. num. 8. pag. mibi 194. & etiam aduersus executionem instrumenti in forma Camere, Cepoll. cautel. 121. Astx. conf. 12. num. 13. lib. 2. Felyn. in Cap. cum Ion. de fid. instru. Guid. pap. decif. 171. Surd. decif. 191. Cornazan. decif. 94 num. 10. Carpan. ad statum Mediolan. cap. 42. num. 173. lib. 1. Muta in ritu sicilie, ritu. 110. num. 24. Turret. conf. 85. lib. 1. Rebuff. de litter. obligat. art. 1. glos. 9. num. 39.
- 149 tom. 1. cum sit species solutionis, Guid. pap. decif. 567. num. 1. Doctiss. Giurba in con-
- 150 suet. Messan. cap. 9. glos. 9. par. 1. num. 4. Ricc. collect. 300. Doctiss. March. Torell. Reg. Capit. Latr. dec. 82. nu. 27. & 28. Reg. Rouit. in pragm. 1. num. 28. de Cersib. & respectu liberationis debitoris æquiparatur verè solutioni, Auendan. de exequend. mand. par. 1. cap. 17. num. 7. fol. 115. Muta decif. 34. nu.
- 151 20. Aldouin. conf. 70. nu. 138. vbi expressè dixit plus operari compensationem, quam solutionem, Aldouin. vbi supra nu. 139. Gratian. discept. forens. cap. 728. num. 9. Bimb. conf. 255. nu. 11. Flam. de Rubeis conf. 45. nu. 4. lib. 2. Surd. conf. 562. nu. 12. Alex. Picus decif. Lucens. 48. num. 45. Seraph. dec. Rota Rom. 302. num. 4. Giurb. vbi supra, Menoch. de presump. lib. 3. presump. 142. nu. 1.

Turret. conf. 49. num. 37. lib. 3. dicit esse ve-
ram solutionem, allegat Marc. Ant. Bel-
lon. decis. 213. num. 2. Gratian. discept. forens.
cap. 105. nu. 5. Ludouif. decis. Rota Rom. 342:
nu. 5. Cartar. decis. 77. dixit quod forma-
 152 *litatem actus, esse propriam solutio-*
nem secus verò quo ad effectum, nu. 27.
quia tunc dicitur facta solutio, Bal. in
Rub. Cod. de compens. Milanens. dec. 2. nu.
45. lib. 2. Surd. conf. 82. num. 4. conf. 121. nu.
56. Menoch. de Arbitr. iudic. casu 14. nu. 3.
Perusin. decis. 15. num. 9. Intrigl. de censib.
quæst. 22. nu. 4.
 153 *Et hoc limitari aduersus obligatio-*
nem penes acta, vel quando fuisset præ-
sentatum instrumentum liquidum se-
cundum formam ritus, Mag. Cur. Vic.
Neap. & istud per doctrinam Bal. in l. in
ea C. de Compensat. ea ratione quia ultra
 154 *iuramentum, quod excludit compen-*
sationem: adest statutum, siue Prag.
do liquid. instrum. ubi Reg. Rouit. determi-
 155 *nat, quod nisi facta integrali solutio-*
 156 *ne, cum per dictam pragm. sint sub-*
latæ omnes exceptiones, solum excep-
tio solutionis, vel satisfactionis in pron-
tu producta admittitur, Modern. Bar-
zium in tract. Guarent. in 8. col.
 157 *Et quæ diximus in obligatione Ca-*
merali aduerte, quod aut creditum
quod quis compensare intendit, super-
uenit post promissionem iuratum de
soluendo, secus si præcessit, quia tunc
non admittitur compensatio, Surd.
conf. 246. num. 15. lib. 2. Bursat. conf. 106. nu.
1. lib. 1. Galef. ad quartam partic. oblig. Cam-
quæst. 2. num. 6. & 9. ratio diuersitatis est,
quia cum quis promisit medio iuramē-
to soluere, tempore quo, iam ipse erat
 158 *Creditor videtur se obligasse ad non-*
compensandum, & videtur sibi præ-
iudicasse, & huic iuri petendi compen-
sationem renunciasse Gratius conf. 121.
secus si debitum postea sit contractum,
quia tunc censetur illud fuisse animo
compensandi, cum iuramentum intel-
ligatur rebus sic stantibus cap. quem ad-
modum de iur. iur. Paris. conf. 121. n. 4. lib. 1.
 159 *Exceptio autem Compensationis*
differre videtur ab alijs exceptionibus
reliquæ vero exceptiones propositæ in
iudicio actionem elidunt, vt in l. si vnus,
§. pactus ne peteret ff. de pact. neq; eam
perimunt, quousq; sententia lata fuerit
in fauorem excipientis, vt tenet Bar. in l.
Julia, num. 34. ff. de conu. in debit. ea est
natura exceptionis compensationis, vt
vbi primum opposita sit, ipso facto de-
bitum extinguit, & consequenter etiam

actionem, antequam feratur sententia,
vt in §. bone fidei, instit. de Allion. l. fin. C. de
compens. notat Bar. in l. si plures, num. 4. ff. de
fideiussor. Bal. in l. si constat, num. 3. C. de
compensat. Affl. decis. 122. num. 2. vbi dixit
Compensationem fieri ipso iure, absq;
facto hominis, & sic fuisse decisum per
Sacr. Reg. Consil. Neapol. pro vt alio
loco diximus.
 160 *Sed contrarium tenet Vincent. de*
Franch. in decis. 527. nu. 3. Compensationem
non fieri ipso iure: sed parte op-
ponente, & approbante per iudicem,
per tex. in l. si constat C. de Compens. vbi
Bal. & Salic. Socc. conf. 10. coll. 8. & sequent.
l. si mater C. de suis, & legit. hered. cum re-
gulariter compensatio non fit ipso iu-
re, absque facto hominis, Socc. conf. 17 lib.
3. coll. 2. post Bar. in l. verum ff. de compensat.
Dec. conf. 138. colum. 2. etiam si in iudicio
pronatur, Bal. conf. 33. vol. 1. Aret. in l.
qui Roma in princip. ff. de verbor. obligat. &
ea proposita debet illam approbare, per
tex. in l. fin. autem §. fin. ff. de negot. gest. &
super ea pronunciare, §. in bona fidei inst.
de action. vbi Ias. Tyndar. in tract. de com-
pensat. in 6. vbi latissime Guid. Pap. decis. 171
& conf. 111. vol. 4.
 162 *Sed in hac disparitate diuisionis ad-*
uerte, quod decis. Vincent. de Franch.
 163 *proposita ab homine, quia lex quo ad*
sui ortum compenset ipso iure, tamen
quo ad effectum, & executionis actus
 164 *debet opponi à parte; cum lex nihil*
operatur in executione actus, l. 2. ff. de
compensat. & l. ex causa C. eod. & in decis.
Franch. 527. Imo & cum hac opinione
videtur transire meritiſsimus ac doctis-
ſsimus Reg. March. Torell. Capyc. Latr. in
suis doctisſimis decisionibus decis. 25. vbi di-
 165 *xit nunquam fieri compensationem*
ipso iure; nisi ab homine fuerit proposi-
ta; Rota Genuens. 16. nu. 19. Ricc. collec. 1183.
Moedanus decis. 8. Benintend. decis. 37. &
quando Affl. in dicta decis. 121. dixit fieri
ipso iure, debet intelligi statim facta op-
positione; & non antea, Surd. decis. 117.
num. 5. & decis. 161. num. 1. Costa de retro-
tract. cap. 9. cas. 4. num. 4. Rationem assi-
gnat, quia compensatio consistit in vo-
luntate. Et facultas compensandi, ante-
 166 *quam opponatur competit tantum in*
potentia, & habitu, & ideo non potest
attendi, nisi postquam sit in actu de iu-
da, Surd. decis. 117. Guid. pap. decis. 221. Ro-
ta decis. 24. alias 295. de appellat. in antiquis,
Mangon. decis. Florent. 5. hanc eadem sen-
tentiam tenet, Affl. decis. 381. num. 4. in
 167 *ſine, vbi dixit compensationem non*
fieri

fieri ipso iure, nisi ope exceptionis; secundum veram opinionem, *ut l. 1. ff. de compensat.*

- 168 Decisio Afflict. 121. videtur procedere, quando eadem persona, est debitor, & creditor sibi, fit tunc compensatio ipso iure, nec requiritur oppositio.
- 169 vel factum hominis, ideo creditor succedens vniuersaliter suo debitori compensat ipso iure, *Alex. cons. 149. num. 5. & seq. lib. 2. Rota Genuens. decis. 190. num. 16. & nu. 19. Reg. Roit. cons. 60. nu. 2. vol. 1. l. Vranus vers. sed cum duo ff. de fideiuss. l. qui hominem §. si debitorem in fin. ff. de solu. l. 1. §. si autem collegium, ubi Socc. ff. ad Sen. Conf. Trebell. l. licet §. si plures ubi Bar. ff. de procur. Decian. respōso 15. lib. 4. n. 1. omninō cōfunduntur actiones, & omnis hypoteca extinguitur pro vt late examinat Phanus. in tract. de inuentar part. 7. fol. mib. 407. nu. 90. 91. & 92. Alia ratione, potest decisio prædicta Affl. saluari, quia statim quod exceptio compensationis est opposita ab homine, tunc lex operatur, & fit compensatio ipso iure, in casu compensabili, *DD. in dicto §. in bonafidei instit. de Action. & declarat Bald. & alij in dicta l. si constet, Socc. dicto cons. 10. num. 27. lib. 1. Bari. in l. verum ff. de compensat. Ias. in §. bonafidei, nu. 77. instit. de Action. communem dixit, & in tantum fieri compensationem in casu compensabili, quando est opposita, vt non admittatur replicatio, quod compensatio fiet in alio Credito, per *DD. in dicta l. si constet. C. de compensat.* quia non datur compensatio**
- 171 compensationis; Potest etiam saluari dicta decisio Affl. quod compensatio fiet ipso iure ad impediendum cursum vsurarum *Alex. cons. 85. per totum lib. 3. & cons. 196. nu. 3. & 4. lib. 7. Reg. de Ponte cons. 19. num. 4. Franch. decis. 642. late Scacc. de Commerc. & Camb. §. 2. glos. 5. num. 425. Rodriquez de Ann. reditib. cap. 18. lib. 3. nu. 4. qui multos allegat. & Valenzuol. Reg. cons. 78. nu. 47. lib. 1. & obseruari in omnibus contractibus l. inter Tutores 37. ff. de administ. tutor. & in l. postea quam 21. ff. de compensat. & in l. eius C. de solut. etiam si ab homine opposita nō fuerit ab initio, cum enim hoc casu lex ipsa perimat debitum ipso iure, & ad impediendum cursum vsurarum, nō erit opus, vt compensatio ab homine opponatur, *argum. tex. in l. quæ sub conditione, & Socc. in l. Iulianus nu. 10. ff. de cōditionibus & demonstration. nouissime Barboj. in l. diuortio §. ob donationes, num. fin. ff. solut. matrim. quod in tantum supradicta conclusio veritate**

nitetur, vt si facta compensatione à lege ipso iure debitor soluisset illam quantitatem compensatam creditori, posset illam, conditione indebiti petere, aliaratione, quod licet compensatio regulariter non fiat, nisi opponatur ab homine, tamen si in contractu est appositapæna, ad euitandam pænam, vel odio pænz fit ipso iure compensatio, *Curt. sen. cons. 71. in 3. quæsto in fine, Roland. & Vall. cons. 87. num. 28. lib. 1. Dec. cons. 138. col. 2.*

- 172 Sunt etiam non nulli casus in quibus compensatio fit ipso iure, pura Creditor anterior, & hypotecarius, præfertur posteriori creditori, verum si creditor anterior sit debitor sui debitoris, tunc Creditor posterior præfertur per viam compensationis factæ primo creditori, ex quo compensatio fit ipso iure *l. 4. & l. 10. ff. de compensat. Scacc. de Commer. & Camm. §. 2. glos. 5. num. 417. & seq. Ioann. Damian. Gait. de Credit. cap. 4. quæst. 7. num. 355. & seq. ratio est quia contracto hinc inde debito, inter me, & te, fit inter nos compensatio ipso iure sine ministerio hominis, *Tyndar. de compensat. par. 1. art. 6. nu. 47. tom. 6. par. 2. nu. 47.**

Secundus casus, in quo compensatio fit ipso iure, est quando Creditor posset distrahere pignus, *Tyndar. ubi supra nu. 49. & de aliis casibus vide Scacc. ubi supra §. 2. glos. 5. num. 420. cum pluribus seq.*

- 173 Tertio in minore, quod non proposita compensatione, sine non proposito facto ex quo oritur illa, ipso iure inducitur, quia ita iure reperitur dispositum per *tex. satis apertum, in l. minor. 25. ann §. pro gdia ff. de minorib. & secundum veram Bald. doctrinam, in dicta l. si constet, nu. 3. C. de compensat.* quoties id iure cautum reperitur compensatio inducitur, absque aliqua propositione facta ab homine, cum illam ius faciat, & est vna de limitationibus, ad regulam compensationem fieri proposita ab homine.

- 174 Et licet regula sit, quod compensatio proposita ab homine de specie ad quantitatem non admittatur, cum compensatio proposita fit æqualiter, vt supra dictum est, & nihil aliud sit quam debiti, & crediti hinc inde compensatio, vt in *l. si quis ex argentarijs §. rationes ff. de edend tenet Socc. cons. 149. vers. ex quibus inferitur, Angel. cons. 132. Alex. cons. 12. vol. 2. Guid. pap. in tract. de cōpulsor. quæst. 5. l. si conuenerit ff. de signor. act. Socc. cons. 93. num. 23. lib. 1. communem dixit Corn. cons. 230. num. 3. lib. 4. & est ratio, quia in spe-*

specie cadit affectio, quæ non cadit in
 176 pecunia, *Castrens. in l. compensationes, nu. 6. C. de compens. l. in rebus. quid. autem, & ibi glos. ff. commodat. Alex. conf. 62. lib. 5. & conf. 172. n. 5. lib. 6. & in l. diuortio §. ob donationes ff. solut. matrim.* Tamen quando compensatio fit ipso iure & legis dispositione. vt tenet *Alber. in l. filium quem habentem C. famil. Brcisc. col. 5. ante medium cuius sententia firmavit Dec. in Auth. præterea, num. 10. & ibi Fabian. de Monte, num. 47. C. vnde vir. & uxor. per tex. in l. in*
 177 *quartam 90. ff. ad l. falcid. & compensatio, quæ fit ipso iure ad impediendum cursum vsuatarum fit ab ipso principio creationis debiti, non à quo petitur, Socc. Nepos. conf. 47. num. 5. & sequenti lib. 1.*
 178 *sed in vltimis volūtatis in differenter fit compensatio de specie ad quantitatem, quia si testator legat speciem pro quantitate, vel e contra, fit necessario compensatio, quia non regulatur secundum naturam compensationis, Dec. in dista Auth. præterea, Affl. decis. 44. glos. in l. neq. in glos. magna in fine, C. de compens. Otrad. conf. 183. num. 4. Bal. in l. 1. C. de pignor. act. in prima quest. Salicet. Alex. & Bart. in l. diuortio, §. ob donationes, vers. ex hoc glos. ff. solut. matrim. vbi Ias. dixit quod omnes transeunt cum, Bart. in l. diuortio, Alex. conf. 172. num. 15. lib. 6. Negus. de Pignor. 5. membr. 5. par. princip. nu. 213. secus est quando species vsu consumitur, pro vt sunt vestimenta, quæ perinde est ac si daretur pecunia, Bar. in l. penult. §. 1. in princip. ff. solut. matrim. Capyc. dec. 88. nu. 3. & 4. Castrens. in l. si conuenerit. l. 2. num. 5. ff. de pignor. Actio. Cuman. conf. 104. nu. 1.*
 179 *Compensatio de specie ad quantitatem non admittitur quando compensatio fuit proposita ab homine, quod ampliarur in restitutione dotis, cum talis exceptio compensationis, non fit de specie ad speciem, neq. de specie ad quantitatem, Alex. in l. rei iudicat §. 1. ff. solut. matrim. Bal. Nouell. in tract. de dote, in 8. p. priuileg. 1. l. si conuenerit la secunda ff. de pignor. Act. Castrens. conf. 170 in princip. lib. 2. l. si propter fructus, C. de compensat. licet Bald. Nouell. limitat tribus modis, vt in num. 3. cum seq. & in priuileg. 2. d. 8. par. Imo quando mulier esset cō-*
 180 *dēnata ad restitutionē bonorū asportatorū de domo viri, licet compensatio non fit de specie ad quantitatem, non tamen debet consequi dotem nisi bona restituar; quia tenetur exhibere antequam audiatur, l. 1. C. de Grim. expilat. b. redit. quia licet ante quam cōdemnetur, non teneatur de expilatione, tamen se-*

181 *eus est post condemnationem, glos. in dicta l. 1. sic est in salario famulæ dum non fit compensatio, cum rebus per famulam asportatis quia est de specie ad quantitatem, & licet non fit compensatio, tamen denegatur solutio salarii, donec restituat bona prædicta, cum possit compelli ad exhibendum, per tex.*
 182 *in l. fin. C. de expilat. bared. & si in dote non admittatur compensatio de specie ad quantitatem, sed bene de quantitate, ad quantitatem pro vt in l. unica §. Taceat C. de rei uxor. act. Signoroll. con. 49. n. 3. vers. præterea non obstat, & in l. neq. C. de compensat. ampliando prædicta in legato*
 183 *facto pro omni eo, & toto quod pretendere posset, cum non dicatur factum*
 184 *animo compensandi de specie ad speciem, neq. de specie ad quantitatem; vel e contra, Surd. decis. 112. nu. 59. & nu. 62. neq. fit de quātitate ad speciem, etiam consistentem in quantitate, Guid. pap. singul. 293. glos. in l. seruum, vers. vendic. vbi Ias. post alios ff. si cert. petat. non sic est in legitima cum licet minus legitima fuerit relictum cum expressa conditione ne plus petere possit, & ipse legatum absq. protestatione agnosceret nihil sibi præiudicaret, quia eius supplementum petere possit Fab. Turret. in conf. 1. in 1. dubio vol. 2. Surd. conf. 353. num. 33. vol. 3. Peregr. in tract. de fidecommissis art. 36. nu. 8. Dilect. de arte testand. tit. 3. cautela 3. Duen. regula 359. in 4. limit. Ant. Rub. in conf. 43. num. 10. & conf. 69. num. 1. conf. 72. num. 2. Alex. conf. 69 vol. 1. l. si quando §. generaliter C. de inoffic. testam. late examinat Fab. Turret. supra citato qui satis diffusè, & accurate respondet conf. 9. Paris. vol. 1. cum nunquam censeatur supplemento legitime renūciasse per generalem quietationem Boer. decis. 4. nu. 6.*
 Et quod diximus posse fieri compensationem de specie ad quantitatem, intellige de debito excipientis, & sic nomine proprio, non autem de debito alieno, nam pro debito alieno compensatio nō admittitur *Mangon. decis. lucens. decis. 366. num. 1. & seq. Cardin. Seraph. decis. 1214. Ant. Fab. in suo Cod. de compens. lib. 4. tit. 23. definit. 8. & 17. Ricc. collect. 2445. vers. sed nota. Cardin. Tuscb. conclus. 490. nu. 73. litt. C. Menoch. conf. 746. nu. 45. Reg. de Ponte conf. 70. num. 29. lib. 1. Scaec. de com. er. l. Camb. §. 1. quast. 1. num. 450 Fontane. l. pact. nupt. claus. 4. glos. 9. par. 2. num. 62. vbi in pract. papiens. in forma libell. respons. de. in glos. saluis alijs, num. 15. & seq. laza de hac materia, Sebast. medic. in suo tract. de compensat. quast. 14. nu. 1. & seq. par. 2. par. 1. 3.*
 Fe-

Pedrocb. conf. 28. num. 14. Bursat. conf. 106. nu. 2. Soc. sen. conf. 65. in fine lib. 4. Munoz de excubar. in suo tract. de ratiocin. cap. 36. nu. 6. Laur. de Pinu. conf. 156. n. 4. Bardellon conf. 166. num. 11. vol. 2. Cabal. conf. 121. nu. 16. lib. 2. Felix. in suo tract. de societ. cap. 3. num. 67. nisi habeat iura cessa, excipiens contra debitorem agentem, l. eius C. de compensat. de Communi, restatur Sebast. medic. in dicto suo tract. de compens. par. 1. quest. 11. nu. 2. & quest. 43. Soc. in conf. 147. nu. 4. vol. 3. Nat. conf. 101. nu. 16. Rota Genuens. decis. 28. nu. 5. Tyndar. in suo tract. de compensat. num. 53. & seq. Botta conf. 87. n. 20. & sic per dicta iura cessa creditor representat personam creditoris Affl. decis. 163. Cappell. Tholos. decis. 93. Vincent. de Ann. alleg. 80. num. 2. glos. in l. si quis in rem ff. de procurat. quam allegat. Dynus in regula si quis in eius daregul. iur. in 6. & in l. heredi §. nos autem ff. de pact. Affl. decis. 163. in fin. Facchin. controuers. lib. 11. cap. 6. Bilott. de assolut. iuram. lib. 2. cap. 16. nu. 10. Marc. Ant. Bellon. decis. 120. num. 3. Apicell. in suo tract. de Tutamen. pauperum, tit. 4. num. 96. Ricc. colle. dec. 1180. par. 1. vers. item num. debitor. Ricc. coll. 305. vers. limitat. 10. Alexand. Trentacinq. variar. resolu. tit. de compensat. resolut. 1. num. 5. lib. 3. Bim. conf. 209. nu. 4. & conf. 207. nu. 8. & si non representat, vel si non succedat in illius hypotheca soluendo pecuniam priori creditori secundum opinionem relata a Reg. de Ponte in decis. 4. num. 34 tamen habet exceptionem aduersus alios creditores in terminis tex. in l. 1. vbi fulgos. ff. quib. mod. pig. vel hypoth. sol. Anna in suo conf. 4. vol. 1. aliud senserit.

186 Sunt nonnulli casus quod compensatio admittatur de specie ad quantitatem, puta si pater promisit centum filiae pro dote, si relinquat domum, praesumitur relictum animo compensandi, *Imol. in l. si dotem §. si pater ff. solut. matrim. & in l. cum pater §. pater filia ff. de legat. 2. Aret. Alex. Roman. in Authent. praterea C. unde vir. & vxor. l. cum pater ff. de iure dot. & tex. in l. titia §. qui in vita ff. deleg. 2. Peregri. decis. 39. n. 12. vers. secundo respond. in principio.*

Secundo fit compensatio de specie ad quantitatem, quando obligatur ad factum, vel speciem non impleuit, quia in obligationibus facti, succedit obligatio ad interesse, & sic ad quantitatem. *Castrenf. conf. 170. viso punto lib. 2.*

187 Sed aduerte quod licet in obligationibus facti obligatio ad interesse succedat, l. stipulationes, non diuiduntur, §. celsus ff. de verbor. obligat. tamen si super

ipsa obligatione interponitur iuramentum precise promittentem ad factum, 188 obliat per gl. communiter approbatam, in l. si pecuniam ff. de condit. caus. dat. DD. in dicta l. stipulationes non diuiduntur, *Cuma. conf. 182. & hanc esse communem opinionem, dixit Ias. in conf. 9. col. 6. vol. 1. & conf. 41. col. 3. vol. 3. Dec. in cap. 1. extra de iudic. Negas. in tract. de pignor. in 5. par. in 5. membr. col. 9. vers. adde, idein tenuit Bar. in conf. 36. vers. capio ultima loco, lib. 2. Gozad. in conf. 27. col. 2. & conf. 32. col. 2. & in conf. 100. & Alex. conf. 37. col. 3. lib. 2. vbi attestatur hanc esse magis communem, a qua in iudicando non est recedendum, & hanc partem tanquam magis communem, sequitur idem Alex. in conf. 91. 189 col. 2. lib. 2. Ratio est quia promittens factum proprium promississe intelligitur id est se facturum, & curaturum, §. si quis alium instit. de inutilit. stipulat. Cap. ex litteris de sponsal. & per DD. in l. stipulatio ista ff. de verbor. oblig. & ideo si contra fiat, 190 non solum promittens ad penam, & interesse tenetur dicto §. celsus, sed etiam virtute iuramenti potest cogi precise ad factum, DD. in dicta l. si pecuniam, Ant. de Butr. & Abb. in cap. veniens de iur. iuran. Roland. a Vall. conf. 6. lib. 2. num. 32. cum sequenti, & licet (vt supra dictum est) in obligatione facti soluendo interesse liberatur, nam responderi potest, quod dicta opinio procedit, in his quae sunt de Natura primordiali contractus, non autem accidentali secundum Aret. in cap. 1. de iudic. Ias. in l. si conuenerit. ff. de iurisdit. omn. iudic. & dicta l. si pecuniam Marsil. singul. 226. Corset. in dicto tract. de iurament. priuileg. 16. Ripa in l. si insula col. 20. vers. quinta queritur ff. de verbor. oblig. Aym. conf. 102. col. penult.*

191 Tertia nam licet compensatio de quantitate ad speciem non admittatur, sed bene fit secundum estimationem speciei ad quantitatem, ideo mulier habens iocalia mariti compensat cum dote *Signoroll. conf. 49. col. 2. in fine vers. vers. item per respectum.*

192 Quarto quando species est consumpta, tunc fit compensatio cum quantitate, l. si propter fructus C. de compensat. 194 quia de re consumpta debetur aestimatio dicta l. si propter & ibi glos. quod intellige facta liquidatione, l. fin. C. de compens. vel res quae in obligatione esset perempta, *Aret. in l. in rebus §. quod autem ff. commod. Ias. in l. diuortio, §. ob donationes, col. 2. vers. 1. habes ff. solut. matr. glos. in l. rei in verbo pecun. ff. eodem.*

195 Compensatio autem licet inducatur

tur ex credito, vel ex cessione suas habet limitationes, & Primo non habere locum contra depositarium, pro depositi restitutione, *Couar. in sap. quamuis*, §. 196 quarto, nu. 9. de pact. in 6. Secundo limitatur cessare hanc exceptionem compensationis, quando sententia esset lata vigore instrumenti censualis, *Reg. R.ouit. in prapm. 1. de censib. num. 28.* Tertio limitatur non dari compensationem, 197
198 in dote, quia retentio non admittitur cum retentio species compensationis
199 dicatur *Petr. Moliqnat. in tract. de retent. num. 5. Roland. conf. 17. num. 3. lib. 4. Abb. in*
200 *cap. 2. num. 12.* & vbi non datur compensatio cōpetit retentio, *gl. in l. grege §. cum pignori verbo compensatum ff. de pignor. Medic. in tract. de compensat. par. 1. quæst. 28.* nam facilius retentio admittitur quam compensatio, *Petrus Moliqant. in dicto tract. de retent. nu. 6. & 7.*

201 Sed an huic exceptioni compensationis renunciari possit, & procedendum est cum *Affl. in decis. 121. nu. 5.* quod in exceptione compensationis nulla admittatur renunciatio, cum ipsa renunciatio videatur esse contra bonos mores, pro vt dixit *tex. in l. alia §. eleganter*, imo, & contra naturalem equitatem, vt *§. bonæ fidei instit. de Actio. ideoq. propter ipsas rationes motus fuit Sac. Reg. Conf. Neap. ad ita decidendum, teste idem Affl. cit. nu. 6.* cuius decisionis ratio fundatur in his quæ dicta sunt supra, quod iudex ex officio facere debeat talem compensationem, vt dicto *§. bonæ fidei* & in his quæ iudex ex officio facere debet, renunciatio non valet, *dixit Hostiens. in sum. §. verum desiderat de officio iudicis.*

202 Quæ *Affl.* opinio procedendam esse puto in expressa compensationis renunciatione non autem in tacita, cum ferè in dies de tacita practicetur vide-

203 licet, quâdo promittunt partes integre soluere, in tali casu tacita exceptionis compensationis, renunciatio habetur eo quod in hoc tota difficultas consistere videtur, an tali promissioni de soluendo obstet iuramentum.

204 In quâ difficultate absolute dicendum est, non obstare iuramentum cum satis in pluribus supra articulis vis iuramenti, explorata sit cum qua opinione procedere videtur, *Bar. in l. amplius non peti ff. rem rat. haber. sequutus etiam fuit Couar. in Cap. quamuis pactum, par. 1. §. 4. num. 9. cum sequent. de pact. in 6. Neguf. de pignor. in 3. memb. par. 5. nu. 15. Gozad. conf. 32. & conf. 69. Cappell. Tholos. decis. 1. & de-*

cif. 139. Tiraguell. de retract. lignag. §. 3. glos. 3. & 6. Capyc. in decis. 167. num. 4. refert Vincent. de Ann. in allegat. 30. num. 3. sequitur Natta in conf. 54. vol. 1. Roland. conf. 60. nu. 31. lib. 1. Parf. de contract. quæst. 43. Osafo. decis. 92. num. 18. dixit Crass. de except. except. 16. nu. 27. sequitur Bertran. in conf. 44. vers. nemini ergo lib. 1. in nouis Barbat. in conf. 43. vers. & facit quod voluit, lib. 2. de communi opinione testatur Gabriel. in tit. de iure iurand. conclus. 7. nu. 1. vers. con-
105 *traria.* Alia opinio quod per iuramentū excludatur compensatio, *DD.* & iura refert, *Gabriel. citat. qui in fine nu. 1. testatur de magis communi.*

206 Verum quicquid sit *Capyc. in dicta dec. 167.* refert optimam concordantiam harum opinionum, pro qua concordantia distinguit, quod si quis tempore quo iurauit soluere, ortum erat debitum contra eum, qui recipit iuramentum, tunc ipsi exceptio compensationis iuxta denegatur, quia ex ipsa promissione arguitur animum soluendi, & contra ipsum currit opinio relata à *Gabriel. cit. in princip. num. 1. dixit Petrus de Anchar. in cap. ad nostram de iure iur. Bero. conf. 155. num. 27. lib. 2. vbi de comuni testatur.*

Si autem debitum non dum fuerat ortum tempore iuratae promissionis tunc procedit opinio, quod iuramentum nō impediatur quo minus opponi possit exceptionem compensationis *dixit Ant. de Butr. in cap. cum dilectus de ordin. cogn.*

207 Promissiones autem iuratae semper intelligendæ sunt secundum eorum naturam, cum in ipsis semper tacita conditio inest, ne iuxta causa superueniat, post iuratam promissionem, vt late dictum est, *Soc. in dicta l. Iulianus col. ult. ff. de condit. & in ipsis casibus, omnino procedit opinio Bar. in dicta l. amplius non peti.*

208 Quantum verò ad ipsam compensationis renunciationem, attinere videtur in specie dixit idem *Affl. in decis. 381. num. 5. vbi habetur, quod possit per patrem dictæ compensationi renunciare,*

209 ea ratione cum iuri de futuro pacto renunciari possit, vt *Bar. in l. si quis §. quæsitum ff. si quis Cautionib. Alex. in l. 1. C. de pact. quæ quidem Affl. decis. 381. procedit in contractu mutui pro vt eruditissime dixit Crass. supra citat. except. 16. num. 25. cum in illis contractibus fieri possit renunciatio exceptionis compensationis, sequitur *Cumia super ritib. Regni Sicilie,**

210 *cap. 9. nu. 11.* alia autem *Affl. decis. 121. in alijs contractibus procedit pro vt dixit*

B b b Grass.

Grass. ubi supra nu. 24. Capic. decis. 167. late de hac materia scripsit Tindar. in suo tract. de compens. q. 9.

- 211 Secunda exceptio peremptoria, est exceptio iuris iurandi, siue periurij quæ ab agendo repellit. *l. si quis maior C. de transact. specul. in tit. de Actor. §. 1. nu. 16.*
- 212 *Gram. decis. 66. nu. 1. & Affl. decis. 285. in-*
- 213 *currit etiam in pœnam dictæ l. si quis ma-*
- 214 *ior, ibi non solum notentur infamia,*
Ann. Allegat. 8. nu. 3. verum etiam actio-
- 215 *ne priuari, & à iudice non debent au-*
diri, Cauale. decis. 9. num. 21. Menoch. conf.
24. nu. 28. vol. 1. Curt. sen. conf. 65. n. 25. &
impedit litis ingressum, Affl. decis. 63. &
decis. 220. ubi Vrsi. l. num. 20. decis. 30. num.
5. & 6. Capyc. de s. 75. Vrsill. ad affl. decis.
285. num. 4. & illius contestationem Fe-
deric. de sen. conf. 66. cap. 1. de litis contest. in
6 sumptum ex l. 1. §. vlt. ff. ad Tertull.
Signoroll. conf. 138. num. 7 Angel. Aret. conf.
95. cum iuramentum de non veniendo
contra; siue ex conuentione, siue iudiciale,
operatur quod impedit litis con-
testationem, si opponatur in vim dila-
toriz; si verò opponatur in vim perem-
ptoriz inducit absolutoriam, Bal. cõf. 39.
nu. 2. & 3. lib. 3. incipiente proponitur, quia
- 216 exceptio iuris iurandi non dum possit opponi ante litem contestatam, ad declinandam iurisdictionem, sed etiam contra rescriptum Delegati tanquam dilatoria *diso cap. 1. de litis contest. in 6. Federic. de Sen. conf. 222. Geminian. conf. 66. num. 1. vers. quadam sunt, Cuman. conf. 39. num. 3. Vrsill. ad Affl. decis. 63. num. 2. Alex. conf. 17. ponderatis his, 2. col. vers. constat quod actor, scribentes in l. si quis maior, & maximè Dec. C. de transact. & ad hoc vt impediatur litis cursum debet expressè opponi; Carauit. ritu. 199. num. 12. & seq. cum periurus nihil aliud sit, quam libellum ante absolutionem porrigere, Ann. alleg. 83. num. 6. secundum glos. & DD. in cap. debitores de iure iur. Notat Alex. conf. 222. num. 9. latissimè Menoch. conf. 343. num. 47.*
- 217 *vol. 4. & beneficio absolutionis iuramenti, quod iam per contrauentionem spretus est, non potest gaudere, cum peti debeat antequam porrigatur libellus;*
- 218 *Roland. conf. 24. num. 2. vol. 1. cum post libellum porrectum tanquam obtemperata à periuro, erit nulla absolutio Federic. de sen. co. s. 300. Affl. decis. 210. nu. 17. Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 4. num. 4. Et Summo Pontifici tantum de plenitudine potestatis, reseruata est absolutio periurij, Grau. conf. 1. pro genero, n. 7. quem sequitur Tapat. de iure absol. in verbo periurij, ita quod si fuerit obtempta*

ab inferiore non valet, *Franc. Marc. quest. 386. par. 2. Ioseph Ludou. decis. perus. 90. num. 4. Mangon. decis. florent. 1. 9.*

- 219 Hinc est, quod licet pars in beneficiũ cuius est præstitum iuramentum possit illud remittere, *cap. 1. ubi Abb. num. 4. Felin. num. 2. extra de iure iuran. tamen post incursionem periurij nõ potest amplius remittere, Bal. in autent. quod eis in fine C. de nupt. quem communiter sequuntur omnes, vt per Menoch. conf. 24. num. 17. lib. 1. & conf. 343. num. 48. vol. 4.*
- 220 Tertia exceptio peremptoria est exceptio pacti de non petendo, & dicitur exceptio litis finitæ, & elidit obligationem, vt in §. præterea, ubi DD. de excep. voluit, *Bar. in l. si vnus §. pactus ff. de pact. cū sit vna de exceptionibus peremptorijs, quæ perimit omne ius actoris, Muscatell. in prax. lib. 1. par. 4. gl. peremptor ex n. 4 ubi doctiss. Aduocatus primarius Franc. Maria Pratus, Affl. in prax. iudiciar. §. 13. cap. 3. 4. 5. & 6. Speculat. in tit. 1. de except. §. except. 3. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 101. num. 6. & num. 11. cum seq. & num. 58.*
- 221 Ista autem exceptio pacti de non petendo est opponenda in principio litis, nam post sententiam non potest opponi; quia post rem iudicatam, nihil amplius queritur nec remanet agendum, *l. postrem. 56. ff. de re iudic. quod intellige*
- 222 quando pactum factum est ante sententiam, secus est, si factum sit post sententiam, nam tunc poterit post sententiam opponi, *Prag. 47 §. 2. & §. 3. de offic. magistr. iusticiar. & prag. 1. de procurat. ubi Reg. Rouit. & quatuor producit effectus, primo, quia eliditur, & perimitur actio ciuilis, §. præterea in lit. de Action. l. iurisgentium §. quinimo, & l. si vnus §. pactus ff. de pact. & cum in isto primo effectu sequitur secundus effectus, quia producit exceptio aduersus actionem. Tertius effectus est, quod tollit obligationem naturalem, *l. Styrium §. naturalis ff. de solut. l. fideiussor obligatus §. fideiussor ff. de fideiussor. Quartus effectus est, quod ita paciscens obligatur naturaliter ad non petendum, Glos. & Azor. in dicto §. pactus, Muscatell. in prax. cap. 4. in glos. in verbo petendo, num. 9. Riminald. iun. in l. si vnus §. pactus, num. 162. cum seq. ff. de pact. Bal. conf. 345. num. 7. vers. quia ex pacto lib. 1. Tuscb. in lit. P. conclus. 23. num. 2. cum seq. Lanar. conf. 64. num. 24. Aldouin. de Aldouin. conf. 70. num. 102.**

Quarta exceptio peremptoria est exceptio rei iudicatæ, quæ est vna de potentioribus, & proinde *Menoch. de arbit. iudic. casu 439. lib. 2. dicens magnam effe-*
hu.

huius exceptionis auctoritatem, & à Iudicibus satis considerandam, & competit reo quoties ab aliquo conuenitur de aliqua prætentione, super qua iam alias fuit lata sententia transacta in rem iudicaram, quia tunc, pro veritate habetur, *l. res iudicata ff. de regul. iur.* cum sit exceptio litis finitæ, nam ex ea litibus finis imponitur, *Bar. in l. fin. ff. pro suo Surd. conf. 312. per totum lib. 3. l. in hac actione §. quibusdam ff. ad exhibend. Bar. in l. ille a quo §. si de testamento vbi Alex. not. 4. ff. ad Trebell. Afflic. decis. 63. Cum in rit. M. C. V. Regn. Sicil. cap. 42. & 46. & cap. 38. num. 58. Capic. decis. 10. num. 10. Franch. decis. 289. num. 5. Reg. de Pont. conf. 49. nu. 30. & 31. vol. 1. Camil. de Medic. conf. 150. num. 59. & conf. 12. num. 16. Reg. de Pont. conf. 8. nu. 26. & seq. vol. 2. & opposita ante litis contestationem impedit progressum ad vltiora in causis, *Camill. de Medicis conf. 6. num. 3. l. fundi, & l. fundum cum concord. ff. eod. tit. tum de iure communi, tum etiã de iure Regni Neap. de iure communi Cap. 1. de litis contest. in 6. de iure Regni Neap. ut in cons. exceptiones, & in prag. 5. de ord. iudic. impedit dationem termini, quas in Regno importat litis contestationem, ut per Affl. in constit. dilatorias, num. 6. & in pragm. 3. de ordin. iudic. etiam si terminus esset datus in contumaciam,*
235 *Reg. Rouit. in d. pragm. 3. num. 10. & licet sit actus necessarius iudicij de iure communi; non sic est in Regno, & ideo si omittatur nõ reddit processum nullum, Affl. decis. 283. col. 2. vers. de ista nullitate, de alijs imitationibus videndus Ricc. in collect. 402. p. 2. R. Tapia de iure Regni sub tit. de sumar. iudic. & proprio in c. detestantes lib. 3. Virg. Boccac. de interdicit. vti possidet cap. 19. Affl. in constitut. dilationes nu. 6. in fin. lib. 2. & in constit. exceptiones nu. 5. lib. 2. Muscatell. in praxi lib. 1. par. 5. in glos. defendendum num. 2. Carauit. ritu 48. nu. 3. Tappia in suo tract. de iur. Regni Neapolitano rub. 44. in cap. detestantes, hinc est quod*
236 partes non possunt renunciare litis contestationi ratio est quod vbiq. est ordo iuris seruandus, ibi necessaria est litis contestatio partes enim huic ordini, & liti contestationi non possunt renunciari, *Cappell. Tholos. decis. 353.*
237 *Rota decis. 91. & de effectibus litis contestationis, & suis ampliationibus videndus est Gallupp. in sua praxi, tit. de litis contestat. c. 15. fol. mibi 155. Nec est reser-*
238 uanda ad merita causæ sed statim est admittenda, *ut in l. ille a quo §. 1. ff. ad Trebell. l. nam & postea, vbi Bald. in lectura antiqua ff. de iure iur. & in l. 3. S. ibid. ff. ad**

exhibend. Afflic. in constitutione filiationis num. 8. & ita Papiens. in forma respons. rei conuent. §. rei iudicatæ, sub num. 3. optime Muscatell. in sua praxi Ciuil. par. 4. glos. iudicatæ. sub nu. 10. vers. tamen, vbi improbat prauum vsum illorum iudicum, qui sub prætextu quod altioem requirant indaginem ad merita eam recipiunt, & bene idem Auctor in eadem prax. par. 5. glos. reseruatis, sub num. 25. vbi declarat, quando constat impromptu, & D. de Franch. decis. 289. Reg. Valenz. conf. 68. nu. 50. post Afflic. decis. 53. Reg. de Ponte conf. 20. num. 13. Leo decis. Valent. 24. n. 20. Affl. in constit. exceptionem filiationis num. 8. text. expressus in cap. primo de litis contestatione in 6. Hostiens. sub num. 9. Archid. ante num. 4. Anchar. num. 30. Franch. num. 8. vers. & ad prædicta, ibiq; cautelam dat
139 quod opponens se in continenti paratum probare offerat & impromptu dicitur, quando extrinsecam non desiderat probationem, *dicta l. ille a quo, vel non multis ambagibus inuoluta, l. fin. C. de compens. vnde si adsunt impromptu iuramenta, vel scripturæ, quibus fundatur satis impromptu, dicitur probata etiam dubia esset de iure, ex Menoch. de Arbitr. iudic. quest. 53. Muscatell. dicta glos. reseruatis, Marant. in suo specul. par. 6. membr. 9. num. 16. Gum. ritu Sicilia 42. num. 44. &*
240 *Reg. Valenz. conf. 68. num. 52. & 60. & ut hæc exceptio obstet tria in ipsa concurrere debent Intrigl. decis. 3. nu. 157. Camil. de Medic. conf. 150. num. 46. Reg. Carol. de Tapia decis. 3. C. 35. & 36. num. 1. Reg. de Ponte conf. 62. num. 1. & 36. Muta decis. 21. num. 9. Andr. Gayll. pract. Obseruat. lib. 1. Obseru. 70. nu. 17. Consil. Fab. de Ann. conf. 17. num. 1. Anna alleg. 8. nu. 6. adducens text. in l. si cum vno ff. de except. rei iud. & in l. 2. C. quib. res iudic. non nocet. Reg. de Pont. conf. 49. num. 4. & conf. 90. num. 10. & decis. 32. num. 6. plura congerit Reg. Galeot. respons. fiscali 30. num. 32. Reg. Lanar. conf. 34. nu. 15. & 16. videlicet idemptitatem personarum, eundem modum agendi, & quod sit eadem res deducta in iudicio, l. cum queritur cum duob. sequent. ff. de except. rei iudic. cap. fin. de except. in 6. vbi late DD. Ann. allegat. 176. & alleg. 48. Ricc. collect. 1058. par. 4. Bald. conf. 462. lib. 2. Panorm. conf. 50. lib. 1. Socc. conf. 18. col. fin. & cõf. 134. lib. 2. R. de Põe. in sua lect. se ad lect. 19. n. 6. Corn. cõf. 62. vol. 4. & 126. vol. 4. Rui. conf. 71. vol. 5. Ale. in respons. 492. n. 33. Fab. de Anna cõf. 99. per tot. Dec. conf. 6. col. 1. & conf. 45. num. 43. Portius Imoleris conf. 6. num. 17. cum seq. & conf. 172. num. 22. Surd. alias citans conf. 14. nu. 21. lib. 1. & in tract.*

- de aliment. tit. 1. quæst. 126. nu. 5. Ann. conf. 17. num. 1. lib. 1. Camill. de Medic. conf. 16. num. 16. num. 10. & sequent. & per totum Ann. conf. 19. lib. 1. & conf. 99. lib. 2. num. 1.
- 241 & idemptitas personarum debet consistere non in individuo, & à parte rei, sed interpretatiuè, Franch. decis. 179. num. 1. Reg. de Ponte conf. 8. nu. 29. vol. 2. & conf. 153. num. 5. vol. 2. vt de Prælatiis, & eius successoribus, vt de principali, & eius fideiussoribus, vt de emptori, & eius Auctori, l. si à te §. Iulianus ff. de re iudic. tex. in l. in his §. 1. ff. de regul. iur. Alex. in l. sapè
- 242 num. 66. ff. de re iudic. Et eundem modum agendi est nomen magis genericum, & potest sumi pro ipso modo agendi puta proponens aliquid per modum exceptionis si succumbat, & illud postea proponat per modum actionis principaliter, cessat ipsa exceptio, Franch. decis. 289. num. 2. & maximè, si mutetur etiam finis, Ann. allegat. 48. num. 16. & allegat. 8. Dummodo discutatur diuersum ius in secundo iudicio, nam si sit idem ius, quod fuit in primo iudicio, adhuc militare dictam exceptionem, cum modus diuersus non inficiat, quia potest consistere in ornatu verborum, Reg. de Ponte conf. 8. num. 24. vol. 2. Ann. allegat. 8. sub nu. 14. Menoch. de adipiscend. a possess. remed. 1.
- 243 nu. 108. Et quod sit eadem res deducta quæ res etiam est nomen generale, & comprehendere ius corporale, & incorporale, & ideo si de alterutroque agatur adhuc res dicitur, glos. in §. omnium. vbi Ias. num. 25. instit. de action. Reg. de Ponte conf. 49. num. 7. conf. 90. nu. 10. vol. 1. conf. 30 num. 2. & seq. vol. 2. fallit quando obtinuit sententiam pro sorte principali, absque expressione fructuum, seu interesse, si ergo ad fructus, reclamatione pendente, perceptos, certè non obstat prædicta exceptionem rei iudicatæ, Reg. de Ponte decis. collat. 32. Ann. allegat. 113. Secundo
- 244 fallit quando supplicatur Principi non recognoscenti superiorem, quod non
- 245 obstante ista exceptione committat reuisionem causæ, cum clausula ius. & iustitiam faciat, non obstat dicta exceptio, Menoch. de arbitr. iud. quæst. 52. lib. 2. Ricc. collect. 998 par. 4. & Menoch. casu 439. & de alijs fallentiis, vide Ricc. collect. 712. par. 3. Capp. in inuestit. feud. vers. feudorum clausula fol. 93. col. 2. vers. vocat autem, Thomas Triuis. in decis. Venet. 17 lib. 1. Et quod debeat copulatiuè concurrere, adeo vt si vnus ex dictis requisitis deficiat exceptio minimè obstat, Surd. conf. 114. num. 21. & in tract. de aliment. tit. 1. quæst. 126. num. 2. Abb. conf. 50. num. 2. vol. 8
- Dec. conf. 96. & in conf. 455. num. 4. Ioan. 246 de Amic. conf. 111. num. 5. & sententia lata his non concurrentibus non parit exceptionem rei iudicatæ, Bar. in l. 2. ff. de vi honor. raptor. quem sequuntur Socc. Corne. Surd. Ruyn. & alij quos recenset D. Ann. Reg. Consil. conf. 17. lib. 1. n. 36. & singul. 176. Honded. conf. 30. n. 50. Niconitius allegat. 28 num. 37. par. 2. Rebuff. in tract. de except. ex num. 504. & sq. ad 522. Roman. in l. admonendi num. 50 ff. de iure iur. & his concurrentibus obstat prædicta exceptio creditori sciētis, l. sape, vers. sed scientibus ff. de re iudic. & l. iudicata, §. fin. à contrario sensu ibi non admitti, & ibi glos. in eodem verbo admonito, & ibi DD. omnes ff. de except. rei iudic.
- 247 Quinta exceptio peremptoria est exceptio transactionis, & est beneficium, introductum à lege, Ricc. collect. 188. quæ impedit litis cursum, iuxta dispositionem tex. in l. vbi pactum & l. si quis maior. C. de transact. Ann. singul. 140. cum sit vna de potètionibus exceptionibus peremptorijs, quæ perimit litè, imò magis potèti
- 248 tem, cum non possit reduci ad arbitrium boni viri, quia non subiacer arbitrio reductiuo Bal. per illum tex. in l. sub pretextu C. de transact. prout neque per nouas scripturas, & per instrumenta de nouo reperta tractari potest, imò etiam existente læsione vltra dimidiam, non competit aduersus illam restitutio, glo. Synod. in cap. cum causa, extra de empt. & vendit. verbo restituerent, per tex. in l. Lucius §. fin. ff. ad trebell. de illa est cognoscendum, &
- 249 iudicandum ante litis cōtestationem, & antequam datur terminus probatorius, iuxta Regni constit. incipient. exceptiones, iuxta pragm. 5. de ordin. iudic. vbi Reg. Rouit. & de illa cognosci non potest in termino probatorio, vt Affl. in dicta constit. exceptiones
- 250 num. 1. & 2. & in hoc dicta constitutio corrigit ius commune. quia de iure communi opposita exceptione peremptoria erat de illa cognoscendum in termino probatorio, l. exceptionem C. de probat. sed per Regni constitutionem est cognoscendum, & iudicandum de exceptione peremptoria, ante terminum probatorium, etiam quod pars aduersa dicat se velle defendere aduersus talem exceptionem; quia omninò iudicandum super illa, & interim terminus probatorius silet iuxta notabilem decisionem S. Reg. Conf. Neapol. patrocinate Affl. (vt idem testatur in dicta constit. exceptiones nu. 23.) factam in præsentiam Regis Catholici, tempore quo fuit in hac Ciuitate Neap.

251 Sexta exceptio peremptoria est exceptio renunciationis, quæ dicitur exceptio litis finitæ *Barz. decis. 18. num. 13. Bart. in l. postquam lit. C. de pact. ubi Dec. nu. 9.* tradit in nostris terminis *Bernardus Rocca Placentinus in pract. iudi. tit. de except. litis finitæ fol. mibi 305.* & impedire videtur litis ingressum, *Reg. Sanfelix. in sua praxi sect. 44. nu. 8. Afir. in prax. indic.*

252 §. 13. cap. 9. nu. 7. Imo, & imissionem puta renuncians non potest habere imissionem quando incontinenti de non iure illius constat, per oppositionem alicuius interesse præcedentis, vel agnati, per *tex. apertum in l. siis à quo in principio 53. ff. ut in possess. legat. dummodo agnatus in promptu de iure suo doceat, ad exclusionem renunciantis; Roland. conf. 2 nu. 38. vol. 3. & conf. 48. num. 51. vol. 4 Riminal. iun. conf. 352. num. 62. Gozad. conf. 50. num. 20. Mandell Alb. conf. 78. num. 16. vol. 1. Brun. conf. 18. col. 4. Ifern. in cap. 1. §. inter filiam, & §. defuncto si de feudo defunct. fuer. controu Landersch. conf. 133. num. 18. Alciar. conf. 257. num. 4. & sic si*

- 47 Ex ipsa autem renunciatione omnis lis dicitur finita, vt Freccia in d. quæst. 1. num. 36. nec est locus amplius præuentioni vt Tondutus de præuentione iudicij cap. 33. num. 21. & cap. 1. de litis contestat. in 6. Buratt. decis. 307. n. 2 & quod per renunciationem extinguitur omnis lis Egidius Tuscus in litt. L. conclus. 385. num. 7. Cassador. decis. 1. de re iudicat. num. 7. vers. item.
- 48 Nec renunciata ab vno ex contrahentibus amplius ad tale auxilium admittitur, quia vt satis manifesta est regula illa, quod renuncians nullo modo regressum habere possit ad bona, & iura renūciata prout DD. citati eo magis cum inter contrahentes inhumanum sit fidem non seruare iuxta textum in l. 1. C. de pactis, & DD. in l. 1. ff. pactis, ibi pacta absque exceptione seruanda sunt l. si quis iusiurantium C. de rebus creditis, & remittenti suas actiones nullo iure est concedendū regressus ad eas post multa iura alibi citatas Napodanus in consuetudine si quis vel si qua num. 221. Riminald. senior conf. 249. num. 3. Grtian. disceptat. forent. cap. 960. nu. 4. Vincent. de Franchis. decis. 114 num. 4. pro vt ex Aristotile in 1. physicorum ibi, ab ea priuatione non dari regressum quæ est in subiecto in actu quæ est post formam, & quæ remouet formam, & facultatem post omnes scribit Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 3. Et ipsi renunciati omne arbitrium denegandum est, & decipere intendit, qui contra renunciationem venire velit, & semper contra renunciantem præsumendum est, Baldus in l. si quis in conscribendo in 3. notat. sub num. 3. C. de Episcopis & clericis, l. penultima notat. 3. C. de pactis, & renunciatio licet nulla semper in præiudicium renunciantis accipitur Hieronymus Buttigella in repetitione l. postquam liti 13. C. de pactis Paris. de resignat. benefc. lib. 7. quæst. 1 n. num. 22. & num. 28.
- 51 Fortior redditur eius renūciatio præuentionis quando facta fuit per pactum de non præuentione, nam est maioris efficacitæ & includit prohibitionem, ne debitor se defendat non deficiunt enim DD. scribentes quod in pacto de non op-

- ponendo includatur etiam pactum de non præuentione, prout Giurba decis. 44. Milanens. decis. 7. num. 2. lib. 2. Consta conf. 24. num. 60. & conf. 36. num. 17. Grassus de exception. in pralud. n. 256. Anton. de Vigil. de legit. pers. in pralud. n. 107. in fine Cartarius decis. exequut. Rota Ianuens. 2 num. 11 Petrus de Gregor. de cens. quæst. 10. nu. 10.
- 52 Nec obstat si fuerit renunciatum, etiam per pactum de non præuentione quandoquidem cessat renūciatio quoties cessat via exequutiua vt in puncto probat Anton. de Amato resolut. 36. n. 23.
- 53 Nec obstat renunciationem neque pactum quotiescumque euidenter constat instrumētum siue obligationē esse factam sine causa & non obstante pacto de non præuentione vt Grassus de except. except. 46. nu. 20. Marius Burgius in tract. de laudem. part. 3. inspect. 40. nu. 9.
- 54 Cōceditur pupillo minori, & alijs priuilegiatis personis præuentione non obstante pacto, & renunciatione quotiescumque in promptu id euidentissimè constat prout scripsit idem Grassus excep. 38. num. 2. attestando Garsiam Mastrell. in addit. ad Petrum de Gregor. in tract. de censibus quæst. 9. num. 35. vbi Menoch. in conf. 506. per totum, Milanens. decis. 7. lib. 2. d. num. 10.
- 55 Conceditur etiam quando euidentissimè constat de metus exceptione cum nullo modo tali exceptioni metus renunciari non possit, prout latius supra dictum est addendo Grassum citatum except. 11. num. 80. attestando Anna allegat. 114 num. 6.
- 56 Conceditur etiam in compensatione prout Afflictus in decis. 121. num. 5. & 6. vbi ita decisum refert in Sac. Conf. quæ sequitur Cumia in ritu Sicilia cap. 9. nu. 12. & compensatio fieri potest per Iudicem non obstante quod partes illi renunciauerint Molfes. ad Consuetud. Neapol. par. 4. de renunciat. quæst. 1. num. 3. Ioan. Baptista Thorus in compend. decis. tom. 1. verbo compensatio an admittatur.
- 57 Conceditur etiam præuentione in exceptione adimplementi non sequenti Consta citatus post ipsum probat Giurba decis. 100. num. 22. rationem faciunt quia qui ex contractu agere intendit adimplere omnino debet pacta in eo contenta DD. in l. Iulianus §. offerri ff. de action. empt. de alijs limitationibus late Grassus citatus de exceptionibus.

SV M.

S V M M A R I V M.

- 1 Pactum de retrouendendo pluribus modis à contrahentibus vsitatur.
- 2 Pactum de retrouendendo an sit simplex.
- 3 Venditor an excludatur à prescriptione longissimi temporis.
- 4 Potestas redimendi quodcumque semper & imperpetuum an sit collata in liberam voluntatem & facultatem redimendi.
- 5 Qua sunt facultatis an sint in prescribilia.
- 6 Facultas adimplendi conditionem potestatiuam nullo modo prescribitur.
- 7 Dicitio semper denotat continuationem temporis.
- 8 Dicitio semper significat sine distinctione temporis.
- 9 Dicitio semper est sine distinctione alicuius casus.
- 10 Dicitio semper denotat perpetuitatem.
- 11 Dicitio semper solet exponi pro perpetuo.
- 12 Dicitio semper exponitur pro omni tempore & omni casu.
- 13 Dicitio semper importat continuationem temporis.
- 14 Dicitio semper equipollet dictioni perpetuo.
- 15 Dicitio semper habet tractum in futurum & notat tempus in secula seculorum & sine praescriptione.
- 16 Dicitio imperpetuum etiam dicit perpetuitatem quia positum pro heredibus & successoribus imperpetuum durat quandiu durat descendentiam.
- 17 Dicitio imperpetuum est comprehensiuam omnium temporum in infinitum & perpetuum tempus denotare.
- 18 Dicitio imperpetuum idem sonat quod in infinitum & intelligitur etiam post centum annos etiam ad hominis vitam.
- 19 Dicitio imperpetuum in concessionibus importat utile dominium siue plenum ius ad heredes transitoriam etiam ad extraneos.
- 20 Dicitio quodcumque posita in promissione vel in contractu perpetuam facultatem tribuit volenti agere & exercitare pactum redimendi & est apta comprehendere omnem modum, & omnem qualitatem, & operatur ac si singula tempora essent enumerata.
- 21 Prescriptio legalis vel statutaria an currat in pacto de retrouendendo.
- 22 Dicitio quodcumque est apta significare infinitatem & non habet tempus limitatum.
- 23 Mens contrahentium dignoscitur ex dictione quodcumque.
- 24 Mens contrahentium est seruanda in contractibus.
- 25 Prescriptio an detur in his qua sunt facultatis.
- 26 Venditor obligatus retrouendere quodcumque semper remanet obligatus retrouendere.
- 27 Dicitio quodcumque operatur quod non solum de iure canonico prescribi non possit sed etiam in foro seculari.
- 28 Prescriptio iuris offerendi impeditur per clausulam siue dictionem semper & quodcumque.
- 29 Actio & obligatio ex conuentione partium potest extendi ad infinitum.
- 30 Pactum factum inter emptorem & venditorem quod quodcumque liceret emptori reddi, potest perpetuo reddi & restitui.
- 31 Tempus non limitatum ad redimendum potest vsq. ad infinitum redimere.
- 32 Dicitio quodcumque posita in instrumentis importat nullam temporis praescriptionem.
- 33 Creditor absq. temporis praescriptione semper habet ius petendi debitum à debitore.
- 34 Infinitas quando admittatur.
- 35 Infinitas quando tolleratur.
- 36 Voluntas contrahentium est attendenda in contractibus pacti de retrouendendo.
- 37 Mens, & intentio in contractibus est attendenda.
- 38 Facultas redimendi an sit perpetua.
- 39 Testimonium mentis nostrae nullum maius esse, quam qualitas inspecta verborum.
- 40 Infinitas an sit euitanda.
- 41 Obligatio & actio ex conuentione partium possunt extendi ad infinitum.
- 42 Prescriptioni temporis 30. vel 40. annorum partes possunt renunciare.
- 43 Dicitio quodcumque perpetuo toties quoties quando est prolata ab homine seu à partibus an inducat temporalitatem.
- 44 Facultas redimendi an possit prescribi.
- 45 Praescriptio qua fit à contrahentibus semper est firmior ea qua fit a lege.
- 46 Venditio facta cum pacto de retrouendendo nullo adiecto verbo quodcumque an non obstante lapsu temporis venditor audiat.
- 47 Prescriptio pacti de retrouendendo ad hoc ut currat debent concurrere requisita necessaria.
- 48 Pactum de retrouendendo ad hoc, & prescribatur qua requisita concurrere debeant.
- 49 Prescriptio an habeat locum in pacto de retrouendendo.
- 50 Pactum de retrouendendo an possit prescribi per triginta annos.
- 51 Refugium impiissimum est, allegare praescriptionem.
- 52 Tempus si non est praescriptum nec de illo sit mentio an possit redimere imperpetuum.
- 53 Tempus praescriptum, & determinatum in pacto

- patio de retrouendendo est seruandum.
- 54 Emptor si teneatur infra certum tempus redimere post tempus praecluditur via redimendi.
- 55 Facultas redimendi ad tempus, post tempus intelligitur prohibita.
- 56 Permissum ad tempus an post tempus censeatur prohibitum.
- 57 Limitatio affirmatiua ad tempus inducit post illud negationem.
- 58 Tempus limitatum ad aliquid faciendum an possit prorogari etiam si agatur de favore libertatis, & ultima voluntatis.
- 59 Renunciatio redimendi an censeatur inducitur per lapsum temporis.
- 60 Renunciatio quando inducatur per lapsum temporis.
- 61 Lex conuentionis est seruanda.
- 62 Ratificatio promissa in tempore, an post tempus ea facta valeat.
- 63 Ratificatio an retrahatur ad tempus dicta ratificationis promissa.
- 64 Tempus adiectum & limitatum an currat de momento ad momentum.
- 65 Actus promissi faciendi infra tempus post tempus an admittantur.
- 66 Venditio remanet libera finito tempore.
- 67 Tempus prefixum in quolibet contractu an conditionem inducat.
- 68 Affirmatiua limitata ad tempus inducit negatiuam post illud.
- 69 Concessum ad tempus post tempus censeatur prohibitum.
- 70 Conditio implenda infra tempus non potest post tempus adimplere etiam favore libertatis & pia causa.
- 71 Conditio debet adimpleri in forma specifica.
- 72 Tempus quando stat pro forma.
- 73 Actus per omissionem termini an ipso iure annulletur.
- 74 Tempus dispositionis non obseruans dicitur ipsam dispositionem non obseruare.
- 75 Peccatum temporis est peccatum forma.
- 76 Actus corrumpitur forma non seruata.
- 77 Tempus non potest poni pro tempore.
- 78 Tempus non currit militibus occupatis ex causa militiae & post tempus admittuntur ad retrahendum.
- 79 Restitutio in integrum dari minoribus ex capite iusti impedimenti.
- 80 Minor neque miles habet restitutionem in integrum aduersus lapsum temporis conuentioni.
- 81 Minor habet restitutionem in integrum aduersus tempus, vel penam legalem, non autem conuentionalem.
- 82 Tempus ad aliquid faciendum appositum in contractibus an currat ignorantibus.
- 83 Terminus siue tempus quando adiungitur, numero dierum vel mensum cum ditione
- A, vel Ab. tunc statim incipit currere, & currit de momento ad momentum etiam ignorantibus.
- 84 Compromissum quando incipiat currere a die acceptationis vel a die facti compromissi.
- 85 Iudex non potest contra conuentionem partis iudicare, sed ualidare conuentiones initas inter partes & debet iudicare ex conuentione.
- 86 Pacta dant legem contractui.
- 87 Conuentionalis dispositio est seruanda.
- 88 Terminus siue tempus limitatum ex sua natura est seruandum.
- 89 Ius suum qui non prosequitur videtur illi renunciare nec potest deinde audiri.
- 90 Emptor non tenetur retrouendere elapso tempore conuento.
- 91 Lex conuentionis est seruanda.
- 92 Lite pendente an tempus currat ad retrahendum.
- 93 Tempus non currit ad appellandum pendente nullitate sententiae.
- 94 Tempus captum cum maiore ad retrahendum an currat etiam cum minore, & an concedatur restitutio in integrum.
- 95 Minor non restituitur aduersus prescriptionem conuentionalem inceptam cum defuncto maiore.
- 96 Minor etas an interrumpit prescriptionem.
- 97 Prescriptio non currit non volenti agere.
- 98 Prescriptio centum annorum an curat contra pupillam.
- 99 Prescriptio an praescribetur in Regno Neap.
- 100 Prescriptio an habeat locum in feudis vel iurisdictionibus feudibus etiam si esset centenaria.
- 101 Demanialia feudi non praescribuntur.
- 102 Restitutio in integrum an concedatur minori siue heredi ex clausula generali si qua mihi iuxta causa videbitur, & an concedatur rustico.
- 103 Clausula generalis, si qua mihi iuxta causa succurrit etiam rusticis.
- 104 Purgatio mora post lapsum temporis ad euitandam rescissionem contractus an admittatur.
- 105 Purgatio mora an admittatur ob census non solutos.
- 106 Meliorationes an admittantur ob caducitatem.
- 107 Prorogatio temporis an admittatur, & extendatur pro purganda mora.
- 108 Pactum quod venditor vel eius heres teneatur redimere intra certum tempus an valeat.
- 109 Venditor an teneatur redimere proprijs pecunijs.
- 110 Pecunia semper praesumitur esse propria etiam si mutuo acciperet.

- 111 *Pactum factum inter contrahentes ad evitandas lites quod solum de propria pecunia possint redimere, & tantum ipse solus, & non alius redimere possit oblato pratio integrali, & non partem pratio, & de moneta vsuali, & non de aliis corporibus an valeat.*
- 112 *Pactum de retrouendendo an cedi possit.*
- 113 *Pater an possit ius redimendi filio cedi.*
- 114 *Pater potest per filium substitutum legere.*
- 115 *Pronomen Ipse Ipsa Ipsum an sit demonstratiuum ad oculum, & est personalissimum.*
- 116 *Conuentio dicitur personalissima existente pronomina Ipse Ipsa Ipsum.*
- 117 *Pactum de retrouendendo potest cedi non existente pacto speciali.*
- 118 *Heres an habeat connexitatem cum defuncto.*
- 119 *Sermo testatoris an dicatur proprius sermo heredis.*
- 120 *Factum heredis reputatur factum defuncti.*
- 121 *Factum nomine defuncti per heredem ratificari potest.*
- 122 *Promittens de facto suo, censetur promittere etiam de facto heredis.*
- 123 *Euictio promissa per venditorem censetur etiam factum heredis promississe.*
- 124 *Persona heredis in dubio semper censetur comprehensa licet expressa non sit.*
- 125 *Dictio taxatiua tantum an operatur exclusionem omnium aliarum personarum.*
- 126 *Dictio taxatiua tantum excludit non solum personas extraneas, sed etiam hereditarias.*
- 127 *Pactum personale an excludat etiam heredes.*
- 128 *Emptor ex natura contractus an teneatur retrouendere.*
- 129 *Anellus de Amato laudatur.*
- 130 *Dictio tantum habet negatiuam implicitam.*
- 131 *Dictio taxatiua tantum constituit pacta personalia.*
- 132 *Dictio taxatiua tantum natura sua est restringere limitare, & excludere.*
- 133 *Dictio taxatiua tantum, an operatur effectum exclusiuum non solum personarum extranearum, sed etiam heredum.*
- 134 *Mens qua colligitur ex verbis, ex natura contractus seruari debet, quod est receptum etiam in vltimis voluntatibus.*
- 135 *Pactum redimendi an sit fauorabile.*
- 136 *Pactum redimendi an possit renunciari.*
- 137 *Pactum redimendi fuit introductum, magis gratia venditoris, quam emptoris.*
- 138 *Fauori suo quis potest renunciare.*
- 139 *Pactum de retrouendendo coheret persona gratia rei.*
- 140 *Ius coherens persona gratia rei est cessibile.*
- 141 *Pactum de retrouendendo an renunciari possit.*
- 142 *Ius redimendi an possit cedi vendi vel donare.*
- 143 *Mens contrahentium in contractibus semper inspicitur.*
- 144 *Dictio taxatiua tantum potest poni a partibus in contractibus.*
- 145 *Dictio tantum facit ut non egrediatur persona venditoris.*
- 146 *Dictio taxatiua tantum non facit transire conuentionem ad heredes.*
- 147 *Dictio taxatiua tantum restringit actum etiam fauorabilem.*
- 148 *Nemo potest renunciare iuri suo quando agitur de praiudicio tertii.*
- 149 *Dictio taxatiua tantum posita a lege vel ab homine quando impediatur extentionem.*
- 150 *Mitius agitur cum lege, quam cum homine.*
- 151 *Clausula constituti & praeuarii posita in instrumento pacti de retrouendendo quid operetur.*
- 152 *Pactum de retrouendendo licet sit personale cum obligatione honorum fit reale & transit contra quemcumque possessorem.*
- 153 *Specialis Hypoteca ipsius rei in pacto de retrouendendo quid operetur.*
- 154 *Pactum de retrouendendo absque hypoteca & obligatione honorum & constituto & praeuario & iuramento non afficit rem.*
- 155 *Practica ponenda in instrumento pacti de retrouendendo per notarios.*
- 156 *Clausula ut non possit alienare habet vim decreti irritantis.*
- 157 *Clausula resolutiua contractus operatur Domini translationem absque traditione.*
- 158 *Contractus simulatus quomodo dignoscatur in pacto de retrouendendo.*
- 159 *Instrumenta siue contractus siue sapient naturam simulationis non dicuntur instrumenta.*
- 160 *Possessio non transfertur per contractum simulatum.*
- 161 *Contractus simulatus dicitur corpus siue anima.*
- 162 *Contractus simulati dicuntur ipso iure nulli tamquam non habentes substantiam, neque subsistentiam.*
- 163 *Contractus simulatus licet sit unicus, tamen sub se continens tres species simulationis.*
- 164 *Species simulationis quae nam sint.*
- 165 *Species simulationis vel fictionis contractus non designans non est audiendus nec agendo nec excipiendo.*
- 166 *Contractus ex quibus coniecturis cognoscatur simulatus.*
- 167 *Venditor remanens in possessione rei vendita dicitur contractus simulatus.*

- 168 *Contractus non iuratus præsimitur simulatus.*
- 169 *Contractus simulatus cognoscitur ex pacto de retrouendendo & modicitate pretii & consuetudine sanorandi.*
- 170 *Pater vendens filio maiorem partem suorum bonorum an dicatur contractus simulatus.*
- 171 *Contractus simulatus dicitur ex confessione pretii recepti non autem numerati.*
- 172 *Donatio quando censetur simulata & fraudolenta.*
- 173 *Pater ex bonis donatis an sit legitimus administrator & habeat usumfructum.*
- 174 *Contractus simulatus dignoscitur ex hypothecatione bonorum donatorum vel venditorum.*
- 175 *Contractus simulatus dignoscitur ex euetu rei.*
- 176 *Contractus simulatus dicitur quando alienas remansit in possessione bonorum venditorum.*
- 177 *Contractus simulatus quando non præsimitur.*
- 178 *Venditor an possit redimere quando cumque existente pacto de retrouendendo in decem annis.*
- 179 *Denunciatio est facienda emptori quando venditor redimere velit.*
- 180 *Denunciatio est necessaria ad inducendam scientiam.*
- 181 *Denunciatio non solum est facienda ad inducendam scientiam sed etiam ad certiorationem negotii.*
- 182 *Scientia simplex non requiritur in retractu sed requiritur certioratio.*
- 183 *Denunciatio est substantialis & formalis, & tanquam de forma est obseruanda, & ea non obseruata corrumpit actus.*
- 184 *Denunciatio requiritur in materia euetionis.*
- 185 *Denunciatio est facienda etiam scienti ad finem incitandi aliquem, ut aliquid faciat, vel non faciat.*
- 186 *Copia libelli est danda ad finem sciendi qualitatem lisis mota.*
- 187 *Scientia sola non est sufficiens, sed est necessaria citatio & notificatio.*
- 188 *Denunciatio est facienda iudicialiter.*
- 189 *Citatio est necessaria etiam si aliunde sciat.*
- 190 *Scientia non est sufficiens ad constitutum aliquem in mora sed est necessarius actus intimationis & citationis.*
- 191 *Citatus si non comparet proceditur in contumaciam.*
- 192 *Conductor non repetit expensas factas, siue necessarias siue viles nisi prius denunciauerit vel requisierit locatorem.*
- 193 *Consuetudo Neapolitana circa expensas faciendas in re conducta enunciatur.*
- 194 *Practica citandi locatorem pro expensis faciendis.*
- 195 *Citatio si esset facienda tutori & tutor haberi non possit an possit fieri ipsi papillo.*
- 196 *Denunciatio siue requisitio pro expensis faciendis an sit de forma.*
- 197 *Denunciatio siue citatio vel requisitio an sit facienda in scriptis.*
- 198 *Venditor sciens sibi esse motam litem adhuc debet expectare denunciationem.*
- 199 *Denunciationis forma qualis esse debet.*
- 200 *Denunciatio an sit facienda unicuique heredi insolidum mortuo veditore relictis pluribus heredibus.*
- 201 *Denunciatio litis mota facta emptori an possit fieri quolibet tempore.*
- 202 *Denunciatio trina requiritur in veditio- ne pignoris.*
- 203 *Denunciatio trina non est facienda eodem contextu sed cum interuallo trium dierum.*
- 204 *Pactam valet ut possit vendi pignus absque ulla denunciatione siue citatione.*
- 205 *Prescriptio pacti de redimendo an excludatur si emptor promittat toties retrouendere, quoties prescriptio completa fuerit.*
- 206 *Clausula toties quoties an infinitatem denotat.*
- 207 *Fideiussor promittens presentare debitorem toties quoties, an liberetur eum presentando per aliquas vices.*
- 208 *Pactum de retrouendendo an possit alteri cedi, vel renunciare & transmitti ad heredes etiam extraneos.*
- 209 *Quicquid est cessibile an sit transmissibile.*
- 210 *Heres venditoris potest exercere pactum de redimendo etiam si in contractu non fuerit facta mentio de heredibus.*
- 211 *Verbum si uoluerit positum in contractibus an excludat heredem venditoris a redimendo.*
- 212 *Verbum si petierit positum in contractibus an importet conditionem.*
- 213 *Lex antiquitas C. de usufruct. ponderatur.*
- 214 *Ususfructus morte finitur intellige de morte naturali.*
- 215 *Monachus habet usumfructum quia non dicitur mortuus naturaliter sed ciuilitate & post professionem monasterium habebit usumfructum.*
- 216 *Ususfructus relictus alicui, & eius heredi intelligitur de primo heredi, & non transit ad alios heredes.*
- 217 *Venditio facta cum pacto de retrouendendo an sit pura.*
- 218 *Dominium quod transfertur ex venditione cum pacto de terouendendo est renouabiliter.*
- 219 *Transitio rei, requiritur in pacto de retro- uendendo.*

- 220 *Actio personalis quando debeatur.*
- 221 *Venditor an habeat actionem contra tertium possessorem.*
- 222 *Pactum de retrouendendo an sit pars pretii.*
- 223 *Oblatio verbalis an sufficiat ad constituendum emptorem in mora ad finem consequendi fructus.*
- 224 *Oblatio realis quando dicitur.*
- 225 *Oblatio realis facta in iudicio impedit venditionem pignoris.*
- 226 *Mora quando contrahitur.*
- 227 *Practica S. R. Cons. Neapolit. circa condemnationem rei restituenda.*
- 228 *Cantela traditur contra emptores alienantes bona empti cum pacto de retrouendendo.*
- 229 *Pactum de retrouendendo an operatur praedictum vicino quin possit uti iure congruo.*
- 230 *Contractus venditionis cum pacto de retrouendendo habet, & continet in se conditionem resolutivam ut restituito pretio emptori contractus dissolvatur.*
- 231 *Contractus quando dicatur resolutus.*
- 232 *Decisio S. Cons. Neapolitani enunciatur.*
- 233 *Clausula resolutiva contractus an possit renunciari.*
- 234 *Clausula resolutiva facit transferre ipso iure dominium absque traditione.*
- 235 *Pactum de retrouendendo appositum in ipso contractu est pars ipsius contractus.*
- 236 *Resolutio contractus principali resolvitur etiam & pactum de retrouendendo ibi posito.*
- 237 *Cadens ab emphiteusi ob defectum solutionis, cadit etiam à pacto de retrouendendo.*
- 238 *Actio ad hoc ut nascatur ex ipso pacto de retrouendendo requiritur stipulatio.*
- 239 *Promissio vendendi, non est venditio.*
- 240 *Actio personalis oritur ex promissione de retrouendendo cum ius, quod competat non in re sed ad rem.*
- 241 *Pactum de retrouendendo positum in contractibus an liget contrahentes & an faciat rem minus valere & quantum sit minus.*
- 242 *Pactum redimendi esse partem pretii.*
- 243 *Simulatio contractus inducitur ex pacto de retrouendendo & modicitate pretii.*
- 244 *Pactum de retrouendendo in iure an validum sit.*
- 245 *Onera medii temporis contracta an resolvantur resoluta venditione ex pacto de retrouendendo & quid in feudis.*
- 246 *Pactum de retrouendendo an possit fieri extra instrumentum ante & post instrumentum.*
- 247 *Pactum de retrouendendo an possit per testes probari.*
- 248 *Contractus quando dicatur corresponsivus.*
- 249 *Emptor condemnatus ad restitutionem rei intelligitur una cum fructibus à die litis contestata.*
- 250 *Lis contestata inducit legitimam moram & est sufficiens ad fructuum condemnationem, & per illam constituitur in mala fide.*
- 251 *Venditor ex parte sua debet adimplere antequam exerceat pactum de retrouendendo.*
- 252 *Meliorationes facta pendente termino an petendam retrouenditionem an debeantur.*
- 253 *Meliorationes quomodo taxentur, per id quod fuit impensum vel quod fuit melioratum.*
- 254 *Practica articulandi valorem meliorationum.*
- 255 *Meliorationes aestimanda sunt non in concreto sed in abstracto.*
- 256 *Meliorationes vitales an sint deducenda.*
- 257 *Venditor sine eius haeres facta rebemptione an teneatur stare locationi facta per emptorem.*
- 258 *Singularis successor an teneatur stare colonum cum suis limitationibus.*
- 259 *Res restituta virtute pacti de retrouendendo an resolvatur omne ius super ea constitutum & libere recuperatur.*
- 260 *Locatio malitiosa quando dignoscitur.*
- 261 *Depositum integri pretii est faciendum ad finem redimendi.*
- 262 *Oblatio sola pretii non est sufficiens sed tenetur obsignare pecuniam in publicis bancis.*
- 263 *Mala fides & moram non contrahitur, nisi à die consignationis pretii.*
- 264 *Renunciatio an admittatur in quibus exigit veram numerationem.*
- 265 *Notificatio depositi an sit necessaria.*
- 266 *Depositum an sit faciendum integrum pro constituendo emptore in mora.*
- 267 *Depositum non integrum an sit recipiendum etiam si deficiat in uno tantum nummo.*
- 268 *Emptor non tenetur recipere particularem solutionem.*
- 269 *Lex loquens de liberando debitore requiritur totius debiti obligatio sine depositum.*
- 270 *Forma data à lege ad unguem est observanda.*
- 271 *Forma depositi est ut totum pretium offeratur & ommissio etiam in minimo totum vitiat.*
- 272 *Depositum est faciendum integrum tam de sorte principali, quam de usuris.*
- 273 *Depositans non potest se tueri depositum mancum factum fuisse per errorem.*
- 274 *Ea quae introducta sunt ad conservandum rigorem iuris aut statuti obligatio depositio & consignatio non paritur errori etiam rusticorum minorum militum mulierum aut aliorum quibus facillime paritur.*
- 275 *Depositum factum purum & liberum periculo cuius standum sit venditoris vel emptoris.*
- 276 *Res semper domino perit.*

*Pactio de retrouendendo an
Renunciari possit.*

CAPVT XXXIII.



Actum de retrouendendo quam plurimis modis à contrahentibus visitatur.

Vsitatur Primo simpliciter.

Secundo, vt venditor possit quoadocumque, vel sempet, vel imperpetuum redimere.

Tertio, quod possit ad tempus retrahere, ne certum tempus sit præfinitum.

Quarto, quod emptor non teneatur retrouendere, nisi post certum tempus.

Quinto, quod emptor teneatur retrouendere intra certum tempus.

Sexto, quod venditor, vel hæres teneatur intra certum tempus redimere.

Septimo, quod vëditor possit ex proprijs pecunijs redimere.

Octauo, quod venditor possit intra certum tempus ad libitum redimere, cariori pretio, & quod fructus in sortem imputantur.

Nono, quãdo emptor promisit retrouendere in decem annis.

Decimo, quod venditor prius per aliquot menses, vel per annum debeat emptori denunciare, quando voluerit redimere.

Vndecimo, quãdo emptor promisit, quoties fuerit præscriptum, toties retrouendere.

2 Primum igitur pactam de retrouendendo, intelligendum est, de illo simplici pacto sine tēporis præfinitione; dum raro euenit, in stipulationibus inesse tempus, nisi illud expressè exprimatur, *l. si ita stipulatus, §. Chrisogonus, ff. de verbor. oblig. & sic venditor excluditur à præscriptione longissimi temporis, l. sicut, l. omnes, l. cum notissimi de præscript. 30. vel. 40. annor. Angel. conf. 55. Ruyn. conf. 71. num. 7. conf. 84. nu. 14. lib. 1. Decian. conf. 164. num. 4. Tiraquell. late tract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 1. & in hoc casu nulli dissentiunt, vt inquit Menoch. conf. 145. nu. 14.*

Secundus modus est, quando dictum fuit, quod venditor possit quoadocumq. semper, vel imperpetuum redimere.

4 Potestas autem redimendi quoadocumque semper, & imperpetuum, est

collata in liberam voluntatem, & facultatem redimendi, *l. fin. C. commun. diuid. & præscribi minimè potest, maxime adiecto verbo quoadocumque nam ea quæ sunt facultatis sunt in præscribilia, l. viã publicam ff. de viã publ. vbi glos. & DD. notant: Cyn. Bal. & alij C. de seru. & Aqua, Butr. & Imol. in cap. cum Eccles. de Caus. possess. & proinde facultas adimplendi cõditionem potestatiuam nullo modo præscribitur, l. seruus quoque §. ult. ff. de hered. instit. & l. ult. C. de condit. & instit. ideo quæ sunt facultatis, nõ solùm non præscribuntur, sed nec etiam consuetudine tolluntur, Abb. in cap. cum Ioannes circa finem, extra de cler. coniug. & in cap. inter cetera de rescript.*

7 Dicitio semper denotat continuationem temporum iuxta notata latissimè per DD. in l. 1. ff. solut. matrim. & in cap. Rex pacificus in proem. decret. & intelligitur secundum subiectam materiam, *Ias. in dista l. 1. num. 35. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 5. num. 32 l. semper ff. de iure immunit. Franch. decis. 307. nu. 7. Bar. in d. l. 1. num. 21 ff. solut. matr. Franc. de leo in Thesaur. for. Eccles. p. 3. cap. 4. num. 109. Rota decis. 445 nu. 3. apud Farinac. in part. 1. recent. Cened. singul. 44. num. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 507. nu. 14. Boer. decis. 158. Aloys. Ricc. in decis. Cur. Archiep. Neap. decis. 287. num. 8. par. 2. Surd. conf. 281. nu. 19. Corn. conf. 171. num. 6. & seq. vol. 2. quæ autem dicitio, semper, non solum importat cõtinationem temporis, verum etiam significat sine distinctione temporis, §. serui verò à Domino, instit. de libert. Rota in nouis 2. par. decis. 128. num. 3. & sine distinctione alicuius casus Cysar de Grass. decis. 180. nu. 15.*

10 Nec esset obliuiscendum, quod dicitio semper denotat perpetuitatem, cum solet exponi pro perpetuo, *l. Cajo §. Imperator ff. de aliment. & cibor. leg. l. 1. ff. de iur. dot. l. fin ff. ad l. pompon. de Parric. & l. quisquis §. fili ff. ad l. iul. maieft & in l. lex qua tutores §. ante omnia C. de admini. tutor. Socc. conf. 11. nu. 5. vol. 1. Boer. decis. 158. Sud. decis. 112. num. 4. et decis. 255 num. 7. & conf. 179. num. 4. Rota decis. 359. num. 3. par. 1. Marescot. variar. resolut. lib. 2. cap. 25. num. 5. Ruyn. conf. 128. uol. 1. Roland. à Vall. conf. 23. num. 18. lib. 4. Gozad. conf. 102. num. 7. Paris. conf. 37. num. 24. uol. 2. & conf. 92. num. 34. Vegg. conf. 74. num. 398. & 433. Sim. de Pretr. de interpret. vltim. volunt. lib. 3. dub. 5. num. 19. Surd. decis. 255. num. 7. & conf. 179. num. 14. conf. 241. num. 32. conf. 281 num. 18. conf. 403. num. 70. conf. 448. num. 7.*

12 & exponitur pro omni tempore, & omni

ni

- ni casu, *Surd. decis. 112. num. 4. Cardin. Tusch. litt. D. conclus. 371. num. 1. Menoch. conf. 706. num. 36. Stephan. Gratian. March. decis. 183. Surd. conf. 127. num. 16. Farinac. decis. 249. num. 19. apud Paul. de Rubis to. 3 diuers. alias par. 7. recens. Giurb. conf. crimin. 99. num. 28. Auendan. ad l. 40. Thaur. glos. 15. num. 1. Reg. Rouitus lib. 2. conf. 81. num. 2. &*
- 13 *Francb. d. decis. 307. vbi importare dixit continuationem temporis, Veral. decis. 35. num. 9. par. 2. & equipollet dictioni perpetuo, Azued. ad l. 6. num. 31. tit. 15. lib. 4. Garc. de nobilit. glos. 1. 5. 1. num. 23. Ric. in decis. Cur. Archiep. Neap. d. decis. 287. nu. 8 par. 2. Rota decis. 231. num. 4. apud Farinac. 35 par. 2. recens. & quod habeat tractum in futurum, & notet tempus in secula seculorum, & sine præfinitione, Caputaq. dec. 35. num. 9. par. 2. Roland. conf. 23. num. 38. & 39. tom. 4. Mantie. decis. 39. num. 7. vers. 4. ad miniculum, Menoch. conf. 38. nu. 43. Boer. dicta decis. 158. num. 6. 7. & 9. l. 1. §. perenne, ff. de stat. Corn. conf. 171. num. 6. & 7. & 13. vol. 2. Stephan. Gratian. discept. forens. to. 3. cap. 597. num. 14. Rota decis. apud Farinac. decis. 445. num. 3. par. 1. recens.*
- 16 Dicitio imperpetuum, etiam dicit perpetuitatem, quia positum pro hæredibus, & successoribus imperpetuum, & durat quandiu durat descendentiam, Mantie. de tacit. et ambig. conuention. lib. 22 tit. 19. num. 21. Couar. variar. resolu. lib. 2. cap. 17. num. 5. Ruyn. conf. 161. num. 10. & 11. lib. 1. Barbas. conf. 63. num. 23. lib. 1. & est
- 17 comprehensiuam omnium temporum in infinitum, l. cum debere ff. de seruit. urban. præd. vbi verbum imperpetuum comprehendit omne tempus; & qui totum dicit nihil excludit. l. Iulian. ff. de legat. 3. & perpetuum tempus denotare, l. apud Celsum & l. hac exceptione. ff. de dolo except. Fusar. conf. 9. num. 4. & conf. 516. num. 10. Rota apud Paul. de Rubis decis. 77. num. 15.
- 18 quæ quidem dicitio imperpetuum idem sonat, quod in infinitum, & intelligitur etiam post centum annos, Pute. decis. 115 alias 110. num. 15. lib. 1. Gratian. decis. 22. num. 9. Paris. conf. 32. lib. 4. num. 85. etiam, ad hominis vitam, si actus de sui natura vel disponendi modus, personam respiciat; Ruyn. conf. 143. num. 6. Alex. conf. 68. lib. 1. num. 2. glos. in l. imperpetuum ff. de procurat. & Reg. Galeot. Dux Reginae in suis controuer. lib. 1. controu. 44. num. 19. & 20. vbi dixit dictam clausulam imperpetuum
- 19 in concessionibus importare vtile dominium, siue plenum ius ad hæredes transitorium, ut in l. 1. §. qui imperpetuum, vbi glos. & DD. ff. si ager. vectigal. etiam ad extraneos, hæredes transire, Alex. conf. 189. num. 16. Socc. conf. 266. lib. 2. vers. secundo premissa.
- 20 Dicitio quandocumque posita in promissione, vel in contractu perpetuam facultatem tribuit, volenti agere, & exercitare pactum de redimendo, & est apta comprehendere omnem modum, & omnem qualitatem, Anchar. conf. 268. incipiente iure Diuino, num. 4. vbi late examinat Fabian. de monte de empt. & vendit. quest. 3. par. 4. Surd. conf. 460. num. 58. & operatur ac si singula tempora fuissent enumerata, Menoch. de præsum. lib. 4. præsumpt. 51. num. 6. & idem Menoch. conf. 399. nu. 32. & 34. Paris. conf. 33. vol. 3. Honded. conf. 55. nu. 42. vol. 2. & Anchar. conf. 21 268. nec currit præscriptio statutaria, vel legalis, pro vt notat tex. in l. quod si nolit. 31. §. si vero conuenerit ff. de edelit. edict. idemq; voluerunt Angel. & Imol. in l. 1. ff. de usucap. Capoll. Cautel. 68. incipiente si petens, num. 5. & Cautel. 75. incipiente Cautela quod in contractibus, Barbat. conf. 53. vol. 3. conf. 18. vol. 3. & est glos. in l. 1. ff. de concuss. in verbo obligatum; Tiraq. in tract. de retract. Conuen. in §. 1. glos. 2. num. 15. & num. 24. & eam esse veriore & magis communem Petr. Gerard. sing. 18. quem refert Ant. Gabriel. comm. opin. in tit. de præscript. conclus. 6. & secundum istam opinionem fuisse decisum pro vt apparet in decis. Auenion. 129. & decis. florent. refert Mangon. decis. 105. Pancirol. conf. 38. num. 6 Myssing. obseruat. 16. cent. 1. eandem tanquam verisimam amplectitur Gaball. melliloqu. 420. optime Guttier. in repetit. l. namo potest num. 468. cum sequ. ff. de leg. 1. Cantiumcul. conf. 17. nu. 44. Vrsi. ad Affiliæ. dec. 13. & decis. 37. & decis. 379. est quidem
- 22 ratio quia verba ista quandocumque sunt acta significare infinitatem, & sic tempus limitatum habere non debent l. si ita stipulatus à Seio, vbi Bar. notat ff. de fideiuss. Alex. conf. 145. vol. 2. nu. 1. Hyppol. in Rub. de fideiuss. num. 100. alias contrahentes deciperentur, contra tex. in l. 1. §. magistro autem. ff. de exercit. act. nam
- 23 ex ipsa dictione quandocumque cognoscitur mens contrahentium quæ in ipsis contractibus est seruanda, & attendi debet ut in l. fin. C. quando res pignor. oblig. 24 poss. l. Blanditus C. de fideiussor. ita vt ne illud verbum quandocumque sine effectu remaneat contra l. si quando ff. de legat. 1. l. 1. §. hac autem verba ff. quod quisque iuris, & præscriptio remanet exclusa præcipue cum sit in facultate venditoris
- 25 semper, & quodocumq; rem redimere & sic ea quæ sunt facultatis, non præscribuntur l. viam publicam vbi Bar. ff. de via publ.

publ. *Azeued. in l. 4. tit. 15. num. 15. lb. 2. re-*
 26 *compilat. & emptor qui promisit quan-*
documq; retrouendere sit semper obli-
 27 *gatus ad dictam retrouenditionem, ha-*
quandocumque operatur, quod non so-
lum de iure Canonico præscribi non-
possit cap. fin. de præscript. etiam in foro
seculari, vt resoluit Fulgos. conf. 123. col. 3.
Barbat. conf. 51. vol. 1. Ruyn. conf. 111. vol. 1.
conf. 150. num. 3. vol. 4. Roland. late conf. 21.
num. 21. lib. 2.

28 Ampliando prædicta, quod quando
 in contractu. adest ista clausula semper,
 & quodcumque impedit etiam præ-
 scriptionem iuris offerendi, vt in l. plures
 §. fin. ff. de dol. except. l. Paulus §. ult. ff. quib.
 mod. pign. vel hypotec. soluat. & DD. vbi su-
 pra Capoll. conf. 75. & 78. Socc. conf. 86. &
 166. vol. 2. hanc opinionem veriore, &
 conscientiæ aptiorem dicunt esse, Al-
 ciat. in l. petens C. de pact. & in Rub. de præ-
 script. num. 64. Fab. de monte, de empt. &
 vendit. 3. quest. 7. qui duo fundamenta
 29 adducit primum, quod ex conuentio-
 ne partium obligatio, & actio extendi
 ad infinitum possit, l. si ita stipulatus ff.
 de fide instrum. l. 4. ff. de damno infect. l. si
 finita, l. qui bona fide, §. fin. ff. eod. secundum
 l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de edelit. edict.
 30 vbi si inter emptorem, & venditorem
 fieret pactum, quod quodcumque li-
 ceret emptori redhiberi, potest perpe-
 tuo redhiberi, & restitui, *Azeued. in l. 4.*
tit. 15. num. 5. lib. 4. recompilet. nam si nulla
 31 *adfit temporis præfinitio vsque ad infi-*
nitum potest redimere, secundum ma-
gis communem opinionem tex. est in l.
quid si nolit §. si quis ita ff. de edelit. edict. &
est etiam tex. in litem illa §. quod adiicitur
ff. de constit. pecun.

32 Ista dictio quodcumque posita in
 instrumentis importat nullam temporis
 33 præfinitionem, & sic creditor sine tem-
 poris præfinitione habet ius petendi
 debitum, vt resoluit *Parlador. rerum quo-*
tidianarum 1. cap. 1. §. 13. num. 44. vers. pro-
inde, Couar. lib. 1. variar. cap. 9. num. 4. quæ
 opinio tenenda est in iudicando, & con-
 sulendo, late de hac materia *Paris conf. 99*
num. 42. lib. 3.

34 Alia ratione suadet quia in contra-
 ctibus vbi verba contrahentium sunt
 apta infinitatem importare, prout ver-
 bum quodcumque, & perpetuo, & si-
 milia tunc admittitur infinitas, l. si ita sti-
 pulatus à Scio, vbi Bar. ff. de verbor. oblig.
Alex. conf. 145. vol. 2. & in l. si finita in prin-
cip. ff. de damn. infect. Ias. in l. duobus §. si ei
col. fin. ff. de iure iur.

35 Imo quando verba sunt acta ad infi-
 nitatem tolleratur infinitas, ita summa-
 tur *tex. in l. si ita stipulatus 56. ff. de fideusso-*
rib. facit etiam tex. in l. in annali b. C. de le-
gat. sed verbum quodcumque impor-
tat infinitatem temporis; Bar. in l. qui bo-
na §. ult. ff. de damn. infect. vbi etiam Dyn.
Alber. Imol. & Alex. idemque affirmat Bar.
& Imol. in dicta l. si stipulatus, Alexand.
conf. 145.

36 In istis autem contractibus pacti de
 retrouendendo, magis est attendenda
 veluntas contrahentium, quam aliter,
 ita vt semper interpretatio fiat, quæ ma-
 37 gis menti sit conformis, mens enim &
 intentio, in contractibus est in primis
 attendenda, ex *tex. in l. ult. C. qua res pigno-*
blig. poss. Ioann. Ant. Bell. conf. 22. num. 13.
conf. 29. num. 16. mens autem clarior esse
 non potest, nisi ex verbis quibus con-
 trahentes vtuntur in his venditionibus,
 quæ cum pacto de retrouendendo fiunt,
 & concipiuntur, cum in eis sibi expresse
 reseruet venditor facultatem recupe-
 randi rem venditam, pro eodem prætio
 perpetuo quodcumque ipse volue-
 38 rit; ex quibus colligitur illam facultatē
 redimendi esse perpetuam, cum sibi im-
 perpetuum esse reseruatam à quorum
 verborum proprietate non esse faciliter
 recedendum, l. 3. §. hac verba ff. de negot.
 gest. l. non aliter ff. de legat. 3. *Giurb. decis. 52*
num. 1. Casanat. conf. 45. num. 157. & nu. 161

39 vbi dixit nullum mentis nostræ testimo-
 nium maius esse, quam qualitas inspe-
 cta verborum *Casanat. conf. 49. num. 19.*
& conf. 39. num. 51. & 60. conf. 53. idem
num. 43. conf. 56. num. 46. Bell. conf. 11. num.
52. Surd. conf. 3. num. 21. Bell. conf. 43. nu. 3.

40 & licet DD. dicant infinitatem esse cui-
 tandam; l. 1. C. de sent. que pro eo, quod inte-
 rest profer. l. fideicomissa §. si quis decem ff.
 41 *de legat. 2. Respondetur ex conuentione*
partium obligatio, & actio possunt ex-
tendi ad infinitum: Ant. Gomez. in 2. tomo
variar. resolut. cap. 2. num. 28. Ceual. quest.
207. num. 27. Cancer. par. 1. variar. resolut.
cap. 13. de empt. & vendit. num. 52. & in 3.
par. cap. 15. de renunc. ex nu. 88. & 81. quod

42 partes possunt renunciare præscriptio-
 ni temporis 30. vel 40. annorum, *Bal. de*
prescript. par. 5. quest. 6.

43 Secundo istę dictiones quodcumque
 perpetuo toties, quoties, quando sunt
 prolatae ab homine, seu à partibus non
 inducunt temporalitatem, cum genera-
 lis dispositio hominis, minus restringa-
 tur, quam legis, & sic illa præscriptio 30.
 vel 40. annorum potest intelligi in illis
 dictionibus prolatis à lege, & intelligun-
 tur

- tur temporaliter, & sic ista facultas redimendi potest præscribi, quia in hoc casu lex operatur, sed quando prolata à partibus, non præscribitur, *Ruyn. conf. 111. num. 5. & 6. lib. 1. Gaphal. conf. 40. nu. 6. lib. 1. Vulpel. in tract. de diction. dict. quandocumq. num. 4. sequitur Facchin. contra. 45 iur. lib. 2. cap. 13. & propterea prouiso, quæ sit à contrahentibus semper est firmior; ea quæ sit à lege, *la ssiduis C. qui pot. in pign. habeant. Hieron. Laurent. decis. Auenion. 129. nu. 5.**
- 46 Imò si venditio sit facta cum pacto de retrouendèdo ad certum tempus, nullo adiecto verbo quandocumq. tunc non obstante elapsu temporis vëditor auditur imperpetuum, & id ipsum voluit *Jacob. in l. 2. num. 2. ff. si cert. pet. Cassan. in conf. 11. nu. 40. & in consuet. Burgun. Rub. 5. §. 1. nu. 22. & Rub. 10. in fine, nu. 4. Surd. decis. 34. nu. 5.*
- 47 Ad præscribendū pactū de retrouendèdo cōcurrere debēt requisita necessaria v3. iustus titulus, & bona fides, *cap. si diligent. extra de præscript. & bona fides,*
- 48 tam in foro Canonico quam Ciuili est necessaria *cap. fin. eod. tit. ad præscribendum enim pactum de retrouendendo, nullus adest titulus, & certè concurren mala fides possessoris, ideo non potest habere locum præscriptio, & proinde semper in iudicando præualuit sententia, quod non præscribatur dictum pactum de retrouendendo, vt refert Cassan. in consuet. Burg. in tit. des ventes §. 1. col. 2. vers. cōtrarium tamen, cart. 806. vbi etiam plures adducit ad hoc authoritates, & Alciat. in l. petens C. de pact. glos. 1. in fine, dixit hanc opinionem equiorem esse, & conscientia actiorem; & ideo in Rub. extra de præscript. nu. 64. cum sequent. Affirmat hanc opinionem tanquam equissimam esse tenendam in pract. *Minsing. in cent. 1. obser. 16. dixit quod, nec tempus**
- 49 quidem centum annorum sufficit ad præscribendū tale pactum de retrouendendo, & sic fuisse pluries per Cameram Imperialē decisū idemq; per S. C. Neap. refert *Ricc. collect. 285. in quadam causa per eū relata, vbi dixit, quod fuit multū hæc ventilata quæstio, & tandem decisa, quod non habeat locum præscriptio, Ant Gabr. lib. 5. com. conclus. 6. num. 6. tit. de præscript. Ant. Gomez. 2. tom. variar. cap. 2. num. 28. & Fabian. de Monte in dicto tract. de empt. & vendit. 3. quæst. 7. quæstionis princip.*
- 50 Alia opinio, quod prædictum pactum de retrouendendo præscribatur spatio 30. annorum tenuerunt nonnulli *DD.*

& *1. Couar. lib. 1. variar. cap. 9. n. 7. Roland. conf. 25. vol. 2. Anchar. conf. 331. Alex. conf. 228. lib. 6. Dec. conf. 164. num. 4. Socc. iur. conf. 145. lib. 1. num. 36. Paris conf. 92. lib. 3. Cephel. conf. 40. num. 2. & conf. 43. nu. 12. & conf. 102. num. 4 & conf. 329. nu. 41. & conf. 469. nu. 24. Ruyn. conf. 167. vol. 1. Bertrand. conf. 181. col. 2. vol. 3. Crauett. conf. 71. qui licet dicant posse præscribi pactum de retrouendèdo per 30. annos, sunt intelligēdi quando in contractu dicti pacti de retrouendendo, non adfint dictæ clausulæ, semper, quandocumq; & imperpetuum, quæ clausulæ habent exclusionem in præscriptionis per iura supra allegata.*

Possunt istæ opiniones conciliari vltra prædicta, cum distinctione aut ista facultas accipiatur, quatenus sonat in factum, aut quatenus sonat in ius, cōsideratur autem, tanquam sonat in factum, quando non dirigitur ad aliquod ius acquirendum de nouo, sed tantum pertinet ad conseruationem iuris quæsitæ, & ista facultas redimendi tempore non præscribitur, *2. ff. de via publica, Zax. conf. 15. num. 6. lib. 2. Roland. conf. 33. num. 6. 2. Menoch. conf. 201. num. 62. lib. 3. Aut sonat in ius & dicitur sonare in ius quando dirigitur ad acquirendum aliquod ius de nouo deducibile in iudicium, & hæc facultas, tanquam iuris præscriptione tolli potest, licet cum glos. C. de iure deliberandi, Ant. Gabr. comm. conclus. tit. de præscript. concl. 10. num. 8. Menoch. conf. 145. num. 28. lib. 2. Barbof. in l. cum notissimis, nu. 77. C. de præscript. 30. vel 40. ann. possit etiam dici, & intelligi prædictam præscriptionem practicari in illis contractibus pacti de retrouendendo, in quibus non adfint illa verba, seu dictiones denotantia perpetuitatem, & infinitatem *Menoch. conf. 143. n. 14. Card. Mantie. in tract. de tac. & ambig. Conuent. lib. 4. tit. 31. nu. 21. Angel. & Bald. in l. quod si nolit §. si quid ita uenerit. ff. de edelit. edict. Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 3. n. 15. & eam esse veriore, & magis communem, & pro ea fuisse iudicatum dixit Petr. Gerard. sing. 18. quam refert Ant. Gabriel. lib. 5. comm. opn. in tit. de præscript. conclus. 6. decis. Auenion. 129. ac etiam in decis. Florent. refert Mangon. decis. 106. Pancirol. conf. 38. num. 6. optimè Guttier, in repet. l. nemo potest, nu. 468. ff. de legat. 1. Cantiancul. conf. 17. num. 44. Vrsill. ad Assl. decis. 37. 51 dixit, impiissimum refugium est allegare præscriptionem, & in dec. 379. dixit numquam potuisse obtinere sententiam ex capite præscriptionis, & Reg. Rouit. in conf.**

conf. 14. lib. 2. illa causa non fuit decisa, sed remansit in paritate votorum cui facultati præscribendi dictum pactum, retrouendendi partes possunt renüciari Balb. in tract. de præscript. 5. par. 5. partis principalis q. 6. Cephal. conf. 700. num. 3.

5. Quo ad tertium modum, quando in pacto fuit expressum, quod venditor oblato eodem prætio possit ad tempus redimere, nec certum tempus est prænitum, *l. sine præfinitione ff. de panis, & quando nulla temporis mentio facta sit, intellige imperpetuum, l. seruus, vbi Bal. & Salic. C. de panis, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 4. vbi expresse dixit tempus durare imperpetuum, Bal. in l. minoribus C. de decurionib. lib. 10.*

53 Quo ad quartum modum quando emptor non teneatur retrouendere nisi post certum tēpus, puta post biēnium, vel decemnium, aut verò expressum est in instrumento, & id seruandum est, aut dictum est intra decem, aut viginti annos. fiat, reuenditio, & poterit venditor quocumque tempore redimere, cum omne tempus quod in termino prædictorum annorum clauditur intra eos esse rectè dicatur, & quolibet anno, & die posse redimere per *tex. in l. si ita fuerit libertas ff. de manumiss. testam. l. 1. §. quod dicimus ff. de success. edict. Guid. pap. decis. 516. Cagnol. in repet. l. 2. in 9. quæst. C. de pact. inter empt. & vendit. alios autem casus distinguentes tempus prædictum enumerat Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 67. & nu. 68. cum seq.*

54 Quo ad quintum modum, quod emptor teneatur infra certum tempus, veluti intra decemnium retrouēdere post dictum tempus præcluditur via redimendi, nam facultas redimendi ad tempus, post tempus intelligitur esse prohibita, *l. status liberus, §. sticum, ff. de legat. 2. l. si vnus §. si cum reo, & l. epistola, §. ult. ff. de pactis, permittum enim ad tempus cēsetur post tempus prohibitum, & denegatum, l. si vnus §. 1. vbi Bal. & l. Epistola, §. fin. vbi Castrens. ff. de pact. Tiraq. in tract. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 44. decis. Pedam. 851. num. 13. & si post tempus conuentum cogereur emptor reuendere, esset inutilis adiectio certi temporis, cap. si papa de priuileg. in 6. Bal. in fine, vers. item nota post terminum, & esset contra conuentionem, & intentionem agentium contra *tex. l. omnis ff. si cert. petat. l. obligationum in princip. ff. de obligat. & Bal. in l. adita, col. 13. C. de edendo, dicens quod affirmatiua limitatio ad tempus, inducit post illud negationē, vt Roman. conf. 431,**

58 nam tempus ad aliquid faciendum præstitum, non potest prorogari, etiam si agatur de fauore libertatis, & vltimæ voluntatis, *l. Thais, §. intra ff. de fidei libert. & l. Sthico §. Titius de stat. libert. & qui*

59 patitur labi tempus sibi præstitum ad redimendum, tacitè videtur huic facultati sibi competenti renunciare, *l. 2. §. expectandi, ff. de bono poss. secundum tabul. l. alienationes ff. de verb. signif. cū tēporis lapsus inducat renunciationem Bal. in l. 1. C. de restit. in integr. & l. si ego ff. de neg. gest. Tiraq. de retract. consangu. §. 3. glo. 4. nu. 2. Surd. conf. 91. num. 21. lib. 1. & decis. 189. nu. 8. & 9. Affl. de iure probom. in verbo vt infra 30. dies, col. 9. vers. 4. nota, Alex. conf. 133. in fine, lib. 6. & quando tempus adicitur obligationi propter fauorem debitoris tantum, ira quod creditor ex parte sua nihil facere debeat, sed quando satisfacit per numerationem prætij, intra tempus præstitum tenetur retrouendere post illud tempus statutum, & adiectum in*

61 contractu non tenetur retrouendere, quia emptor, & venditor teneretur obseruare legem conuentionis dicta *l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Angel. cōs. 199. num. 2. Ias. in l. cum qui ita §. qui ita stipulatur, num. 9. ff. de verbor. obligat.*

62 Hinc est quod ratificatio in tempore promissa post tempus non valet quia medio tempore ius fuit quæsitum alteri, nec retrotrahitur tanquam per lapsum temporis cum non sit amplius in eodem statu, *Bar. in l. si vxor §. si quis plane vxorem, ff. de adult. Nat. conf. 415. nu. 2. conf. 504. num. 20. Ofasc. decis. 119. num. 23. Becc. conf. 66. num. 25. Surd. conf. 8. num. 18. lib. 1. decis. 245. num. 8. latè Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glos. 10. num. 69. & 88. Reg. de Ponte in decis. 27. nu. 1. cum illud tempus promissum ad ratificandum, attendendum sit iuxta *Bar. in l. obseruare. nu. 1. & 4. ff. de offic. proconf. Alex. conf. 78. nu. 18. lib. 5. Dec. conf. 367. nu. 4. Ruyn. conf. 72. nu. 10 lib. 3. Nat. conf. 262. num. 10. Ofasc. dicta decis. 119. num. 26. Surd. conf. 183. num. 34. lib. 2. & decis. 245. num. 5. vsque ad 13. & nihil operatur cum sit facta post tempus, Roland. conf. 19. num. 12. & 13. lib. 1. Alex. conf. 167. lib. 6. num. 2. & 3. Ruyn. conf. 172. num. 14. lib. 1. Menoch. conf. 121. num. 34. lib. 2. Dec. conf. 246. num. 5. & 6. & non debet attendi tanquam facta tempore inhabilitate non integra, *l. bonor. ff. rē rat. hab. Paris. conf. 77. num. 39. lib. 1. Dec. conf. 225. conf. 426. num. 5. Surd. conf. 157. lib. 2. num. 18. &***

64 sic ratificatio promissa in tempore limitato, currit de momento ad momentum *Bal. conf. 457. num. 3. lib. 3. Tiraquell.*

- de retract. lignag. §. 1. glos. 11. num. 36. & quando tempus precisè est appositum, puta infra annum, vel mensem alicui contractui, vel dispositioni, illud tempus limitatum, infra mensem, vel infra annum, continet contrariam dispositionem post tempus, l. fratres ff. de penis, Bal. & Salic. in Authent. qua supplicatio C. de precib. imper. offer. Surd. dec. 203. num. 1. & 5. Gratian. discept. forens. lib. 4. cap. 710. nu. 8. & decis. 244. num. 10. Dec. conf. 61. num. 4.
- 65 Actus promissi faciendi infra tempus, si permitterentur post tempus frustra esset illa adiectio temporis in prædictis contractibus, l. si quando ff. de legat. 1. cum in illis nullum omninò verbum, sed nec vlla quidem syllaba, debeat esse sine effectu aliquid operandi, vt pulchrè dixit Bal. in Rubr. C. de contrahend. emptio. in
- 66 quest. 9. cum finito tempore, venditio remaneat libera, Boer. decis. 142. num. 9. & idem Boer. conf. 3. num. 17. 25. & 28.
- 67 Cum indubitatum in iure sit tempus præfixum in quolibet contractu conditionem inducere, quæ conditio dicitur suspensiva, vel resolutiua actus, & operatur, vt nunquam contractus factus fuisset, Tiraquell. in tract. l. si unquam in verbo reuertatur nu. 277. & Reg. Rouit. in prag. 1 de guidat. nu. 19. inspiciendum est enim, quid actum est in dicto contractu, seu concessione, in quibus quilibet opponit pactum, & conditionem, quam vult Andr. in prælud. feudor. in princip. vers. in quibus, & conditione, nam rei suæ quilibet est moderator, & arbitrer, l. in re C. mandat. & de natura contractuum est ex parium conuentione legem accipere, l. legem C. de pact. & l. 1. C. de pact. conuent.
- 68 Item affirmatiua limitata ad tempus inducit negatiuam, post illud, Dec. conf. 6 num. 4. ex pluribus comprobatur Tiraquell. de contract. conuent. §. 1. glos. 2. num. 45. ratio est quia concessum ad tempus, censetur post tempus prohibitum, l. si vnus, §. 1. vbi Bald. ff. de pact. Surd. conf. 88. nu. 7. vol. 1. & conf. 97. nu. 26. & conf. 772. nu. 11. vol. 1.
- 70 Conditio implenda infra tempus, nõ potest post tempus adimpleri, per text. in l. Thais §. intra certa tempora ff. de fideicommiss. liber. vbi nõ admittitur ad adimplendam conditionem post tempus, nec etiam ad consequendam libertatem, quæ est causa favorabilis, imo pia, l. statu liber. §. sticum, ff. de legat. 2. per quem text. dixit Bal. in l. si plures, num. 32. C. de condit. infer. conditio enim habet vim causæ finalis, & debet seruari in forma specifica, l. maius, & l. qui heredi ff. de condit. & demonstrat. DD. communiter in l. gallus, §. & quid si tantum ff. de liber. & postb. & dum,
- 72 præfigitur certum tempus, siue terminus, infra quem aliquid debet fieri, terminus ille stat pro forma, & conditio-
- 73 naliter, ideo per omissionem termini actus ipso iure annullatur, ex quo forma non est seruata, etiam si defectus sit in minimo, Surd. conf. 124. num. 5. volu. 1. Rota Genuens. decis. 192. num. 2. & late Reg.
- 74 de Ponte conf. 15. num. 32. 55. & 85. Hinc est, quod qui non obseruat tempora dispositionis, dicitur ipsam dispositionem non obseruare, Surd. dicto conf. 124. nu. 7. Bal. in Auth. qua supplicatio C. de precib. Imper. offer. nu. 8. & Salicet. in dicta Auth.
- 75 quæ supplicatio, dixit peccatum temporis esse peccatum formæ, forma autem non specificè seruata, actus corrumpitur, comprobatur Reg. Rouit. supra cit. nu. 35. & pro-
- 77 inde non potest poni tempus pro tempore quia tempus tanquam forma dat esse rei, text. in l. si pecuniam ff. de cost. caus. dat. Sol. in suis comment. in antiquis constit. Sabaudia i. par. Decret. ex frequent. tit. de pact. inter empt. & vendit. num. 9. Menoch. de arbit. iudic. casu 217. lib. 2. conf. 343. lib. 4.
- 78 num. 46. Et licet militibus ex causa militiæ occupatis, non currat tempus, & potest etiam finito tempore admitti ad retrahendum, cap. significante extra de pignorib. cap. quia diuersitatem, de concessio. præbend. l. attilicinus ff. de seruit. rustic. prædiorum, l. 1. in princip. ibi si res publicè operam, ff. ex quib. caus. maior. etiam mino-
- 79 ribus restitutionem in integrum dari ex capite iuxta impedimenti, Cognol. in l. 2. nu. 218. C. de pact. inter empt. & vendit. videlicet sit disputatio an currat præscriptio, vel non, an vero detur restitutio in integrum; Bart. in l. 1. §. si quis hoc interdicto, lo secondo, ff. de itiner. actuque priu. Affl. decis. 37. quia sufficit obtineri ex capite restitutionis, quæ datur à die scientiæ, Cognol. vbi supra, num. 219. tamè
- 80 aduersus lapsum temporis conuenti; non minores neque milites ex iuxta causa
- 81 sa absentes restituuntur, licet enim restituantur aduersus tempus, vel penam legalem, non tamen restituuntur aduersus conuentionales, Tiraquell. latissime in Rubrica de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 46. & 55. glos. notabiliter in l. si cum militibus in verbo distraxerunt C. de restitut. milit.
- 82 Et adeo hoc est verum, quod tempus in contractibus appositum, pro aliquid faciendo currat etiam ignoranti, per text. in l. qui autem, §. si quid cum pupillo ff. que in fraudem credit. & singularem ap-

pellat *Tiraquell. in tract. de retract. lignag. §. 35. glos. 4. num. 25. & 26.* Imo quando terminus adiungitur numero dierum, 83 vel mensium, cum dictione A, vel Ab, & similibus, tunc statim incipit currere, & currit de momento ad momentum, & currit de momento ad momentum, etiam ignorantia, *Ant. Gabr. comm. opin. lib. 2. in tit. de arbitr. conclus. 2. num. 5.* & licet terminus compromissi currere non incipiat nisi à die acceptationis, tamen quando esset dictum, quod currit, aut daret per mensem ab hodiè, tunc tempus currit statim, *Anton. Gabr. ubi supra nu. 4.* quo termino elapso nequicquam minori conceditur restitutio in integrum post omnes tradit *Reg. Sanfelix. in sua praxi iudiciar. sect. 41. nu. 7.*

85 Nec Iudex potest contra prædictam conventionem, contrarium iudicare, ex quo debet stare id, quod fuit dispositum, & conuentum inter partes; cum pacta contractui legem dant, *l. petens ubi DD. & l. legem C. de pact. Borgo. Cauale. decis. 36. num. 445.* nec absque cōsensu ambarum partium possunt reuocari, & alterari, *Cappell. Tholos. decis. 307. Rodoriq. Suarez in l. post rem ff. de re iudic. Felin. in cap. accedens, el primo num. 2. & 3. ve lit. pendent. & in cap. l. in 2. fallent. de probat. cum Iudex validare debet conuentiones per partes initas, & ex conuentione iudicare debet, non ex sua æquitate, vt in l. in conuentionibus, ff. de verbor. oblig. ubi Bart. num. 5. & seq. & proinde cum sumus in dispositione conuentionali, etiam iudiciali, quæ seruanda est, cum ex ipsa cōuentione contractus legem accipiat, *l. pacisci ff. de pact.* nec possunt isti contractus operari ultra conuentionem, & eorum intentionem *l. non omnis ff. si cert. pet.**

88 Tāta igitur est vis temporis limitati, vt ex eius natura sumi possit argumentum etiam in statutis, & ad correctionem iuris communis, vt dixit *Bal. in l. obseruare §. proficisci, in 3. quæst. ff. de offic. procons. Alex. conf. 3. nu. 6. vol. 7. & Roman. in conf. 31. dixit, quod qui ius suum non prosequitur intra terminum præfixum videtur illi renunciare, nec audiri deinde potest* *Ias. in l. si ita quis num. 3. ff. de vulg. & pupill. substit. Crot. in conf. 61. nu. 15. & in l. si insulam. nu. 15. ff. de verbor. oblig. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. glos. 2. nu. 47. Caphal. conf. 422. num. 4.* & in terminis quod lapso tempore conuento, & appo-

90 sito in contractu, non teneatur emptor reuendere, vt est *tex. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. vbi ponitur primo casu de eo qui promisit reuendere, quando cumq. vel intra certa tempora, & di-*

91 citur seruandam esse legem cōuentionis, quod nihil aliud est, quam, quod teneatur emptor reuendere intra tempus statutum, & per illum *tex. quæstionem ita determinat, Angel. in conf. 199. sequitur Barb. in cap. ad nostram de empt. & vendit. col. ult. Socc. conf. 241. vol. 2. num. 14. Curt. sen. conf. 59. vers. ultimo confirmari, Dec. conf. 308. num. 8. & cum alijs pluribus apud Tiraquell. de retract. conuent. dicta glos. 2. num. 41. vbi addit. tex. in l. si creditor §. illud ff. de distract. pignor. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vend. num. 36. & Gozad. num. 64. qui duo confirmant alijs rationibus & inducunt illum *tex. reprehendentem Ias. qui dicebat ibi, hoc non probari, Ruyn. conf. 54. vol. 5. Socc. iun. conf. 194. nu. 3. vol. 3. Nat. in conf. 492. Craueff. conf. 216. num. 19. Roland. conf. 10. num. 12. vol. 2. Becc. in conf. 12. num. 7. & conf. 32. num. 1.**

92 Nec esset relinquendum vnum notabile v3. facto pacto inter contrahentes de redimendo infra certum tempus, quo pendente oritur controuersia inter emptorem, & venditorem nam vnus impugnat, alter negat, & interim labitur tempus, an admittatur post finitam litem, non obstante, quod tēpus sit finitū & affirmatiuè cōcludit, non obstante lapsu temporis, cum non dicatur scire alienatam rem fuisse ante exitum litis, argumento *l. quan. liu C. qui admitti, Guid. pap. decis. 357. ita voluerunt DD. in l. intra maiores. & ibi quog. Petr. à Bella pert. vers. dicit hic Cyn. col. 2. vers. item facit hec lex, & Bal. qui hic, dicit notat col. 2. vers. ecce aliam quæst. & Salic. in fine C. de inoff. testam. &*

93 sic à pari pendente nullitate sententiæ non currit tempus appellandi, vt in *l. 1. C. quando prouoc. non est necess. Hyppol. de Mars. singul. 152. DD. omnes in l. qui testamēto per illum *tex. ff. de excus. Tutor. Bar. in l. si expressim col. 5. vers. circa tertium ff. de appell.**

94 Et ex his oritur quæstio an tempus statutum ad retrahendum currere inceptum cum maiore, qui decessit relicto hærede minore currat, contra minorem, ex quo *textus in l. apud Iulianum in principio ff. ex quibus cas. in poss. eatur, dixit quod vbi cōtra maiorem obligatio sumpsit originem, non consideratur persona minoris, nec conceditur minori restitutio in integrum, Bar. in l. cum filius fam. in §. in hac ff. de verb. oblig. & l. gemilius ff. de minor l. fin. vbi Castrens. C. si aduers. vendit. pignor. Ias. conf. 226. lib. 2. & ideo cum tempus prædictum currat de momento ad momentum, videntur*

etiam currere minori tempus prædictū, absq; spē restitutionis in integrum, *Affl. decis. 210.* quia minor aduersus præscriptiōem conuentionalem inceptam cum defuncto maiore nō restituitur, imo currit contra maiorem *dicta l. Emilius*, quia sicut non restitueretur aduersus contractum celebratum cum defuncto maiore, cui ipse successit, *l. que a patre C. de restit. milit.* ita nec restituitur aduersus cursum temporis appositum ipso contractu per *tox. in l. 2. C. si aduers. vendit. pign. ubi DD. & licet leges dicant, quod minori decem, & octo annis non currat præscriptio longi temporis, vel 30. annorum, & interrumpitur per minorem ætatem, Bart. & ceteri in l. unica C. in quibus in integr. restit. non est necess. Surd. conf. 251. num. 6. & decis. 4. nu. 1. Crauet. de antiq. tēp. par. 2. in princip. num. 4. Guid. Pap. decis. 30. num. 3. Gratian. discept. forens. cap. 475. num. 23. & latius cap. 78. num. 45. licet fuerit incoata cum defuncto, cum non potuit agere, & sic non volenti agere non currit præscriptio, *l. 1. §. fin. C. de annal. except. l. 1. C. de bon. mater. l. in rebus §. annis C. de iure dot. maxime quando agitur de fideicommissio obtinendo, Peregrin. de fideicommiss. artic. 41. num. octauo, & num. 16. & pupillus in iudicio vocatus, contra ipsum præscriptionem non currere etiam centum annorum Peregrin. dicto artic. 41. num. 16. ultra quod in Regno nostro nō praticari præscriptionem, cum de raro causæ per præscriptionem decidantur in beneficium conuentorum, eo quia fere vnquam requisita interueniunt, prout in præscriptione annorum 60. decisum per *Sac. Conf. refert Vrsill. ad Affl. decis. 13. nu. 9. & Affl. decis. 13.***

100 Neque in feudis, & similibus iurisdictionibus feudalibus; præscriptio locum habet etiam si centenaria esset, *Paris. de re integ. feud. rub. de concess. rei particularis feudi, §. quaedam sunt bona, num. 6. Pernus in conf. 15. Reg. de Ponte conf. 79. num. 5. & seq. ubi etiam quod demanialia feudi non præscribuntur, lib. 1. Giurb. qui alios allegat decis. 50 num. 7. Matrill. decis. 105. nu. 18. Ann. singul. 194. quia iura prædicta loquuntur de præscriptione legali 30. annorum; & non de conuentionali, *l. sicut C. de præscript. 30. annorum*, quæ ab illa differt, quo ad originem, & quantum ad vitas *l. si vero §. de viro ff. sol. matrim. & l. præcipimus C. de appellat. late Ruyn. conf. 4. lib. 5.* Sed licet concedatur*

102 restitutio ex clausula generali si qua iuxta causa mihi videbitur *Bar. in d. l. B-*

milis, quæ clausula procedit in quocūque hærede propter iustā causam ignorantæ quam hæredes habent ignorantes factum defuncti, nam petendo restitutionem in integrum tanquam læsus nō audiretur, *Bart. in d. l. Emilius*, quæ clausula generalis si qua mihi iuxta causa succurrit etiam rusticos, *Ancharan. conf. 393. Roman. conf. 476. Alex. conf. 71. volum. 1. conf. 8. volu. 3. conf. 69. & conf. 43. vol. 5. Aret. conf. 15. Curt. iun. conf. 18. Barb. conf. 40. lib. 1. Curt. Sen. conf. 46. Dec. cōf. 138 Beltran. conf. 273. vol. 1. & conf. 301. vol. 3. Ruyn. conf. 68. lib. 1.*

104 Hinc est quod purgatio moræ post lapsum temporis ad euitandam rescissionem contractus, a qua rescissione oritur pœna, prout est in liquidatione instrumenti ob tertias non solutas, vel ob ratificationem non factam, non admittitur, tamen ex equitate posse prædictam moram purgare, etiam super tenore instrumenti citato *Carauit. in ritu 173. etiā*

105 elapso peremptorio termino, *Ann. singul. 349.* sic etiam ad euitandam caducitatem rei emphiteuticæ ob census non solutos dū in pœnam amittuntur meliorationes; *Affl. decis. 174. Franck. dec. 472. num. 9.* non solum antea sed post sententiam admittitur purgatio moræ.

Sed quando agitur de purganda mora, de re promissa in contractu certa die ob inobseruantiam, elapso tempore petitur rescissio ipsius contractus, ex quibus nō oritur pœna, sed solum resolutio ipsius contractus, & ita procedunt *tox. in l. si ita quis 135 ff. de verbor. obligat. in quo fuit posita & admissa purgatio moræ dicta l. si ita* ibi respondi posse, si non multo post obtulisse, nec partis quicquā propter eam moram interesset, quod omne ad iudicis cognitionem remittendum esse, & in *l. si insulam 83. ff. de verb. oblig. ibi (si insulam fieri stipulatus, & trāserit tempus, quamdiu litem contestatus non sim, posse te facientem liberare) & sic prorogatio temporis ad purgandam moram non potest extendi nisi ad aliud primum tēpus, Auth. qui semel C. quomodo, & quando iudex, l. sancimus C. de fideiuss. l. si iudex in fine, ff. de iudic. ibi ita tamen vt legitimum tempus non excedat, & ibi notant DD.*

108 Quo ad sextum modum, vt venditor, vel eius hæres teneatur intra certum tempus redimere, de quo potest probabiliter dubitari an valeat, & dicendum esse valere, nam si valet pactum, quod emptor cogitur intra certum tēpus vendere, pariter valere debet pactū ad

ad fauorem, quod venditor teneatur retroemere intra certum tempus, nam hæc est natura correlatiuorum quorum eadem intelligitur dispositio, l. vlt. ff. de indic. viduit. tollen. & l. cum empt. ff. de re scind. vendit. l. vlt. ff. de accepte.

109 Quoad septimum modum vt venditor possit redimere proprijs pecunijs, quod quidem pactum sine dubio valet, & cum proprijs pecunijs esset redimensus, cum semper præsumitur pæcunia esse propria, l. magis ff. de solut. cap. literas de præsumpt. & l. Diuus ff. de restit. in integr. nam quando est pauper, tunc non dicitur pæcunia propria, Craueti. cõs. 191. nu. 8. & dicitur propria pæcunia quando venditor eam mutuo accepit, & cum illa potest redimere, l. 2. §. appellata. ff. si certum pet. & hoc potest apponi in contractu per viam pacti expressi; Mant. de tacit. & ambig. cõvention. lib. 4. tit. 32. nu. 14.

111 Possunt vero contrahentes ad euandandas lites, & discordias apponi in contractibus quod ipse solus de propria pæcunia possit oblato pretio integrali, & non partem pretij, & quod sit moneta vsualis, & non de alijs effectibus vel corporibus, Craueti. cõs. 191. nu. 8. vers. quarta ratio, Card. Mant. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 32. num. 14. & nouissime Steph. Gratian. discept. forent. cap. 258. num. 26. text. in l. 1. in fine ff. de constit. principum l. idem in duobus §. personale ff. de pactis Bart. in l. qui in futurum §. si ex altera vers. aut poterat ff. de pactis DD. in l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. l. non solum §. tale legatum vers. quoties enim ff. de liber. legat. & in l. iuris gent. §. pactorum ff. de pactis, Alciat. cõs. 7. num. 9 lib. 1. Menoch. cõs. 1186. Bursat. cõs. 255. idem Grst. in cap. 477. Clar. quæst. forent. c. 6. n. 64. & Affl. in cõsiliis. Regni pacis cultu,

112 nam pro tali pacto speciali, prædictum pactum de retrouendendo efficitur personale, tunc prohibetur ius prædictum alteri cedere; vt per Signoroli. cõs. 80. vol. 2. Roman. cõs. 484. Barb. cõs. 51. num. 25. lib. 1. Ruyn. cõs. 72. lib. 1. Brun. cõs. 80. tunc cessio fieri non potest, cum sit specificatum per pactum quod venditor solus, & de sua pecunia posse redimere, conuentio prædicta seruanda est, l. 1. §. si conueniat ff. de positi, & Dec. cõs. 312. col. fin. facit tex. in cap. fin. §. 1. de offic. Deleg. & Roman. in cõs. 484. fallit in filio, quia pa-

113 ter potest nõ obstante dicto pacto tale ius redimendi filio cædi, quia, & si electa sit industria personæ, actus tamen per filium explicari potest, ideo pater per filium substitutum legere potest, vt tradit Roman. sing. 670. incipiente ille cuius in-

industria, Angel. Aret. in l. nemo. ff. de duob. reis, Felin. in cap. afferte, col. fin. de præsumpt. Aquens. in l. si ita quis, §. ea lege, col. 4. vers. item ex ista. ff. de verbor. obligat. Dec. late, & pulchre in cõs. 262. col. 2. & 3. & quod diximus, quod ipse solus, quando in contractu adest pronomen, ipse, ipsa, ipsum, sit demonstratiuum ad oculum, & conuentionem, per talem pronomen, factam esse personalissimam, consulunt, Bal. in cõs. 303. incipiente nobilis, lib. 5. Gemm. cõs. 108. Curt. sen cõs. 50. nam

117 quando non adest dictum speciale pactum quod solus venditor redimere possit cædi, permissum est quia non dicitur simpliciter personale, ratio est quia quod iuris est de aliquo, illud idem, esse debet de alio, per quod peruenitur ad illud, l. oratio ff. de sponsal. ad rem mobilem ff. de procur. & late de hac materia scripsit Paris. cõs. 92. lib. 3. l. fin. dit, §. Iulianus ff. de petit. hered. l. debitori C. de pact. Bal. cõs. 22. lib. 2. ratio est iura personalia cædi posse, & actio redimendi personalis est, Alex. cõs. 10. lib. 1. Hanc opinionem tenuit Castrens. cõs. 45 in antiquis, Dec. cõs. 154. circa finem, referens cõs. Castrens. quod approbat, & extollit, comprobat Barbat. cõs. 51. vol. 1. col. 18. Alex. cõs. 228. & 232. vol. 6. Angel. Aret. in §. præterea, il secundo, col. 23. instit. de Except. Paris. cõs. 92. Dec. cõs. 614. col. 2. cõs. 680. col. fin. & 643. & 648.

118 Et quod diximus de filio posse etiam verificari de hærede, nam hæres habet connexitatem cum defuncto, ita quod hæres, & defunctus vna eodemque persona reputetur §. 1. Auth. de iure iur. à morien. præst. dixit Socc. cõs. 293. incipiente præsens consultatio, col. 1. quod sermo testatoris dicitur proprius sermo hæredis, & ideo hæredi apponi non potest, quod in instrumento non sit nominatus, quia Nominato Titio, eius hæres nominatus videtur, Bal. in l. 1. col. 1. C.

120 quorum legatorum, & factum hæredis reputatur factum defuncti, Angel. cõs. 185. incipiente Brunus, vnde factum nomine defuncti per hæredem ratificari potest, Bar. in l. Bonorum col. 2. ff. rem rat.

122 haber. & promittentes de facto suo, censeatur promittere etiam de facto hæredis, Dec. cõs. 262. vers. 6. & cõs. 281. vers. ad maiorem, & in l. hæredem, post medium, ff. de reg. iur. cum censeatur vna eademque persona cum defuncto; & venditor promittens euictionem de facto suo censeatur etiam factum hæredis, promittere, Decius cit. & Alex. in cõs. 18. vol. 5. num. 4. Fabian. de Monte de empt. & vendit. quæst.

- qua *ff. 6. col. penult. vers. circa, Curt. iun. conf. 76. Ruyn. conf. 94. vol. 1. Boer. decis. 67. nu. 5. Hyppolit. singul. 656. Calder. Pereira de empt. & vendit. cap. 20. num. 23. Ias. in l. 1. num. 11. in quarta limit. ff. si quis ius dicit. & in l. si tibi §. si quis, num. 1. ff. de pact. Roman. in Rubr. de arbitr. col. 9. vers. scias tamē*
- 124 *men. In dubio enim semper persona hæredis censetur comprehensa, licet expressa non sit per tex. in l. iuris gentium, §. prator, ff. de pactis consuit Rota decis. 361. num. 3. apud Farinac. in 1. collect. nouiss.*
- 125 *Et licet quæstio prædicta sit satis praticabilis, tamen à DD. fuit ventilata, cum per dictionem taxatiuam tantum facit operari exclusionem omniū aliarum personarum, Bar. in l. 1. ff. si quis ius dicit. non obtemp. l. non solum §. tale ff. de liber. legat. late Tiraguell. de hac materia in tract. de utroque retract. & de retract. conuent. s. 1. glos. 9. num. 2. cum plurib. seq. Tursellin. in libello de particulis latina orationis cap. 184. Cardinal. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. D. conclus. 388. num. 4. Grat. in tract. de dictionib. dict. 290. Cotta in memorabili verb. tantum, Rebuff. in cōmentar. ad l. pratum 31. vers. Tantum pag. 193. & ad l. propemodum 88. vers. Tantum pag. 385.*
- 126 *Quæ dictio taxatiua tantum excludit non solum personas extraneas, sed etiam hæreditarias, oritur ista prohibitio ex voluntate paciscentium, ex quibus faciunt pactum redimendi per dictam dictionem taxatiuam tantum personale, l. 1. in fin. C. de constit. Princ. l. idem in duobus §. personale ff. de pact. Bar. & DD. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Affl. in constit. Regn. pacis cultum Cagnol. in d. l. 2. num. 46. Menoch. conf. 115. num. 50. Ciardin. quaest. forens. cap. 6. nam. 64. quod pactum personale excludit etiam hæredes, Bar. in l. nisi, & l. qui in futurum §. 1. ff. de pact. & l. si sit, la seconda ff. de verbor. obligat. Ruyn. conf. 94. num. 3. lib. 1. ideo em-*
- 128 *ptor ex natura contractus non tenetur retrouendere, & sic si pacto fuit conuentum, cum dictione taxatiua, quod tenetur retrouendere ipsi venditori tantum, vel quod venditor tantum oblato eodē prætio possit rem venditam redimere, quia per dictionem taxatiuam intelligitur exclusus, dum includit expressum, & reliqua excludit, Surd. decis. 291. num. 19. Stroz. de offic. Vicarij lib. 2. quaest. 1020. num. 11. Cartar. Ianuens. decis. 70. num. 54. Menoch. conf. 705. num. 19. & conf. 1036. num. 10. Ruyn. conf. 45. nu. 13. lib. 1. Gozad. conf. 31. num. 22. l. qui aliena, §. liberos ff. de negot. gest. & in l. qui sella, §. qui actum ff.*
- ff. de seruit. rustit. prad. Bar. in l. 1. num. 1. Ias. n. 9. ff. si quis ius dicit. non oatep. Anchar. conf. 95. Abb. conf. 51. lib. 1. Alex. conf. 1. 168. lib. 7. num. 11. Dec. conf. 317. num. 5. 10. 2 Ricciull. de iure person. lib. 2. cap. 15. num. 22*
- 129 *Anell. de Amat. primo fisci patronus secundo Præses Regiæ Camaræ Summariz Aduocatus Primarius, teudista celeberrimus, Doctrina, & integritate cōspiciuus omni æuo venerandus, in suo sapientissimo, & eruditissimo conf. 74.*
- 130 *num. 26. & 27. habens dictam dictionē tantum negatiuam implicitam, Aym. in tract. de antiquit. tempor. par. 4. num. 112. &*
- 131 *per illam dictionem constituuntur pacta personalia prout notat Franc. Soufa in comment. ff. de pact. art. 9. quest. 2. nu. 7.*
- 132 *Equidem ista Dictio tantum natura sua est restringere limitare, & excludere, Vincent. de Franch. decis. 123. num. 4. Caputaq. decis. 47. num. 4. & decis. 148. num. 6. par. 3. Menoch. conf. 362. nu. 36. & conf. 1110 num. 30. Paris. conf. 7. num. 13. lib. 2. Corn. conf. 199. nu. 3. lib. 1. Cardin. Serapbin. decis. 237. num. 2. Farinac. decis. 740. & decis. 600. num. 7. par. 2. recent. l. aduersus C. si aduers. rem iudic. & in l. his solis ff. de condit. in debit.*
- 133 *Dictio taxatiua tantum operatur effectum exclusiuum non solum personas extraneas, sed etiam hæredes, cum nullum verbum in contractibus superuacuum esse debere, Bal. in rubrica. C. de contrabenda empt. num. 9. quod si non excluderet personam hæredis frustra esset posita dicta dictio tantum, cum tutius, & securius est, à verbis contractus. non recedere, Bal. conf. 180. num. 6. lib. 1. & à quo remouentur verba contractus, remouentur iura contractus l. qui tabernas ff. de contrab. empt. Bal. conf. 147. nu. 3. lib. 1.*
- 134 *igitur mens quæ colligitur ex verbis, & natura contractus seruari debet, Bald. 182. num. 6. & 7. lib. 1. quod etiam in vltimis voluntatibus receptum est, l. si aliis ff. de usufruct. legat. & l. non aliter ff. de legat. 3. l. non solum, §. tale ff. de liberat. legat. Bar. in l. qui in futurum, §. 1. ad finem ff. de pact. Octavian. Vulpell. de prepos. & adverb. signif. pag. 124. Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 2. cap. 11. num. 13. Rebuff. in comment. ad d. l. propemodum, vers. interdum, Calder. Pereir. in tract. de empt. & vendit. cap. 20. num. 23.*
- 135 *Hoc pactum redimendi licet sit fauorabile, argum. text. in l. si vnus §. pactum*
- 136 *ne peteret ff. de pact. cui partes possunt renunciare, dum fuit introductum ma-*
- 137 *gis gratia venditoris quam emptoris, Socc. conf. 241. lib. 2. Monter. decis. 1. num. 33. Giurb.*

Giurb. decis. 69. num. 3. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 33. num. 4. cum favorable est, vt res vendita ad suam pristinam naturam, & ad antiquum Dominum reuertatur, l. si vnus §. pactus ne pereret in sine, ff. de pact. cum illud totum est
138 *in fauorem venditoris, qui potest fauori suo renunciare, l. si quis in conscribendo, C. de pact. l. 2. C. vt in possess. legat. cap. ad Apostolicam de re iudic. Surd. conf. 318. nu. 3. lib. 2. Bar. in l. pater, §. iulius. A grippa, ff. de legat. 3. DD. in l. filius fam. §. diuisi, ff. de legat. 1. Burs. conf. 151. num. 76. lib. 2. l. si conuenerit, & ibi DD. ff. de iurisdict. omn. iudic. & DD. in cap. 1. de iudic. Bero. conf. 151. nu. 6. vol. 1. l. quod fauore, C. de legi. cap. quod ob gratiam, de regul. iur. in 6. Bero. conf. 44. num. 20. lib. 3. Socc. regul. 329. Damas regul. 138. Aloys. de Aber. singul. 87. Marsil. singul. 561. Alph. an. collect. 447. Donell. comment. iur. Ciuil. lib. 18. par. 3. col. 9. vers. deinde, Mascard. de probat. conclus. 1269. Menoch. de presump. lib. 6. presump. 41. & conf. 910. nu. 1. Surd. conf. 198. num. 2. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 153. Tiraquell. in tract. de lemort. par. 7. declarat. 1. nu. 1. & 4. & de primogen. q. 24. num. 4. Merlin. in emporio iuris. par. 1. tit. 1. in preclud. num. 19. & tit. 10. de locata, q. 2. num. 12. Cardin. Mantie. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 18. num. 20. Cardin. Tusch. tomo 6. lit. R. conclus. 170. Azor. in institut. moral. par. 1. lib. 5. cap. 22. quest. 10. Monet. de opt. Canon. cap. 3. num. 207. & cap. 6. num. 4. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 2. resolut. final. casu 13. Ferrer. in constit. Cathal. glos. 4. num. 86. Suar. de legalib. lib. 8. cap. 33. Rota decis. 265. nu. 3. apud Farinat. par. 1. recens. & dum pactum de retrouendo sit personale, vt dictum est, quilibet iuri suo personali renunciare potest, & in specie post omnes Roland. a Vall. conf. 28. num. 26. lib. 2. ratio adducit*
139 *quia istud pactum de retrouendo coheret personæ gratia rei; & quoties*
140 *ius aliquod inhæret personæ gratia rei illud est cessibile, Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de cessio. Actio. §. 1. in addit. incipiente an actio iniuriar. ita Gozad. in l. 2. num. 105. C. de pact. inter empt. & vendit. dixit & sequit. Ioan. Angel. Pisanell. in allegat. manu scripta inter Illustr. Marchionem Campanæ, contra Illustr. Ducissam Martina, num. 7. adducens Gozadin. in repet. l. 2. in 6. quest. col. 3. ibi sed cogita, C. de pact. inter empt. & vendit. per decis. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de cess. actio. §. 1. in addit. incipiente an actio iniuriar. & quod cædi possit, est communis opinio, vt per Dec. in conf. 614. col. 2. vees. circa secundum, & per Gratium in respons. 157. in 2. lib.*

responsorum, Calderin. conf. 59. quod est
141 *secundum de renunciatione, amplia in iure competente ad rem prout est pactum de retrouendo, & sufficit renunciatio, etiam non expressa Cald. conf. 62. incipiente an si impetrans alias §. de re-*
142 *nunc. Imo quod possit ius redimendi ex pacto cædi, vel vendi, aut donari, Ioseph. Ludou. decis. Lucens. 47. & decis. Perus. 16. Franc. Marc. quest. 404. Borgog. Causal. decis. 16. num. 27. par. 2. Crauet. conf. 1091. Cassan. in conf. Burgun. tit. des rentes, Dec. conf. 614. & 680. Roland. conf. 28. lib. 2. & ponere legem contractibus, cum à contrahentibus legem accipiant, vt in l. legem, C. de pact. conuent. dum est duorum, vel plurium in idem consensus, l. 1. §. 1. ff. de pact. l. pactum ff. de pollic. & ideo inspicitur, quod verisimiliter ab vtraque parte contrahentium fuit conuentum, Bar. in l. cum quid num. 9. ff. si cert. pet. l. triticum ff. de verb. obligat. nam in contractibus semper mens amborum contrahentium inspicitur, Bal. conf. 112. lib. 3. Castrens. conf. 190. num. 3. conf. 367. lib. 2. Alc. conf. 1. num. 16. lib. 7. Dec. conf. 21. num. 1. lib. 2. & illa dispositio partis est seruanda, tanquam pacta inita inter partes, l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pacum. l. 1. §. si conuenerit. ff. de pos. l. queritur §. si venditor ff. de edelit. adict. Burs. conf. 297. num. 1. lib. 3.*
144 *& sic possunt partes in ipso contractu ponere dictionem taxatiuam, quæ dictio operatur, vt non persona venditoris egrediatur, & in contractibus verba naturaliter, prout sonant, & non ciuilititer intelligenda sunt, l. vlt. ff. de his qui veniam. etat. impetr. & sic proprie, non autem improprie aut fiste verba prædicta exaudiri debent late scripsit Crauet.*
146 *conf. 964. num. 16. & proinde non transit ad hæredes, l. iuris gentium, §. pactorum*
147 *l. si tibi, §. si quis, ff. de pact. & verba restrictiua restringunt actum etiam fauorabilem, Bal. conf. 456. vers. præterea, lib. 5. Crauet. conf. 99. num. 14. & dum supra diximus quilibet potest renunciare iuri*
148 *suo, intellige de illa renunciatione facienda, vbi non concernit inreparabiliter præiudicium tertij, nam quando tractatur de præiudicio tertij, nemo potest iuri suo renunciare Ant. de Butr. & Abb. in cap. si diligenti de foro compet. Bal. in l. penult. 4. oppos. C. de pact. & ibi Castrens. per tex. in l. de die ff. de pact. dotal. Nat. conf. 610. num. 4. 2. lib. 3.*
149 *Dictio taxatiua tantum posita in lege vel à lege in materia fauorabili, non impedit extentionem, sed quando dicta dictio taxatiua est posita ab homine,*
 præ-

- præsertim in contractibus impedit ex-
 150 tensionem, quia mitius agitur cum
 lege, quam cum homine *l. Celsus ff. de
 recept. arbitr.*
- 151 Et dum superius diximus pactum
 de retrouendendo esse personale, fallit
 quando in instrumento, adest constitu-
 tum & præcarium, vel iuramentum,
 etiam contra secundum emptorem,
 & quemcumque tertium possesso-
 152 rem, potest agi virtute dicti pacti; quia
 ipsum pactum cum obligatione bono-
 rum est Reale, & non personale, & tran-
 sit contra quemcumque possessorem,
*Ias. in l. ab emptione ff. de pact. Franc. Marc.
 decis. 404. Boer. decis. 182. num. 37. Hart.
 Pyslor. cap. 5. tit. de pact. & transact. lib. 1.
 Borgog. decis. 16. par. 2. Franch. decis. 64. vbi
 addent.*
- 153 Ampliando dispositionem prædictã,
 quando in ipso pacto, & pro illius obser-
 uantia aderat specialis hypoteca ipsius
 rei, quod habet vim specifici, & expressi
*Gomes. lib. 2. variar. resolut. cap. 3. num. 9.
 Villalobos in erario comm. opin. litt. A. num.
 139. & 140. Suarez. in Thesaur. recept. in
 verbo alien. & verbo oblig. Parlador. lib. 2.
 quotid. cap. fin. par. 4. §. 5. nu. 17. Ceual. tract.
 comm. cap. 673. Reg. Galeot. lib. 1. controu. cõ-
 trou. 57. num. 23. Mangon. decis. Lucens. 80.*
- 154 alias simplex pactum de retrouen-
 dendo absq; hypoteca, & obligatione
 bonorum, & constituto, & præcario, &
 iuramento non afficit rem, *Gayll. obseru.
 16. par. 2. Misinger. obseru. 69. tent. 6. Crau.
 cons. 12. num. 1. par. 2. Mangon. decis. floront.
 105. & latissime Vrsill. decis. 163. vbi ponit
 Cautelas, & decis. 201. Fabian. de monte,
 late ac doctissime in suo tract. de pact. retro-
 uen. nu. 76. vers. hinc reddi cautiorem, Cotta*
- 155 *in verbo pactum de retrouendendo; & ad
 euitandas reuolutiones Cartarum, cau-
 tela est, pro vt notat Vrsill. in dicta decis.
 quod in instrumento apponi faciat ver-
 ba, quod alteri res vendita non possit
 vendi, nec alienari, nisi cum hoc pacto
 de retrouendendo. alias quod dominiũ
 non transferatur, venditio sit nulla, &
 res sit inempta, iuxta glos notabilem l. 1. ff.
 de donat. in verbo mortis causa, Aym. conf.*
- 156 201. & sic et illa verba q̄ non possint
 alienari impedit dominij trãslationem,
 quia habent vim decreti irritantis, *Imol.
 in clement. 1. col. 8. de sequestr. possess. & late
 de hac materia, per Symoncell. in suo tract.*
- 157 de decreto, & tanti roboris iudicatur
 clausula reolutiua contractus, vt domi-
 nium transferatur absq; traditione à die
 cõsignationis prætij, *Boer. dicta decis. 182.
 num. 38. Osa. decis. 65. nu. 12.*
- 158 Quo ad octauum, & sic quod vendi-
 tor intra certum tempus ad libitum pos-
 sit redimere pro maiori prætio, & fru-
 ctus in sortem imputentur, nam iste cõ-
 tractus simulatus præsumitur in frau-
 dem vsurarum quia hæc non est forma
 emptionis, & venditionis, sed pignoris
*cap. illo vos de pignor. Gozad in l. 2. nu. 151.
 C. de pact. inter empt. & vendit.*
- 159 Instrumenta autem siue contractus,
 qui simulationis sapiunt naturam, non
 dicuntur instrumenta, *pro vt notat Bal. in*
- 160 *l. fraus ff. de legi. nec potest ob contrã-
 ctum simulatum possessionem transferre
 l. emptor. ff. de Aquaplu. arcen. & l. cum &*
- 161 *C. de transact. & contractus simulatus
 dicitur tanquam corpus sine anima,
 Bal. in l. ab Anastasio in 4. notat. C. mand.
 late de hac materia scripsit Pascal. de
 Virib. & patria potest. part. 1. cap. 8. nu. 91.
 cum plurib. seq. & dicti cõtractus sunt ipso*
- 162 *iure nulli, per ea quæ scripsit Salicet.
 in l. si donationis. per illum rex. C. de contra-
 hen. empt. tanquam non habentes sub-
 stantiam, neq; subsistentiam. Ias. conf. 170.
 lib. 2. Dec. conf. 587. l. simulata ff. de ritu.
 nupt.*
- 163 Contractus simulatus vnicus est cõ-
 tinens sub se tres species simulationis,
- 164 nẽpẽ simulatum in specie, fictitium, &
 imaginarium, & hoc videtur esse de mẽ-
- 165 te *Bar. in conf. 65. omnes habentes suas
 species; & sic ille qui allegat agẽdo, vel
 excipiendo contractum, seu instrumen-
 tum esse fictitium, & non designat spe-
 ciem fictionis, non est audiendus, Berous
 conf. 145. num. 31. vol. 2. Natta conf. 537.
 num. 33. Honded. conf. 41. num. 26. & 27.
 vol. 1. Carol. de Cass. in suo tract. de except.
 except. 12. nu. 12. & 13. quia aduersarius
 sic rederetur dubium, & non potuisset
 super certo se defendere, vt in l. 1. §. 1. ff.
 de edend. l. Pomponius scribit. ff. de rei ven-
 dic. quæ leges loquuntur non solum in
 agente, verum etiam in excipiente, l. ti-
 tia testores ff. de legat. 1. l. 1. §. labeo, ff. de
 flum. Alex. conf. 111. volum. 3. num. 2. Becc.
 conf. 52. num. 26. Dec. conf. 463. Paris. conf.
 86. num. 21. lib. 3. Anchar. conf. 228. Burf.
 conf. 175. vol. 2. Decian. conf. 59. num. 3. vol. 1.*
- 166 Simulatus contractus dicitur quan-
 do inest pactum de retrouendendo, &
 cum paruo pretio procedit *Ozas. decis.
 pedemon. 42. Gramat. dec. 76. Boer. decis. 102
 & 182. Paul. Emil. decis. 334. par. 3. Dec.
 conf. 648. Hpid. Bellam. conclus. 7. D. Sol. in
 suis coment. in antiq. constit. Sabaud. fol. 115
 1. par. decret. ex frequent. tit. de pact. inter
 empt. & vendit. Cassad. decis. 1. tit. de vsur.
 Minising. obseru. 62. cent. 3. Rota Auenion.*

decif. 38. Crauet. conf. 156. Cassan. in consuet. Burg. tit. des rentes. Rubr. 5. §. 1. num. 20. Nat. conf. 198. lib. 1. Roland. conf. 40. vol. 2. Affl. decif. 40. num. 17. & 339. late Crauet. conf. 156. cap. ad nostram de empt. & vendit. Crot. conf. 156. Nat. conf. 198. nu. 8. vol. 1. Caphal. conf. 191. num. 19. volum. 2. Affl. decif. 40. num. 18. Gramat. decif. 76. num. 27. decif. 692. Francb. decif. 17. num. 5.

167 Imo, & quando venditor remansit in possessione, *l. sicut §. superuacuum ff. quib. mod. pign. l. si quis ff. de acqui. hered. l. si quis in fine C. de naturalib. liber. Specul. in tit. de natur. liber. in §. 1. nu. 5. Crot. conf. 141. nu. 12. Gozad. conf. 94. nu. 55. Menoch. de arbitr. iudic. casu 39. lib. 2. Iudicatur etiam contractus simulatus, quando venditio occultè, & clam fuit facta DD. in *l. ab Anastasio C. mand. vel instrumeta & venditiones fiunt cum clausulis insolitis, decif. Pedem. 42. num. 3. Roland. conf. 40. nu. 38. vol. 2. DD. & glos in l. si quis sub condicione ff. de condit. & demonstr. & sic ex nimis cautelis irritatur, quod notat etiam Bal. in *l. etiam C. de exeq. rei iudic. & ex cōiecturis contractus præsumitur simulatus eo maxime si sine istrumento; quia***

168 contractus non iuratus, præsumitur simulatus, *cap. super de renunc. Affl. decif. 60 Socc. conf. 82. nu. 2.*

169 Requiritur etiam ad ignoscendum contractum simulatum, vltra illa duo, nempe pactum de retrovendendo, & modicitas prætij, cum ista duo non sufficiant, sed requiritur tertium idest consuetudo fenorandi, *Affl. decif. 40. num. 17. Papon. lib. 12. tit. 7. arreft. 3. & sic ille qui contraxit vsuram exercere solitus sit, Franc. Mare. quaest. 483. num. 7. & solitus fenorari scripsit Hyeron. Mangon. decif. 73 Boer. conf. 12. Rolad. conf. 58. vol. 4. Menoch. conf. 358. lib. 4. & licet nonnulli DD. dixerint sufficere illa duo ad ignoscendum contractum fenoratum, & simulatum, nempe pactum de retrovendendo, & modicitas pretij, prout supra diximus, & alij dicunt requiri tertium, nempe consuetudo fenorandi, possunt conciliari, vt affirmatiua (sufficere illa duo) procedat in magna, & enormi prætij modicitate negatiua, vt non sufficiant ex mediocri, seu non tam magna prætij utilitate, ita distinguunt Gaspar. Cabal. milleloq. 415. Borg. Cauale. decif. 1. de contract. par. 2.*

170 Coniecturæ autem sunt plures, pro quibus cognoscitur contractus simulatus. Prima, quâdo pater maiorem partem suorum bonorum filio vendiderit, *l. lucius §. oēs cum ibi DD. ff. de his que in fraud. credit. Secunda si filius per interpositam*

personam emerit, l. pupillus §. penult. & ibi Bal. ff. de Author. Tuo. Tertia si interuenit confessio receptionis prætij, non autem numeratio glos. in l. qui testamentum ff. de probat. Ias. in l. siis ff. de vulg. & pupill. Alex. conf. 18. lib. 3. Durant. de arte testand. tit. 1. Cautel. 14. num. 3. quam plurimè aliæ præsumptiones colliguntur, per Bertacchin. in suo repertorio in verbo contractus simulatus, late à Bartolom. Veron. in suo tract. de simul. contract.

172 Etiam dignoscitur contractus donationis fraudulentus, & simulatus, ex cōiecturis inter Patrem, & filium, & nō teneri dictum contractum cum quo donatio inter ipsos sit prohibita *l. donationes §. pater ff. de donat. l. 1. §. 1. ff. pro donat. Fabius de Anna conf. 139. n. 3. & plenius scripsit Pascalis de Virib. & pat. potest. part. 1. cap. 4. num. 21. cum pluribus sequ. hoc totum ratione coniunctissime personæ, qualis est filius, l. data iā C. de donat. l. pen. vers. facilius, ff. de bon. libert. Secūda est causa verè lucratiua donationis, *vulg. l. omnes, §. lucius, ff. qua in fraud. credit. Tertia quâdo donauit bona oīa, in quibus cōsistebat vniuersa substantia patris, Bar. in l. nomen, §. filio. ff. de legat. 3. Quarta si possessionem pater retinet per multos annos, l. sicut, & superuacuum ff. quib. mod. pign. vel**

173 *hypotec. soluat. neque de his ab eodem donatis, pater est legitimus administrator, vt ex communi bene firmat Anna allegat. 73. num. 8. neque in illis habet*

174 *vsufructum, & inter eos potest esse lis de bonis donatis. Quinta quando bona prædicta vti propria hipotecauit creditoribus; Ioann. Faber. in §. item si quis, num. 12. vers. sed quid erit. in sit. de action.*

175 *Sexta euentus rei, cum per multos annos, nunquam donatio fuerit allegata, nisi ad excludendos creditores, & ad dānum illorum; l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Macedon. Septima quando pater remansit in possessione prædictorum bonorum donatorum, siue rei venditæ, Papon. Arreft. 6. Menoch. de Arbitr. iudic. lib. 2. casu. 39. Boer. decif. 102. Franc. Mare. quaest. 483. num. 12. alias coniecturas tradunt DD. in §. item si quis in fraudem de action. l. post contractum, ff. de donat. l. omnes, §. Lucius ff. qua in fraud. credit. Napod. in consuet. & si testator, Bal. in Rub. C. de his que in fraud. credit. num. 4. vers. quero, pone, glos. in Auth. sed iam necesse C. de Donation. ante nupt. l. in fraudem, ff. qui, & à quibus & in l. 1. C. de iure fisci, lib. 10. plura per Bar. in l. ait prætor, §. ita demum, ff. qua in fraudem credit. lato Ias. in §. item si quis in fraudem, in sit. de action. attamen donare po-*

- test pater filio favore matrimonij contrahendi *Dec. conf. 20. n. 3. Natta conf. 609. num. 1. & 2. lib. 4. Alex. conf. 8. & conf. 157. lib. 2. Roland. à Vall. conf. 44. n. 1. lib. 4. Guid. Pap. quest. 14. nu. 4. Fab. de Anna conf. 139. num. 4. Pascalis de virib. & patrie potest. in 1. par. cap. 4. num. 40. cum plurib. sequ. Guid. Pap. decis. 267. & 505. Crauet. conf. 256. nu. 2. lib. 2. Menoch. conf. 1. num. 162. & conf. 92. num. 50. & alios relatos per Tiraquell. in tract. de primogenit. q. 6. nu. 11.*
- 177 Coniecturæ autem similationis suas habent limitationes; Primo quâdo emptor sit bonæ famæ, timoraturque conscientie, *Roland. conf. 96. vol. 2. num. 20. & conf. 58. vol. 4. num. 22. Menoch. conf. 343. nu. 18. lib. 3.*
- Secundo quando pactum de retrouendo ex interuallo fuit adiectum, *Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cap. 13. Natt. conf. 198. idem Menoch. in conf. 343. lib. 4. & de aliis limitationibus. omninò videndus Cepoll. in tract. de simulat. contract.*
- 178 Quo ad nonum modum, quando emptor promisit retrouendere in decem annis, & in hoc casu non potest quando-cumque redimere intra decem annos, sed debet expectare decennium, & in qualibet parte illius vltimi anni redimere potest, singularis est *Decis. Guid. Pap. 516. num. 3. per tex. in l. si ita fuerit, la. 2. ff. de manu. testa. & hoc operatur illud verbum rehemere iuncto oblatiuo; vt est in decem annis, l. 1. §. quibus ff. de success. edict. ita sentit Bart. in l. sicuti in princip. ff. de legat. 1. l. si in annos ff. de condit. & demost. Cagnol. in l. 2. num. 73. C. de passis inter emp. & vendit.*
- 179 Quo ad decimum modum, quod venditor prius denunciare debeat per aliquot menses, quod velit redimere, vt ipse emptor valeat suæ indemnitati prospicere, & pecunias, quas venditor restituere intendit collocare in emptionem bonorum stabilium, vel aliorum, late per *Corradum de contract. quest. 83. conclus. 8.*
- 180 Cum enim denunciatio ista, in istis contractibus, & in alijs, necessaria videatur ad inducendam scientiam, siue notitiam, *Bar. in l. non solum §. morte, col. 8. ff. de nou. oper. nunciat. pro quo est tex. in l. veniunt, §. petitam, ff. de petit. heredit. Rota decis. 127. & potest fieri à quocumque interesse habente, l. si quis solutioni §. si mora ff. de vsur. Roman. conf. 295. l. qui absentem ff. de procurat. Dyu. conf. 307. & dicta de-*
- 181 nunciatio non solum fit ad inducendam notitiam, sed & ad certiorationem negotij, pro vt est in iure congruo, nam ad hoc vt consanguineus certior fiat de
- 182 venditione, & prætio, & alijs clausulis positus in contractu, vt valeat se deliberare, si velit redimere, nec ne, & ne frustra laboribus & sumptibus uexetur, non requiritur simplex scientia, sed
- 183 certioratio, ut in *l. nomen C. que res pi- gnor. oblig. poss. l. 3. C. de Nouat. quæ denunciatio est substantialis, & ueluti de forma, & tãquam de forma obseruanda est Bal. in l. comparationes C. de fide instra. & ea non obseruata corrumpit actus, Bal. in l. humanum col. 2. C. de legib. Angel. conf. 89. Anchar. conf. 35. Dec. conf. 222.*
- 184 Requiritur ista denunciatio non solum in ista materia, uerum etiam, & in materia euictionis, nam ea non facta, non potest agi de euictione, *l. 1. C. de peric. & comod. rei vend. pro ut alias diximus in suo articulo, & non solum ad certiorandum, uerum etiam ad incitandum*
- 185 aliquem, ut aliquid faciat, uel non faciat; & illa etiam scienti faciendæ est, *l. parentes C. de Huius. §. 3. num. 4. Couarr. variar. resolut. resolut. 3. cap. 17. Dec. conf. 74. Alex. conf. 138. num. 4. lib. 7.*
- 186 & tenetur transmittere copiam libelli facti ad instantiam actoris ad finem, ut sciat venditor qualitatem litis motæ, *Bar. in l. non solum, §. morte, num. 48. Grammat. decis. 79. & ita seruari in praxi Cabal. de euiction. §. 3. Cagnol. in l. venditor 49. num. 4. ff. de iudic. Reg. Galeot. in suis contro. vers. controuer. 57. lib. 1.*
- 187 Sola autem scientia non est sufficiens, sed est necessaria notificatio, siue citatio, *Imol. in clement. causam, vers. nota regulam, de elect. & oportet apud acta proponere se talem rem, à tali emisse, & ea notificare, vt in l. auc. qui qualiter, §. 1. ff. quod*
- 188 *vi, aut clam, & ex his præsuppono denunciationem esse faciendam iudiciali-*
- 189 *ter, aliter non ualet, & sic specifica intimatio, est necessaria, etiam si aliunde sciat, Bar. in l. denunciaste §. 1. num. 2. vers. quandoque requiritur ff. de adult. Felin. in cap. cum contingat, num. 6. per totum, extra de rescript. & sic non sufficit sola scientia, quia ubi in denunciando requiritur certa forma, tunc semper denunciatio est de substantia, ista sunt uerba Bald. in materia denunciationis in l. post perfectam C. de pericul. & comod. rei vend. Afflic. in conf. sancim. de iure cong. pag. 74. num. 17. §. scriptum est vers. decimo nota, & ad con-*
- 190 *stituentum quemlibet in mora non sufficit scientia, sed est necessarius actus citationis, & intimationis, ita Vrsill. ad Affl. decis. 344. num. 1. Capic. decis. 139. nu. 4. Dec. conf. 14. num. 3. Anchar. conf. 372. Natt. conf. 162. & 51. num. 1. Caphal. conf. 241. n. 35*

118. *Adland. conf. 100. num. 148. volum. 4.*
 119. *Gaber. decif. 142. nu. 3 & 36. Reg. Ronit.*
decif. de nuda. 2. nam citato, & non com-
 120. parente, tanquam manifestum contu-
 maciam procedi potest in ipfius contu-
 macia, in absentia absque alia citatione,
cap. venerabilis §. porro vers. secus de sent.
caus. comm. in 6. §. fin. ff. de integr. restit.
 121. Ex hoc pro denunciatione infertur,
 quod conductor non repetit expensas
 ab ipso erogatas, siue necessarias, siue
 utiles, nisi prius denunciaverit, vel re-
 quisiuit locatorem, ita disponitur per
 122. consuetudinem Neapolitanam prima
de locat. & cond. §. si locator infra quin-
 decim dies non reparaverit potest con-
 ductor eas facere post quindecim dies,
 die requisitionis, & repetit siue in pen-
 123. sionem excompitet, & quando loca-
 tor non possit haberi personaliter, de-
 bet requiri ad domum, non simpliciter
 sed coram vicinis, & amicis, siue testi-
 bus, *de dicta l. auo qui aliter §. 1. ff. quod vi-*
teur. & fam. l. denunciare ff. de adult. sed si
 non possit haberi, neque sciatur vbi te-
 pore requisitionis, & denunciationis fa-
 cienda habitaret libellum requisitionis
 esset ponendum ad domum, vbi per
 prius solitus erat habitare, *l. 4. §. toties ff.*
de iur. in fact.
 124. Imo si ipsa denuntiatio, siue requisitio,
 esset facienda tutori pupilli, & dictus
 tutor haberi non possit, sufficere talem
 denunciationem fieri ipso pupillo, ex
l. si pupillus, §. fin. ff. de iur. & h. hac firmat Ne-
pod. in dicta consuet. de locat. & cond. §.
in verbo requisitus, num. 15. cuius dicta pro-
 lege feruntur in hac Civitate, *ut dixit*
 125. *Mosby. par. 4. quest. 37. nu. 5. & adeo est*
 necessaria dicta denuntiatio ut sine illa
 nullum ius conductor ad petendas ex-
 pensas competere possit. Consuetudo
 enim, dum denunciationem requirit,
 formam dicitur imponere in expensis a
 conductore erogandis, cum ea denun-
 ciatio de forma sit, ut per *Bald. in tract.*
de iure protrom. vers. sed pone iure muniti-
pati. ad m. 1. §. sol. in l. 90. in parvis, ibi con-
 cludit, quando lex expresse exigat denun-
 tationem, tunc quasi forma quaedam quis
 strictas sit ad denunciandum, ut dispo-
 suit dicta consuetudo, quae expresse de-
 minit requisitionem, seu denunciationem
 exigat si igitur pat. denuntiatio de for-
 ma est, & talis forma a statuto requisita
 in dictis expensis erogandis tanquam
 substantialis est *Bald. in dicta l. compara-*
tionem in 3. oppositio.
 126. Pro qua validitate requisitionis est
 necessaria scriptura cum indubitabili-

- 5 Dispositio auth. praeterea ad hoc: ut locum habeat tria concurrere debeant, & requirantur.
- 6 Dos parua quando dicatur.
- 7 Quarta dupliciter consideratur.
- 8 Donatio propter nuptias fuit inuenta ob securitatem & cautionem dotium & quid si facta fuit à patre filio.
- 9 Donatio propter nuptias pluribus modis uocatur.
- 10 Quarta detrahitur à bonis viri prae defuncti etiam quoad proprietatem liberis non existentibus.
- 11 Quarta detrahitur deducta aere alieno.
- 12 Quarta debetur mulieri quoad usum fructuum liberis existentibus.
- 13 Quarta debita uigore auth. praeterea C. und. uir. & uxor an sit magis priuilegiata, quam legitima debita filiis.
- 14 Quarta an sit deducenda prius quam legitima debita filiis.
- 15 Legitima est debitum quod debetur iure natura.

- 16 Quarta est remedium subsidiarium.
- 17 Legitima debetur titulo institutionis.
- 18 Quarta debetur iure honestatis.
- 19 Quarta in quibus casibus debetur.
- 20 Quarta debetur soli mulieri indotatae.
- 21 Quarta debita mulieri ex dispositione auth. praeterea dicitur subsidiaria imo strictam & rigorosam recipit interpretationem.
- 22 Quarta debetur uxori super bonis uiri praefuncti ciuilitate etiam si fiscus in dictis bonis successit.
- 23 Inopia mulieris constare debet ad finem obtinendi quartam in bonis uiri.
- 24 Species necessitatis enumerantur.
- 25 Redemptio captiuorum dicitur necessitas quae est sufficiens ad alienandam feudum & fideicommissum.
- 26 Necessitas naturalis quanam sit.
- 27 Necessitas naturalis an sit sufficiens pro alienandis feudis, & bona subiecta fideicommissis.
- 28 Furare licet ob causam necessarij victus.
- 29 Officiales tempore officij contrahere non possunt, nec emere aliqua in loco officij, possunt tamen emere necessaria ad victus.
- 30 Necessitas culpabilis, vel data opera quid sit.
- 31 Species necessitatis enunciantur à Bart. in l. 1. n. 5. quomodo & quando Iudex.
- 32 Species necessitatis enunciantur à Bal. in conf. 448. lib. 3. & conf. 406. lib. 5.
- 33 Bona inalienabilia quando possunt alienari.
- 34 Feudum an possit alienare ex causa necessitatis absque consensu directi Domini.
- 35 Proprietas feudi directi Domini est.
- 36 Ius directi Domini quando debilitatur.
- 37 Vassallus actus debet directum Dominum uti superiorem recognoscere.
- 38 Consensus superioris, sive directi Domini facit cessare omnem suspicionem fraudis.
- 39 Bonus semper praesumitur, & praesertim Princeps.
- 40 Necessitas debet constare Iudici iudicialiter.
- 41 Necessitas consideratur quando quis secundum suam conditionem uiuere non potest.
- 42 Necessitas est consideranda secundum qualitatem personarum.
- 43 Uxor an admittatur ad quartam quando possit laborare, & opere manuum suarum sibi decentibus alimentis provideri.
- 44 Condicio uiri est attendenda in determinanda quarta suae uxoris.
- 45 Pauper dicitur etiam quando ex suis operibus alimenta habere potest.
- 46 Paupertas quomodo dignoscitur & consideratur.
- 47 Pauper quando dicatur & consideratur.
- 48 Beneficium Auth. praeterea C. unde uir, & uxor quando denegatur.

- 49 *Mulier quando presumatur esse in primo matrimonio mortuo viro.*
- 50 *Iudex arbitrare debet paupertatem secundum qualitatem personarum.*
- 51 *Immunitas concessa patri propter numerum duodecim filiorum non per hoc cessat si filii postea moriantur.*
- 52 *Inopia est ratio finalis auth. præterea C. unde vir & uxor.*
- 53 *Remediū auth. præterea C. unde vir & uxor fuit concessum miserationis causa.*
- 54 *Necessitas consideratur per qualitatem personarum gradus & conditionis viri & uxoris etiam sui viri.*
- 55 *Vxor in quarta an succedat titulo hereditario.*
- 56 *Vxor succedens in quarta an teneatur solvere debita defuncti.*
- 57 *Heredes mariti habent electionem vel dare quartam uxori totius hereditatis cum onere aris alieni vel quartam retenta parte pro solutione aris alieni.*
- 58 *Beneficium auth. præterea C. unde vir & uxor conceditur uxoribus pauperibus in bonis prædefuncti viri, etiam ante sequentiam copulam.*
- 59 *Maritus inops habet quartam in bonis uxoris diuitis.*
- 60 *Dispositum in uno, in alio censetur dispositum.*
- 61 *Maritus inops succedit mulieri in quartam ac si dos data non fuisset, quando dos est restituenda.*
- 62 *Quarta debetur mulieri tam ex testamento, quam ab intestato, tam voluntarie relicta, quam contra voluntatem eiusdem viri defuncti.*
- 63 *Dispositio auth. præterea, per verbum succedit includit successionem tam testati, quam intestati.*
- 64 *Maritus testando non potest priuare uxorem huiusmodi quartam.*
- 65 *Legatum factum mulieri per uirum ducatorum mille pro quibus voluit eam esse tacitam & contentam, pro omni eo quod petere possit in bonis viri, an possit non obstante dicta clausula venire contra voluntatem ipsius viri, & petere quartam.*
- 66 *Clausula pro omni eo quod petere possit quid importet.*
- 67 *Dictio pro omni eo quod possit petere in eius bonis ex quauis causa operatur exclusionem vniuersalem.*
- 68 *Legatarius acceptando legatum cum conditione factum sibi præiudicat.*
- 69 *Legatum potest fieri cum onere non petendi, quod sibi debetur.*
- 70 *Legatarius acceptando legatum approbat voluntatem defuncti.*
- 71 *Onus dicitur acceptare, qui acceptat legatum cum conditione.*
- 72 *Legata sunt indiuidua, & non possunt pro parte acceptare & pro parte repudiare.*
- 73 *Legatum non potest acceptare reiectis qualitatibus in eo expressis.*
- 74 *Contractus non potest partem approbare & partem reprobare.*
- 75 *Testator in rebus legatis potest apponere onus excedentem valorem legatorum.*
- 76 *Legatum potest fieri alicui cum onere non petendi illud, quod sibi debetur, & dicitur legatum factum animo compensandi.*
- 77 *Legatum quando dicatur recompensatiuum.*
- 78 *Maritus an possit prohiberi quartam uxori, vel eam diminuere.*
- 79 *Quarta an debeatur contra voluntatem mariti, & eo innito, & an sit debitum necessarium.*
- 80 *Quarta qua debetur uxori in bonis viri, prædefuncti debetur ex mera dispositione legis qua facit cessare dispositionem hominis.*
- 81 *Mulier potest repudiare legatum & petere quartam.*
- 82 *Repudiatio fingit retro nunquam acquisitum.*
- 83 *Vxor non excluditur a petitione quartæ si mortuo viro supervenit facultas uxori, seu actio ad consequenda alimenta.*
- 84 *Testator neque tacite, neque expresse potest prohibere dictam quartam uxori suæ, cum sit debitum reale & ab homine tolli nec diminui potest.*
- 85 *Quarta debetur uxori à die mortis mariti locupletis non extantibus liberis, etiam aduersus fiscum mortuo civiliter marito cum publicatione bonorum.*
- 86 *Vxor debet esse paupera tempore mortis viri ad hoc ut illi succedat in quartam.*
- 87 *Inopia mulieris an sit de essentia tempore mortis viri.*
- 88 *Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi.*
- 89 *Tempus mortis inspiciendum est in successione.*
- 90 *Quarta debetur uxori etiam si tempore matrimonii dos dictæ uxoris erat congrua, tempore mortis viri in congrua cum ius succedendi, est perpetuum ad petendam dictam quartam.*
- 91 *Ius succedendi ad dictam quartam an sit perpetuum.*
- 92 *Vxor habens quartam à primo viro, prohibetur succedere in bonis secundi viri.*
- 93 *Vxor si neglexerit quartam petere a primo viro sibi imputatur cum à secundo non possit illum consequi nisi in defectum primi.*
- 94 *Mulier dicitur habere aliunde quando potest exigi & non exigit.*
- 95 *Beneficium paupertatis quando competat mulieri.*
- 96 *Maritus debet esse soluendo.*
- 97 *Actio est inanis quando debitor non est soluendo.*

- 98 Maritus debet esse exigibilis de iure & de facto.
- 99 Onus probandi incumbit uxori quod primus vir debitor non sit soluendo.
- 100 Differentia est inter legatum & quartam.
- 101 Mulier sine uxore in nonnullis casibus excluditur ab ipsa quarta.
- 102 Uxor amittit quartam quando post mortem viri impudico viuit.
- 103 Uxor existentibus filiis lucratur tantum quartam quoad usum fructuum.
- 104 Culpa suam debet sequi auctorem.
- 105 Probationes multae sunt faciendae pro obtinenda quarta.
- 106 Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.
- 107 Quarta debita uxori in honore viri & de conuerso in regno Neapolitano multum praeficitur.
- 108 Consuetudo Neapolitana incipiente quartam autem ad corrigat dispositionem auct. praeterea C. vnd. vir & ux.
- 109 Quarta debita vigore auct. praeterea C. vnde vir & uxor. an renuñciare possit per mulierem.
- 110 Princeps necessitate urgente an possit alienare feudum inuitis vassallis in fine n. 40.
- 111 Requisitio an sit necessaria faciendae vassallis polite domino alie nare feudum demanialle in fine n. 40.
- 112 Quantitas certa an detur in quarta.
- 113 Duplex quarta assignatur a Doctoribus alia penalis, & alia fauorabilis.
- 114 Horatius Palumbus laudatur.

CAPUT XXXV.

Dispositioni Auct. Praeterea C. vnde vir & uxor an renuñciare possit.

Disponitur in hoc beneficio uxori inopi quartam deberi super bonis praedefuncti viri, adest *tex. in S. quia legē, il secundo Auct. vt licet matri, & auia, & in cap. quamuis, vbi glos. in tit. de inueff. de rebus alien. fact.*

1 Cuius dispositionis causa in decore, & honore praedefuncti viri fundatur, qui si post eius mortem, non equae splendide viueret lederetur, & mulieris medicatio in viri dedecore tribueretur, quia

2 donec quod uxor in viduali lecto iacet, semper in matrimonio esse dicitur, *l. fin. §. vidua ff. ad municipalem, l. quoties C. de pr*

uil. scolar. lib. 12. l. mulieres C. de dignis. eodem, lib. 1. cum ipsa mulier mariti radijs ahuc corruscat est tex. in l. femina ff. de senat. de Benedic. in cap. Raynut. in verbo duas habens filias, nu. 119. extra de testam.

5 Verū ad consequendum tale beneficiū, animaduertendam est, tria requiri requisita.

Primo quod matrimonium sine dote contractum sit, vel saltim cum parua.

Secundo, quod careat donatione propter nuptias.

Tertio, quod diues sit praemoriens, & superstes pauper *Alex. Trentacing. conf. 60. num. 8. & omnes scribentes in dicta Auct. praeterea, Gugliel. de Benedic. in verbo, uxorem nomine adbelasiam, num. 242. & 251. Corn. conf. 249. nu. 1. vol. 3. Menoch. conf. 109. num. 2. vol. 6. late Barz. decis. Bononiae 176. num. 4. Honded. conf. 93. num. 18. lib. 1. Vnde vnum ex ipsis deficientibus omnimodo beneficium dictae Aucten. praeterea, cessat idem Honded. dicto conf. 93. nu. 18. lib. 1. Simon de Petr. conf. 9. nu. 2. lib. 1. sequitur Ant. Monac. in decis. lucens. 50. nu. 3.*

6 Ea autem dispositio locum etiam habere diximus in parua dotata; quae dos parua tunc habetur, quādo pro alimentis sufficiens non est, *Bal. in dicta Auct. praeterea, Roman. in l. diuortio, nu. 15. ff. solut. matrim. Castrens. conf. 150. n. 1. lib. 2. Alex. conf. 91. n. 1. lib. 7. Decian. conf. 70. vol. 2 per tot. vbi loquitur in muliere habere duc: centū quinquaginta de dote, Natta cōf. 605. nu. 12. Durant. in tract. de arte testand. tit. de legat. cautel. 2. vers. & Dos, Roland. cōf. 15. vol. 3. Crauet. conf. 199. num. 7. Crass. in S. de success. ab intest. quaest. 39. num. 4. & sicut mulier lucratur quartam, vbi nullam dotem dedit, vt in Auct. praeterea, idem locum vendicat vbi mulier haberet paruam *glos. in l. licet C. de iure dot. quam singularem commendat Bal. ibidem.**

7 Nam ad ipsius intelligentiam sciendū est dupliciter considerari quartā, primo considerari respectu matrimonij, secundo vero, respectu matrimonij, & dotis quae consideratur respectu matrimonij, debetur uxori pauperi in bonis mariti diuitis, in honorem transacti matrimonij, dicta Auct. praeterea, & succedit loco alimentorum, non quidem ad uitae sustentationem, sed potius ad status condecenciam; ne illa mulier in opprobrium transacti matrimonij mendicare cogatur notant communiter scribentes & post alios *Surd. tit. 7. de aliment. quaest. 21. num. 10.*

- 8 Altera vero est illa quæ vocatur donatio propter nuptias, & consideratur respectu matrimonij, & dotis, *vt toto tit. de donat. propter Nupt.* quæ quidem donatio fuit inuenta, ob securitatem, & cautionem dotium, & vocatur titulus conferuatius dotis, *vt ex pluribus probauit Napod. in Rub. de iure quarta. nu. 1.*
- 9 & *seq.* etiam solet vocari dotarium, *vt in consuet. Regni mulier qua dotarium, in Regno autem vocatur Antephatum, Napod. in consuet. si mulier, nu. 21. fol. 277. Lucas de Penn. in l. 1. col. 1. in fine, C. quando & quibus quarta pars debeatur, lib. 10, & licet hoc antephati nomen apud legistas expressum non inueniatur, sed solum Antipherna, vt in l. cum multa, C. de donat. ante nupt. ubi glos. exponit, & declarat dictum nomen Antiphernum.*
- 10 Detrahitur enim quarta à bonis viri prædefuncti, etiam quoad proprietatē, liberis non existētib; tenet *Paul. Picus in repet. dictę Auth. Præterea, num. 7. vers. cogita, Ioseph. Ludou. commun. conclus. in tit. solut. matrim. ampliat. 5. Magil. in tract. de imput. & detracl. quarta, quæst. 146. nu. 7. Molfes. parte 7. in tit. de iure quarta, quæst. 1. & alij DD. communiter sequitur Marc. Ant. Natt. in cons. 605. num. 1. & seq. lib. 3. & in illa succedit mulier tanquam Domina in usufructu, & in proprietate S. quoniam vero *Auth. vt licet matri, & quia,* quod etiam habere locum, si adessent filij ex pri. no matrimonio, dixerunt *Bal. in dicta Authen. præterea, nu. 1. Paul. Castrenf. in num. 4. Roman. nu. 3. Iaf. num. 13. Curt. iun. num. 14. Caphal. cons. 671. num. 31. uol. 5. & detrahitur deducto ære alieno, Costa in tract. de rata, & port. quæst. 84. vol. 1. nam prius, quod cuique æri alieno detrahitur, vt inquit *tex. in §. sic itaque ibi, quæ pura debitis videatur in Authen. de nupt. ubi glos. Viu. decis. 163. Barz. decis. 128. num. 5.* Si autem filij extent, quo ad usufructum mulier succedit, proprietate liberis seruata, dixit *Natta citat. num. 1.***
- 13 Ea autem dispositio Authenticæ prædictæ secundum vnam opinionem est magis priuilegiata, quam filiorum legitima, & deducenda prius quam ipsa dixit *Landerch. cons. 167. num. 1.*
- 15 Cui opinioni standum non esse puto, cum omnibus erronea videatur ex quo magis priuilegiata dicitur legitima filiorum, quam ipsa quarta, quia legitima est debitum iure naturæ, quarta autem est remedium subsidiarium, *vt Molina lib. 2. de primogen. cap. 15. num. 2. de Ponte cons. 74. Franch. decis. 61. Anna cons. 6.*
- 17 ma est relinquenda filijs institutionis titulo, *communiter dixit Socc. in cons. 64. in princ. vol. 2. Petra de fideicomis. q. 15. num. 107. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynat. in verb. in eodem testam. relinquens num. 274. per totum fol. 209. s. aliud quoque Auth. vt cum de appellat. cognos. quod non currit in hac quarta, quæ semper iure honestatis debetur legitima autem est aucta ad semissem hæc semper est quarta & in illis casibus debetur nēpe cū matrimoniu sit sine dote, *Sim. de Petr. cons. 9. n. 22. nec valet dicere, quod hæc quarta sit quota hæreditatis, non enim sequitur, quod detrahatur ante æs alienum, Surd. decis. 8. nu. 11.**
- 20 Ex quo naturā subsidiariam retinet quarta prædicta, & soli mulieri indotatæ conceditur, *Gabriel. cons. 142. lib. 1. nu. 41. & cum ipso consilio Rota Romana determinauit in decis. 202. num. 10. vsq. ad 13 lib. 2. Caphal. cons. 671. nu. 4. Honded. cons. 93. lib. 1. num. 19. & 24. & tale beneficium subsidiarium strictam, & rigorosam recipit interpretationem; dixit Socc. cons. 121. lib. 4. Roland. cons. 114. circa principiu, lib. 3. Bero. cons. 130. num. 8. lib. 3. & cons. 4. num. 50. Natt. cons. 648. num. penult. sequitur Ant. Monac. in decis. Lucens. 30. nu. 46.*
- 22 Imo etiam si maritus mortuus fuisset ciuilitate etiam contra fiscum procedit tale beneficium, *Socc. sen. cons. 121. num. 1. cons. 20. & 36. vol. 4. Mazzol. cons. 48. num. 11. lib. 1. Pereg. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 81. Farinac. in pract. Crimsn. part. 1. quæst. 25. nu. 123. Ioann. Baptista Costa de remed. subsid. remed. 2. num. 1. dumodo satis clare de eius euidētissima inopia constet prout communiter concludunt DD. quia subsidium deferri tūc debet *Surd. decis. 61. num. 15. vers. substineri potest.**
- 24 Pro quibus videndum est, quot, & quænam sint. Species necessitatis, Apud enim Imperatores nostros, & apud Interpetres plures assignantur species prima dicitur fatalis, & est illa quæ ex fato, & causa euenit, vt cum quis in latrones fortuito incidit, à fortuna provenire dicitur. Cui preiuderi non potest, *l. 2. §. si eo tempore, ff. de administrat. rer. ad Ciuit. pertin. l. quæ fortius, C. de pign. ad*

25 *et*. & aquiratur ista necessitas uti captiuorum redemptio, *Aurb. si captiuus C. de Episcop. & Cler. Aurb. contra Rogatos C. ad Trebell. & est iuxta causa feudum, vel fideicommissum alienandi. Bal. cōf. 30. lib. 2. Sott. sen. in l. Marcellus, §. res que nu. 6. ff. ad Trebell. P. alchre Tiraquell. de Legib. conub. glos. nu. 277. & est tex. in l. Diuus, §. causa, ff. de petit. har. h. sancimus, C. de sac. sanct. Eccl.*

26 Secūda necessitatis species est naturalis, & est illa quæ a natura ipsa causatur, ut, bibere, edere, vestibus indui, famulos habere, domum ruinofam reparare, agros colere, collectas seu gabellat ac tributa persolvere, *Socc. dicta l. Marcellus, num. 2. ad Trebellian.* hæc naturalitas iustam causam alienandi bona inalienabilia præstat pro ut sunt feuda, & fideicommissa, satis probat *tex. in Aurb. contra rogatos ff. ad Trebell. ibi vel si non valet, unde sibi faciat expensas, & ibi glos. notat, & posteam Bar. in Aurb. res que C. commu. deleg. nu. 9. & sic quod ob causam*

28 necessarij victus, furare licet. *cap. si quis propter de furtis, & alinatio facta ex causa necessaria fatali, vel naturali, non præsumitur facta in fraudem per tex. in l. non solum §. 1. ff. de alien. iudic. mutat. caus. fact.*

29 Ex quo infertur quod magistratus tēpore officij contrahere nō possunt, nec emere aliqua in loco officij, *l. principalibus ff. si cert. pet. permissum est emere ad victum necessaria ita declerant omnes in dicta l. principalibus ubi Alex. nu. 4. & l. 1. §. provincias, C. de contract. iudic. & ob famis necessitate etiam licet alienare vasa dicata Deo, l. sancimus C. de sacros. eccl. cap. cum aurum. 12. quæst. 2. ut R. Rotius in pragm. de administrat. uniuersit.*

30 Tertia species necessitatis dicitur culpabilis seu data opera & tunc habetur quādo quis lautè, & prodigaliter, omnia vinēdo dissipauerit, ex quo deinde pauper, & inops factus est, & hæc necessitas non est verè species necessitatis sed casu, per quem, quis in fatalem, & naturalem necessitatem incidit, nec necessitas regulariter iuxta non est, nec excusabilis, cum illi imputandum sit, qui in eam se coniecit, *l. si fideiussor, §. si necessaria ff. qui satis cogant.* Nec vllō iure adiutudus est, nec pro ista conceditur alienatio feudi, vel fideicommissi, *Castrens. in l. etiam §. vlt. ff. solut. matrim. Ias. in l. non tantum, & l. sin autem, num. 1. ff. de re iudic. Dec. in cap. qua in Ecclesiarum, num. 30. de constit. Didac. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 16. num. 9. Cachet. decis. 168. nu. 8. & 9. quæ prodigalitas assimilatur dicto illius (non*

cogitans de castino) multa lapsu iudo profundit, credens nunquam deficere bona luxuriosè vagando, iuuenili calore grandem suscipiēdo prolem, multum ære alieno grauatius carceri mancipatus fuit, vel casu homicidium commisit, ex hac necessitate proiectus succurrendum non est de rigore iuris, sed in modum tamen elezmosinæ, & gratuito auxilio præstandum est, *Dec. in dicto cap. qua in ecclesiarum, num. 30. de constit. late Didac. dicto lib. 2. cap. 16. num. 9.*

31 Alia species necessitatis diuiditur per *Bar. in l. 1. nu. 5. C. quomod. & quando Iudex in præcisam causatiuam, & honestatis causam quam diuisionem, sentit idem Bar. in l. res que pignori, nu. 7. ff. famil. heretic. l. in eadem in fine, ff. ex quib. caus. maior, & in l. 2. in fine, ff. de alim. & Cibar. legat. Ant. Corf. singul. 192.*

32 Altera est diuisio quæ facit *Bal. conf. 448. lib. 3. & conf. 406. lib. 5. ut alia sit necessitas famis, alia belli, alia casus auersif, altera legalis, tanquam a legis dispositione, & ipsa præcisam appellat; Crauet. in responso pro genero in Corolari 4. puta quando lex iubet patrem filiam dotare, l. vlt. §. penult. C. de dotis promiss. l. qui liber ff. de ritu nups. ob quam necessitatem permissum est bona inalienabilia, & fideicommissa supposita alienari, l. a filia in princip. & l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Trebell. Aurb. res que C. commu. delegat. extenditur autem, & conceditur etiam pro restituenda dote sicuti iuxta, ac necessaria causa est in dotis constitutione, ita, & in restitutione, ut retulit Ias. in dicta Aurb. res que nu. 29. & conf. 57. lib. 2. Dec. conf. 376. & conf. 519. num. 2. hanc opinionem esse veriozem, & receptiorem testatur Rayn. conf. 89. nu. 41. conf. 199. num. 13. lib. 2. Gozad. conf. 97. num. 10. Roland. a Vall. conf. 85. num. 33. lib. 1. & Didac. Couar. variar. resolut. lib. 3. cap. 6. nu. 10.*

34 Quæ diximus de alienatione feudi ex causa necessitatis, illud aduertendum, est, feudum nullo modo posse alienari ex causa necessitatis absq; consensu directi domini, *cap. 1. §. necessitate, qual. feud. alim. alien. poter. cap. imperialem, §. 1. de prohib. feud. alien. per Feder. quam iuris regulam veram esse omnes affirmāt in dicto §. necessitate, Dec. cōf. 445. nu. 24. Curt. iun. tract. feud. quar. part. princip. nu. 107. Iacob. a S. Georg. in repet. feud. in verbo, & cum pacto de nō alienand. col. 4. vers. quero etiam nunquid, Clar. in §. feudum, quæst. 31. vers. pone Vassallus, ratio est quia proprietatis*

35 feudi directi domini est, & de ea tanquā

de re aliena Vassallus nullo modo, nulloque casu disponere permiffum est, *36* *xta l. ult. in fine C. de pact. & per illam alienationem faciendam per vassallum de vtili dominio, debilitatur ius directi domini, cap. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. & Bal. in cap. 2. in princip. nu. 2. qualiter feud. olim alien. poter. dixit quod vassallus dominum superiorem habens, actu, *37* illum recognoscere debet, cum vbi ad est superioritas, ibi requiritur authoritas, *Bal. in dicto §. necessitate, & consensu superioris siue directi domini, facit omnem suspicionem, atque præsumptionem fraudis cessare consideravit tex. in dicto cap. imperialem, §. Callidis, de probib. feud. alien. per Federic. nec enim credendum est, directum dominum suum consensum adhibere voluisse, existente falsa causa allegatæ necessitatæ à vassallo, cū *39* quilibet bonus præsumatur, præsertim princeps qui talis præsumitur, qualis de iure esse debet, scripsit *Ias. in l. prescript. C. si extra ius, vel vtil. publ. & idem in l. causas, nu. 6. de transact. & in cõf. 57. lib. 3. Gramat. cõf. 34. lib. 4. nu. 3. & cõf. 93. nu. 33. Ex ea enim causa necessitatæ permiffum est Principi alienare feuda demanialia etiã inuitos vassallos vrgente necessitate singulariter voluit *Baldus in cap. si in generali si de feud. defunct. fuerit controuers. facit tex. in l. patronus, & in l. medicus ff. de oper. libert. adest tex. in cap. 1. §. ex eadem de lege Corrad. vbi Aluaretus, & modern. refert, & sequitur *Franciscus Curtius in tract. feud. in 6. par. principal. in 2. quæst. licet communis conclusio sit, quod Princeps nullo modo vassallos inuitos alienare possit, vt est glosa singular. in l. inuitus ff. de fideicommiss. libert. & in cap. 1. §. præterea ducatus de probibita feud. alienat. per Federic. vbi Afflict. *Hofstien. in cap. dilecti filii extra de maiorit. & obedient. firmat Io. de Imol. & Barbat. in cap. ad questionem extra de rer. permut. Felin. & Decius in cap. 1. extra de probat. Cappell. Tholosan. quæst. 485. Albericus Brunus cõf. 12. Tiraquell. de retract. lignag. §. 26. nu. 75. hij omnes DD. vnica ratione moti fuerunt quod sicut interest domino non amittere vassallos, ita interest ipsis vassallis nõ mutare dominum cum in hoc casu vassallus, & dominus ad paria iudicetur latè *Pasc. de vir. pat. pot. p. 1. c. 1. n. 25. ad quorum dicta vnum notabile adducit *Franciscus Curtius citatus, quod aduertendum sit an Princeps solitus sit ipsos vassallos alienare inrequisitos, nam si adest consuetudo, quod Princeps possit ipsos inrequisitos, & inuitos alienare tunc ces-********

sant iura, & DD. citati prout *Abbas in cap. auditis in 9. colun. vers. & in secularibus vero de præscriptione sequitur *Decius in cap. dilect. in 3. col. vers. considera utrum possit saluar. de maiorit. & obedient. & sic seruari de consuetudine Mediolani eque etiam practatur in Regno Neapolitano, vbi indifferenter visum est fiscum vendere nonnullas terras vassallis minimè requisitis, & ipsis etiam inuitis. Necessitas autem constare debet non per extraordinariam cognitionem, sed iudicialiter DD. supra citati.**

41 Et ea consideratur quando quis non secundum suam conditionem viuere potest, probat *Bal. in l. si quis ad declinandam, num. 5. C. de Episcop. & cler. Ias. in l. si constante, nu. 146. ff. solut. matrim. Natt. cõf. 590. nu. 14. & ista necessitas consideranda etiam est secundum qualitatem personarum, si enim nobilis genere victum habeat iuxta dignitatem suam, & cætera non habeat, certè mendicare dicitur, *Tiraquell. tract. de nobilit. cap. 10. nu. 137. vers. quibus add. Nec ad consequendam ipsam quartam inconsideratione *43* esse debet, quod vxor opere manuum sibi decentibus se de alimentis prouidere, *Surd. in tract. de alim. tit. 9. quæst. 35. nu. 41. Mart. voto 21. nu. 5. cum in determinatione quartæ attendenda sit viri conditio, quæ non patitur vxorem sibi industria victum quærere, *Surd. in dicta decis. 61. num. 12. Barbat. cõf. 74. num. 5. lib. 4. Roland. cõf. 14. num. 45. lib. 3. Decian. cõf. 111. nu. 9. lib. 3. Riminald. iun. cõf. 657. nu. 53. lib. 6. Menoch. cõf. 433. num. 14. 15. & *45* seq. lib. 5. ratio euidentissima redditur, quia habere alimenta, ex suis operibus adhuc paupera dicitur, & viri conditio non honorificaretur, *Roland. cõf. 15. num. 4. lib. 3. Mart. voto 21. nam. 4. Corn. cõf. 4. num. 1. lib. 4. Paupertas autem ex *46* ista tunc dicitur quando quis ad sui victum, & vestitum decentem necessaria non habet aduertit *Roland. cõf. 14. num. 33. 34. & 35. lib. 3. nec ad naturæ indecentiam attenditur, hæc deficientia victus, & vestitus, sed pro qualitate, & nobilitate personarum, *Decian. in dict. auth. præterea, num. 5. & paupera dicitur, nedum qui non habet vnde viuat, l. nonnulli ff. de accusat. sed etiam qui secundum suam dignitatem, & conditionem viuere non potest, & habere conuenientiam ad conditionem sui status, l. 1. §. mulier, ff. de ventr. in poss. mitten. Natt. cõf. 160. lib. 4. Bal. in l. si quis ad declinandam, num. 5. C. de Episc. & Cler. Ias. in l. si constante num. 151. & nu. 156. ff. solut. matrim. Alex. in l. quos nos bo-*******

ffes, §. locuplex, num. 11. ff. de verbor. obligat.

48 Verum ideo DD. nō ipsi mulieri idoneæ ad sibi victum proprijs manibus lucrandum denegantur beneficium dictæ *Auth.* quia licet maritus mortuus sit, nihilominus adhuc præsumitur adesse in primo matrimonio, quousque mulier ad secundas nuptias conuolaret elegans est *tex. in l. quoties, vers. in viduitate permansens, C. de priuil. scolar. lib. 12. l. fin. C. de bonis matern. l. mulieres, C. de dignitatibus lib. 12. & per Alex. in conf. 207. vol. 6. sequitur, Rotand. citat. dicto conf. 24. nu. 45. in terminis concludit Riminald. iunior conf. 657. num. 55. & 56. lib. 6. Decius conf. 111. nu. 19. Item dispositio dicta *Authent.* non considerauit illam mulierem idoneam ad sibi victum lucrandum, sed ipsa dispositio in genere emanauit fauorem omnibus mulieribus, vt refert *Decian. in conf. 70. vol. 2.**

50 Et licet denique pluribus modis consideretur paupertas, communis tamen conclusio est, quod in casibus à iure nō limitatis, iudex secundum qualitatem personarum arbitrari debet, *glo. Bal. Angel. Salic. Alex. Ias. & alij communitet in dicta Auth. præterea, in verbo supplex, & Bar. in l. si constante ff. solut. matrim. Alex. in l. qui accusare, ff. de accusat. Soc. sen. qui prater de communi fidem facit conf. 30. in princip. volum. 4. Benincas. in tract. de paupert. quest. 6. num. 17. Couar. variar. resolut. lib. 5. cap. 6. num. 8. Dec. conf. 163. num. 6. Ruyn. conf. 55. num. 4. & 5. vol. 1. Tiraquell. de Nobilit. cap. 20. num. 156. & 158. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 1. casu 65. num. 7. Mascard. de probat. conclus. 1154. nu. 8. Honded. conf. 93. nu. 3. vol. 1. Rota Roman. decis. 202. num. 18. par. 2. in nouis. Affl. decis. 179. nu. 3. latè de hac materia, quia inspicitur paupertas vxoris tempore mortis viri, *l. si alienum §. si extraneis ff. de hered. institut. n. & §. in extraneis instit. de heredib. qualit. & different.* quod tempore dicitur effectus consumatus ad finem petendi dictam quartam, pulchrè *Dec. conf. 24. per totum, & conf. 25. 1. par. Caphal. conf. 241. & conf. 671. num. 3. Surd. Mantuan. in tract. de alim. tit. 9. quest. 35. in fine Gugliel. de Benedic. loco cit. num. 244. Mart. voto 22. per totum, V. in dicta opin. 448. Gratian. dicto cap. 120. nu. 50. ubi alios congerit Staphil. Pacificus decis. 174. num. 35. & ratio est, quia quando aliqua causa certo tempore requiritur, sat est si eo tempore adsit licet postea defecerit, *l. generaliter, ubi Bar. C. de Episc. & Cler. idem in lex facti in princip. ff. de vulg. & Pupill. & in l. Titius***

ff. de testament. milit. facit tex. in l. in delictis, §. si extraneus. ff. de Noxal. & in l. scientiam §. fin. ff. qui satis dar. prout etiam videmus in patre, cui quando est concessa immunitas, propter numerum filiorum, non per hoc cessat quamuis filij postea moriantur, vt notat *Bar. in l. 2. §. non solum ff. de excusat. Tindr. l. qui res, §. autem, ff. solut. matrim. & sic vitimus status tempore mortis vxoris; vel viri sit inspiciendus quo tempore debeat quarta.*

52 Finis enim huius miserationis fuit inopia multo fortius cum tale beneficium inductum fuit miserationis gratia ideo si non vrget ea necessitas non conceditur, & in subsidium datur, quæ necessitas consideratur per qualitatem personarum gradus; & conditionis, viri, & vxoris, eo maximè si dotis redditus non sufficiant ad alendam vxorem, cum requisitis, quæ durante vita mariti aderant, *Purpur. conf. 330. num. 7. vers. ex cuius dictis, lib. 1 per tex. in §. quoniã vero, Auth. de exhibend. reis, Corn. conf. 249. num. 3 lib. 3. Gabriel. conf. 142. num. 25. lib. 1.*

53 In ista vero quarta vxor succedit titulo hæreditario, *Costa in tract. de rata & portion. quest. 84. num. 6. Surd. decis. 8. num. undecimo, & in ea dicitur hæres dicto §. quoniam vero vers. si vero Authen. de exhiben. reis, Bal. in Authen. præterea num. 1. ex quo vxorem teneri, ad persoluendum æs alienum, pro rata sua, Ntto. conf. 605. num. 9. & 10. lib. 3. Ratio est quod quando in aliquem bona transferuntur, sub nomine vniuersali, vel quotæ, tunc translatio facta intelligitur cum suo onere, *glo. in l. 1. ff. de honor. possess. Corn. in dicta Auth. præterea num. 20. Surd. decis. 8. nu. 11. & Nat. in dicto conf. 605. num. 11. dicit esse in electionem hæredum mariti, vel dare quartam totius hæreditatis, cum onere æris alieni, vel quartam, retenta parte pro solutione æris alieni.**

54 Quod beneficium *Auth. præterea* nō solum conceditur vxoribus pauperibus in bonis prædefuncti viri, etiam ante sequutam copulam, vt dixit *Nauarr. in consil. 29. de sponsalib. lib. 4. sed etiam extenditur ad maritum, quemadmodum præmortuo viro, vxor inops illi locupleti succedit in quarta parte ita, & e contra maritus; *Gayll. obser. 98. num. 5. lib. 2 Costa de rata, & portion. quest. 84. num. 14. & verba sunt text. ibi similiter quidem in viro, similiter etiam in muliere, Nec itaque ibi inops, aut vir, aut mulier inueniatur, ibi, & moriens quidem, aut vir, aut mulier locuples sit**

- 60** *Rouit. in dicta decis. 40. quia dispositum in vno, censetur dispositum in alio, tanquam in correlatiuis, & quia in utroque militat eadē ratio, Guglielm. de Benedic. in cap. Raynupt. in verbo uxorem nomine adbelasiam, num. 241. in verbo nono concludo, Paul. de Monte Pico, in Auth. praterea num. 7. vers. cogito, ubi late hanc materiam disputat, C. unde vir, & vxor. Ludou. cōf. 35. ampliāt. 1. Imo aduertendum est si vxor pramoriens dotata fuisset, dos tamen veniret alteri restituenda per eius mortem, tunc maritus inops succedit vxori ac si dos data non fuisset cū dicatur hoc casu matrimonium sine dote; prout singulariter notat glos. in l. licet 27. C. de iure dot. per illum tex. à contrario sensu Guglielm. de Benedic. ubi supra nu. 244. vers. & idem foret de testament.*
- 61** *Hec autem quarta debetur vxori, tam ex testamento, quam ab intestato, tam voluntariē relicta, quam contra voluntatem eiusdem viri defuncti, vt in dicto §. quoniam vero, & glos. in §. si vero expressim vers. heredem, Auth. de heredib. & salcid. quam sententiam communiter omnes DD. sequuntur, vt animaduertit Corn. cōf. 4. lib. 4. Socc. sen. cōf. 121. volu. 4. Gratian. discept. forent. lib. 1. cap. 121. quia*
- 62** *dispositio dictæ Authent. Praterea, per verbum succedit, includit successionem tam testati, quam intestati; prout voluit Socc. cōf. 108. lib. 1. Capbal. cōf. 183. nu. 14. lib. 2. & de magis communi testatur Ioseph Ludou. conclus. 35. ampliāt. 4. Becc. cōf. 76. num. 8. Surd. cōf. 81. nu. 15. ratio red-*
- 63** *ditur quia maritus testando priuare non potest vxorem de hac quarta, Michael Crass. de success. ab intestat. quæst. 43. Socc. cōf. 121. num. 7. & 16. lib. 4. cum debeatur ista quarta, ex miseratione inuito marito, tanquam debitum necessarium.*
- 64** *Ex hoc pulchram quæstionem infero nam factolegato per maritū duc. mille pro quibus voluit eam esse tacitam, & contentam, pro omni eo, quod petere*
- 65** *posset in bonis ipsius viri, quæ clausula pro omni eo, est clausula exclusiua à petitione aliorum bonorum, & hereditate ipsius viri, Abb. cōf. 81. volu. 1. Menoch. cōf. 81. vol. 1. Menoch. cōf. 81. num. 31. Malnas. cōf. 126. num. 72. nam illa dictio pro*
- 66** *omni eo, quod possit petere in eius bonis, ex quauis causa, operatur exclusionem vniuersalem, Rayn. cōf. 37. num. 12. vol. 1. Simon de Petris cōf. 48. volum. 2. nu. 19. Gabriel cōf. 85. num. 18. vol. 1. Franc. Niger controuers. forens. controuers. 128. nu. 69. Mart. in. wald. de clausul. 1. par. claus. 330*
- 67** *& acceptando legatum prædictum, cū illa clausula, & conditione, non potest amplius contrauenire, dictæ dispositioni, ratio est quia legatum potest fieri cū onere non petendi, quod sibi debetur, vel restituendum est, & sic legatarius cū acceptat sibi præiudicat, l. Titia 34. §. qui vita, ubi glos. in verbo petitione, & l. cum ab vno 53. ff. de legat. 2. Dec. cōf. 425. nu. 8. Curt. iun. cōf. 199. num. 12. Pacian. cōf. 82. num. 57.*
- 68** *Et adeo hoc est verum, si illud quod debetur legatario sit maius ipsi legato, l. Imperator 70. vers. enim vero ff. de legat. 2. l. plane la seconda 94. §. si cui, ff. de legat. 1. in fine, l. 2. in fine, C. de iure dot. Crauet. cōf. 174. num. 9. Menoch. cōf. 206. num. 97. Mangon. decis. Florent. 117. num. 12. Castrens. cōf. 193. num. 3. vol. 2. & acceptans lega-*
- 69** *tum, defuncti voluntatem approbare videtur, & præsupponitur tanti suum creditum extimare, Menoch. dicto cōf. 206 num. 97. & Mangon. cit. Ac etiam non solum acceptans legatum acceptare, & agnoscere videtur ipsum legatum tantū, sed etiam acceptare videtur onus ipsi legato iniunctum, & annexum, Surd. cōf. 143. num. 10. lib. 1. Gratian. decis. 147. nu. 2. & discept. forent. cap. 844. nu. 3. tom. 5. alias diceretur voluntatem defuncti circumuenire, Surd. dicto cōf. 143. num. 9. ratio*
- 70** *est quia legata sunt indiuidua, & sic nō potest pro parte acceptari, & pro parte non, Surd. decis. 7. num. 39. & ex tex. in l. si toto §. si ita legatum, ubi DD. ff. de legat. 1.*
- 71** *adeo quod non potest acceptari legatum reiectis qualitatibus in eo expressis, sed in totum repudiari debet, vel in totum acceptari, tradit Gratian. dicto cap. 844. num. quarto, Tiraquell. de retract. conuent. ad finem tit. num. quarto*
- 72** *& 5. ubi ex pluribus exemplis, dixit nō licere partem contractus approbare, & partem vero reprobare, sed vel totum cum suis causis, & qualitatibus est approbandum, vel totum reprobandum, cum possit testator in rebus legatis ap-*
- 73** *ponere onus excedens valorem legati, & si legatarius acceptet simpliciter legatum omninō tenetur ad onus legato iniunctum; l. qui tutelam ff. de testament. tutel. cap. officii de testam. l. Imperator, §. centum, vers. enim vero ff. de legat. 2. l. cum ab vna in princip. l. Titia, §. qui in vita, ubi glos. in verbo portione, ff. eodem l. plane §. si cum Strillus ff. de legat. 1. Crauet. cōf. 174. num. 9. Dec. cōf. 425. num. 8. ubi in termi-*
- 74** *nis tradit, quod legatum potest fieri alicui cum onere non petendi illud quod sibi debetur, & acceptando legatum si-*

bi præiudicat, licet plus ei debeat, & sic dicitur legatū animo compensandi, & practicari potest hanc doctrinam, *Dec. in dicto conf. 425. num. 8.* in vxore legata aliqua quantitate, quod ab ea fuit acceptata, censetur recompensatiuum dictum legatum factum cum quantitate dotis, etiam quod ea excedat summam legatam, tradit *Ruyn. conf. 79. num. 1.* optime *Gratian. discept. forens. cap. 758. num. 31. cum sequent.* dicens parendum esse per legatarium præcepto testatoris, adimplendo causam ob quam fuisse factum legatum, & si onus oppositum sit maius commodo legato, & illius valorem excedat, idem *Gratian. discept. forens. c. 816 num. 9. tom. 5.*

Verum licet maritus dictum legatū, suæ vxori faciat cum dicta clausula pro omni eo, quod petere possit, tamen potest petere dictum legatum licet imputabitur in quartam, & quod deest ad supplementum dictæ quartæ peti poterit, cum non possit maritus illam in totum auferre, ita neque diminuere quāuis prohibeat, quod plus non possit petere, *Corn. conf. 4. nu. 5. lib. 4. Dec. conf. 24. num. 5. vers. & ideo non est mirum, & Salic. in dicta Auth. præterea nu. 6. Franc. Niger Controuers. forent. controu. 221. num. 46. lib. 2. DD. in dicta Auth. præterea, Cephal. conf. 244. num. 6.* cum dicta clausula sit restrictiua ad ea, de quibus agitur *Calcan. conf. 29. nu. 3. vers. & licet dicatur Gabriel. comm. titi. de regul. iur. conclus. 4. num. 31. vers. vel si dictum sit Surd. decis. 217. num. 15. Rota in recent. decimoquarto Aprilis 1614. coram Pampilio impressa per Farinac. decis. 534.*

79 *num. 4. par. 2. recent.* Imo in dicta quarta contra mariti voluntatem, & eo inuito vocari debet, quia debitum prædictum est necessarium *Dec. dicto conf. 24. Surd. de aliment. tit. 9. quæst. 35. num. 11.* & sicuti maritus in totum illam auferre non potest, ita legando minuere nequit, & non cessat quarta, quando prohibet plus peti, lex igitur statuit quartam deberi vxori inopi, & licet id fecerit, vt eius paupertati subueniret, & & subueniendo, cum maiori quantitate, non per hoc minus debetur vxori, vt *§. quia vero dubium il secondo, Auth. vt licet matri,* ratio est quod dicta *Authent.*

80 fuit introducta in fauorem mulierum, pauperum ex mera legis dispositione, & sic prouisio hominis, vel mariti relicta in testamento, non tollit prouisionē legis iam factam, seu natam, licet tollat tantum faciendam, & nascituram, *Bal. in l. fin. in 3. not. ab. C. de pact. conuent. & sic po-*

81 test mulier repudiare dictum legatum, 82 & petere quartam, quia repudiatio fingit retro nunquam quæsitum, *Bart. in l. Pomponius la seconda num. 10. ff. de neg. gest. Imo si mortuo viro superue-*

83 nit facultas vxori, seu actio ad consequenda alimenta, non per hoc excluditur vxor à petitione quartæ *Dec. conf. 24. & pro virili Cephal. conf. 244. num. 4. Surd. de alim. tit. 9. quæst. 35. num. 44.*

84 Nec potest testator tacite, & expresse prohiberi dictam quartam vxori suæ, quia debitum Reale est, & ab homine tolli, nec diminui potest, *Bar. in dicto §. quoniam vero,* & maritus tollere hanc quartam vxori, nec econuerso vxor virum priuare.

85 Vires autem istius quartæ incipiunt à die mortis mariti locupletis, non extantibus liberis etiam aduersus fiscum, mortuo ciuilitè marito, cum publicatione bonorum, *Socc. sen. conf. 121. volu. 4. num. 1. 20. 16. & seg. Mazzol. conf. 48. num. 11. lib. 1. Farinac. tract. crimin. par. 1. quæst. 25. num. 123. Peregrin. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 81. Roland. conf. 15. lib. 3. Riminald. iun. conf. 657. num. 44. lib. 6. Menoch. conj. 433. num. 4. Cephal. conf. 671. num. 26. & est*

86 necesse quod vxor sit paupera tempore mortis viri, vt illi succedat in quartam, licet enim diuitiæ superueniant, *Cephal. conf. 244. num. 2. & dicto conf. 571. num. 35. Mart. voto 27. nu. 1. Tiraquell. in tradit. deffan. caus. par. 2. limit. 4. num. 2. & ista inopia*

87 mulieris est de essentia tempore mortis viri, nam qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, *l. in delicti §. si extraneus, ff. de noxal. l. si Titius, vbi Bar. ff. de testam. milit. & in specie Dec. in Auth. præterea num. 9. & in ista quarta mulier dicitur succedere, prout ait Roland. in dicto conf. 15. num. 21. vol. 3. In successioneibus autem regulariter mortis tempus inspiciendum esse.*

90 Hinc dicimus quod si dos vxoris non sit congrua attento mortis tempore, erit locus successioneis dictæ quartæ, &

91 istud ius succedendi est perpetuum ad dictam quartam petendam *Bal. in dicto Auth. præterea, num. 1.* nam quando vxor

92 potest habere quartam primi viri, non succedit in illa, respectu bonorum secundi mariti, *Socc. conf. 121. num. 36. lib. 4. Cephal. dicto conf. 244. num. 23. lib. 2. & si*

93 vxor à primo viro neglexerit huiusmodi quartam petere sibi imputatur, cum à secundo non possit illam cōsequi, nisi in defectum primi, late *Michael. Craff. de success. ab intest. quæst. 9. num. 42.* quia habetur pro diuite, ille cui competit actio ad

ad diuitias acquirendas, *l. qui potest face-*
 94 *re ff. de regul. iur. & mulier dicitur habe-*
re aliunde quando potest exigere, & nō
exigit, l. facere posse ff. solut. matrim. Socc.
dicto conf. 121. quia dolo in præiudicium
 95 *secundi viri, dicitur quartam primi vi-*
ri repudiare; & sic sui malitia dicitur
effeſſa paupera, ex quo potest esse diues,
& non vult quo calu non debet gaude-
re beneficio pauperratis, argumento l.
etiam §. licet ff. solut. matrim. l. penult. ff. de
iure dot. ratio est quia hoc beneficium
concessum vxoribus, habet à lege, vnde
cum committit in legem, & eius bene-
ficio abutitur beneficio eius gaudere
non debet, cap. quia frustra extra de vsur.
Bal. in l. Auxilium ff. de minor.

96 Quæ omnia sanè intelligas, si primus
 97 maritus sit soluendo, at quando non est
 soluendo inanis est actio, *Socc. conf. 121.*
num. 30. & 31. lib. 4. & quod debeat esse
 98 exigibilis de iure, & de facto, & onus
 99 probandi incumbat vxori, quod pri-
 mus vir debitor, non sit soluendo, *Natt.*
conf. 148. num. 13.

100 Differentia est inter quartam, & le-
 gatam factam vxori occasione dictæ
 quartæ, nam in quarta statim mortuo
 viro quaritur ius vxori, sed non sic in
 legato, quia quâuis sit factum per ma-
 ritum, occasione dictæ quartæ, est expec-
 tanda hæreditatis aditio, *l. si nemo ff. de*
testam. tutel. l. eam quam, C. de fideicom.
Corn. conf. 4. Popus in Auth. præterea, num.
127. vers. 4. probatur, & sortiri non potest
effectum dicti legati, nisi post aditam
hæreditatem, vxor autem quartam au-
thoritate propria capere potest, legatū
autem de manu hæredis accipiendum
 est in *l. 1. ff. quor. legat. & omnia à Corn.*
 considerantur in dicto conf. 4. & dari potest
 casus, quod antequam hæreditas sit adita,
 vel hæres soluat legatum, vxor cogi
 possit mendicare, nam melius est, sibi ip-
 si prouidere, quam alienum auxilium
 expectare, vt frustra impetratur ab ho-
 mine, quod à lege conceditur, *l. 1. C. de*
Tesaur. lib. 10

101 Sunt enim nō nulli casus quod vxor
 excluditur ab ista quarta nempe quan-
 do mulier habet patrem diuitem, quia
 potest mortuo uiro ab ipso patre alimen-
 ta habere, *Alex. in dicta Auth. præterea,*
nu. 11. Socc. conf. 121. num. 49. Caphal. conf.
144. num. 20. Natt. conf. 648. num. 13. Se-
cundo propter legatum alimentorum
 à marito factum *Riminald in conf. 114. per*
totum, Caphal. conf. 244. Tertio committit
 102 quartam vxor si post mortem viri
 impudicè viuat, *Lupus in rub. de donat.*

inter vir. & vxor. §. 6. num. 15. Surd. decis.
61. num. 18. Quarto si tempore mortis
vir facta est separatio inter coniuges,
Cyn. in l. 1. C. vnde vir. & vxor. Quinto si
haberet fratrem Diuitem, à quo vxor
possit ali, Gabriel. conf. 142. num. 30. lib. 1.
Ioseph Ludou. conclus. 35. limitat. 2. Sex-
 to si potest habere quartam in bonis
 primi viri, vt superius scriptum est;
 103 Septimo existentibus filiis mulier lu-
 cratur ipsam quartam quoad vsumfru-
 ctum, *Auth. & licet matri, & Ausia, §. quia*
vero legem la secunda, & late de hac ma-
teria Reg. Rouit. in decis. 46. per totam;
 Octauo quando sine dote accepta absq;
 causa fuit deiecta à viro de domo eius,
 & in hoc casu decreuit, ei quartam ue-
 beri, vt in principio dicti §. prout alias
 decreuit in *l. ult. C. de repudiand. & in §.*
si quis enim, Authent. de nupt. Nono quan-
 do mulier indotata existit, & vsque ad
 mortem cum viro permanserit, eo mor-
 tuo lucrari similiter quartā; prout alias
 disposuit in dicto §. quoniam vero, *Auth.*
de exhibend. reis; Quorum iurium disposi-
 tioni melius disponendo ipse Impera-
 tor decreuit virum non debere potiri
 beneficio quartæ in bonis mulieris, quā
 ipse proiecerit è domu, sine causa, cum
 104 culpa suam debeat sequi authorem,
 & in pœnam commissæ culpæ non ha-
 beat quartam, quam è conuerto lucra-
 bitur mulier in bonis viri, vbi sine cul-
 pa sua fuit à viro proiecta, notat *glos.*
in dicto §. quia vero, quæ adducit tex. in
dicta l. fin. C. de repud. & in dicto §. si quis
enim.

Non mirum igitur si cessante causa
 aliter disposuit in beneficium viri; qui
 cum muliere cohabitauit vique ad vi-
 rimum vitæ, cum diuersa in vtroque ca-
 su militet ratio, & consequenter ei quar-
 tam deberi, prout affirmat *glosa in dicto*
 §. quia vero in verbo in talibus, quam opi-
 nionem *glos.* sequuti sunt *Curt. iun. in*
dicta Auth. præterea num. 33. vers. secundo
aduerte, & ibidem Dec. Corne. Curt. iun.
Fab. alijque communiter, nemine dis-
 sentiente in dicta *Auth. præterea, & in l. 2*
ff. solut. matrim. Guglielm. de Benedict. in
cap. Raynupt. vers. vxorem nomine adbelasii
de success. ab incest. n. 251. Baro. in dicto cap.
Raynupt. nu. 159 Ludovic. commun. conclus.
conclus. 35. ampliat. 5. & de comuni te-
statur Viuius comun. opin. 448 vers. vxor
nu. 7. idem Viuius opin. 1055. num. 3 & 13.
Angel. de testam. glos. 4. num. 20. Fabr. de
Popu in dicta Auth. præterea, nu. 8. Crass.
de success. qual. 39. num. 8. vers. si verbo a
 in.

intest. Federic. Scot. in conf. 5. n. 39. fo. 1. lib. 3. Cossa de remed. subst. remed. 2. nu. 12. Gayb. pract. obseru. lib. 2. obseru. 98. nu. 5. Gregor. Lopez. l. 7. tit. 13. glos. 4. par. 6. Alex. Trenta- cing. qui de communi testatur conf. 60. lib. 1. Stephan. Gratian. discept. forens. lib. 1. cap. 120. num. 17. Ioann. Petr. Fontanell. etiam de communi testatur conclus. 5. gh. 8. par. 12. nu. 38. tom. 2. de pact. nups. Oliuer. terton. de success. ab intest. num. 116. vers. quinta conclusio est, qui tractatus est in- fertus inter tractatos diuersorū de suc- cessionibus.

105 Ad ipsius .n. quartæ consequutio- nem plura probanda sunt; Primo pro- bare debet de obitu mariti diuitis non superstito patre Domino bonorū, *Vin. decis. 258. num. 3. lib. 2.*

Secundo, quod matrimonium vere, realiter, & legitime contractum demo- stretur.

Tertio, quod dotalis, qualis sit offe- ratur, & conferatur in ratione dictæ quartæ, *§. quia vero Auth. de exhib. reis, Honded. conf. 63. nu. 39.*

Quarto, quod perdurent mariti opes, etiam eo mortuo, si apparuisset diues, forsan ex possessione bonorū feudaliū, vel bonorum obnoxiorum sudeicom- missis maiorum, vel emphyteuticorum Ecclesiæ, vel alijs redbibus temporarijs, de his non debetur quarta vxori, etiam indotata, *Cuman. conf. 132. Franch. decis. 318. Paris. conf. 17. vol. 2. Simon Pret. conf. 9. Nat. conf. 605. num. 8.*

Quinto, quod post mariti mortem, vxor impudicæ non viuat, *Surd. decis. 61.*

Sexto, quod non sit constituta quota bonorum à marito, vel socero sub ali- qua conditione per contractum inter viuos, quia prouisio hominis, facit cessa- re prouisionem legis, *Franch. dec. 410. n. 3. & Vin. dec. 258. n. 4. lib. 2.*

Septimo, quod non sit aliquid relictū vxori; & ab ea acceptatum, quoniam imputaretur in dictam quartam, *Matic. de coniectur. ultim. lib. 3. tit. 2. num. 7.* ita- tamen non cogatur vxor acceptare, lega- tum etiam vñsfructus omnium bo- norum.

107 In hoc aut Regno Neap. multū præ- dicta quarta practicatur, & est in viridi obseruatiā, vt testatur *Presid. de Franch. in decis. 310. & decis. 621.* Cuius Authen-

108 dispositionem non esse correctam per cōsuetudinem Ciuitatis nostræ incipiē- te quartam autem, docet ipse *Presid. de Franch. in dicta consuetud. in glos. in verbo instituta*, & apud ipsum plures videbis Decisiones Sacr. Conf.

109 Et quod dicta quarta à muliere re- nunciari non possit communiter con- cludunt DD. cum dicta dispositio intro- ducta sit in ipsius fauorem; Ne inopia cogatur post obitum mariti mendica- re, vt tradit *Paul. de Castr. Bal. Alex. & alij in dicta Auth. praterea, Roland. conf. 14. num. 27. conf. 15. num. 4. lib. 3. Decian. conf. 70. num. 11. lib. 2. Surd. decis. 61. num. 13. De- cian. respons. 111. nu. 15. lib. 3.*

112 Denique videndum est num si dicta quarta assidue fiat deductio, & eius li- quidatio secundam quartam partem bonorum viri prædefuncti an vero va- lor ipsius ad certam quantitatem taxetur.

Pro quo quæsitio plura sunt iura dispo- nentia circa quartam debitam vxori inopi, quæ licet videantur inter se con- traria, distinctione tamen concordan- tur, Nam duæ sunt quartæ prout di- uersis casibus debita, ita inter ipsas di- uersam habent dispositionem.

Prima namque quarta est penalis, & sic odiosa, introducta in penam, & odiū viri, vel dimittentis vxorem, sibi in ma- trimonium copulatam sine iusta causa repudij, prout de iure ciuili repudia permittēbantur, siue in odium eorum, qui præuio iuramento; & promissione se habituros mulieres in legitimas vxores, deinde susceptis filijs, vel non susce- ptis desiderio saturati denegant matri- monia, & eas vel expellunt, vel nullo contracto matrimonio, Imò eò denega- to præmoriuntur his mulieribus ino- pis quartam bonorum viri fuit disposi- tum eis deberi similiter in penam, & odium.

De primis loquitur textus *in l. fin. C. de repud.* circa viros dimittentes vxores, absque legitima repudij causa, & hæc quarta vti penalis disponitur, vt non excedat libras auri his verbis Iustiniani, *Si vero sine culpa eam requirit vel ipse ta- lem culpam contra innocentem mulierem commiserit compellitur ei quartam partem propria substantia pro rata portione per- soluere, vt si quidem quadringentarum li- brarum auri, vel amplius vir substantiam habeat centum libras auri, mulieri præset, & nihil amplius, & si quancumque substan- tiam possideat.*

Huic textui concordat *tex. in §. sic ita- que vers. si quis enim aub. de nups.* per hæc verba *Quantam partem substantia cogitur exsoluere ei vsque ad quadringentas libras auri substantiam habens centum libris dā- nificatur, si verò etiam maiorem prædicta- rum quadringentarum librarum quantita- tis*

tis substantiam habeat, non amplius centum auri damnificetur libris.

De mulieribus verò quibus fuerint denegata matrimonia promissa eadem deberi quartam penalem loquitur *text. in §. penultimo incipiente quoniam autem. Auth. quib. mod. nat. eff. legit.* quia huiusmodi mulieres fuerunt adequatè vxoribus sine causa repudiatas per hæc verba Iustiniani, *Et illam siquidem indotata sine nostre constitutionis vti bonis quartam substantia Viri percipientem, siue expellatur siue prius moriatur vir, non perscrutantibus nobis, suo repudio uicem dimittat eam, siue sine hoc;* & sic huiusmodi mulieres quoad hanc quartam penalem fuerunt adequatè vxoribus licet matrimonio copulatis tamen repudiatas, & specificè in hac lege dicitur, quod utatur eadem quarta, de qua in iuribus præcedentibus disposuerat.

Secunda, quarta est fauorabilis, quæ competit vxoribus inopis mutuo amore perseverantibus cum uiris usque ad ipsorum mortem, ut succedant uiris ex præsumpta voluntate affectionis virorum non autem ut ipsi viri puniatur, de qua secunda quarta fauorabili loquitur *text. in §. fin. Auth. de exhib. reis,* & sic hæc secunda quarta est successione proinde fauorabilis non penalis per hæc Iustiniani verba, *Propterea sancimus providentiis fieri etiam harum, & in successione morientis, & huiusmodi uxores cum filiis vocari,* & sic fuerunt uxores adequatè filiis in successione virorum in quarta parte substantiæ viri, vbi etiam fuit dispositum, quod si fuerit legata quantitas à viro, minus quarta esse eidem vxori completam quartam, & licet Iustinianus ibidem dicat, quod, in his quoque feruatur constitutio de vxoribus repudiatas, & mulieribus dimissis, id dixit quantum ad quartam consequendam, & nihil dixit de libris auri centum tantum prout sic prolixè dixerat in duobus iuribus de quarta penali.

Tandem per Iustinianum fuit correctæ lex *in d. §. fin. Auth. de exhib. reis* per alium *text. in §. quia vero legem vers. si quis indotat. im. Auth. ut liceat Matri, & Auiæ,* & fuit ordinata noua dispositio, ut existentibus filiis vxor consequatur usufructum, non autem proprietatem quartæ, quæ proprietas sit semper pænes filios, & ipsa quarta debeat tantummodo si supersint tres, vel minus filij, si verò filij fuerint maiores numero, habeat usufructum portionis, ac si ipsa vxor esset alter filius, & sic si fuerint quatuor

filij habeat usufructum quæ inter partem, & si fuerint quinque habeat sextam, & sic deinceps: quapropter mutata substantia præstationis dandæ mulieri inopi nedum in usufructu tantum, sed etiam in quantitate portionis, vbi nulla fit mentio de libris auri centum, cum indistinctè loquatur lex indistinctè erit intelligenda. Tutè erit dicere adhuc quoque militare dispositionem de quarta penali, in libris auri centum, cum hæc quarta successione vti diuerso casu, & causa diuersimodè debeat, & ex diuersis non sit illatio, & indistinctè loquitur de portione usufructus remansæ proprietate filijs, nihil fuit in usufructu taxatum, & ideo licet eadem lex dicat, quod non existentibus liberis, quartam habeat mulier etiam quoad proprietatem, tamen dum recessit in hac noua, & ultima lege taxatio illa de centum libris auri, una determinatio respiciens plura determinabilia equaliter determinatur, & propterea sicut existentibus liberis, & sic debito usufructu tantum, non consideratur taxatio de centum auri libris, ita recessit etiam illa taxatio si filij non supersint ut uxor habeat proprietatem quartæ.

Proinde confusè loquitur *Napod. in consuetud. quartam autem ver. constitutam nu. 17.* quod uxor inops si sint plures filij ultra tres habeat uirilem, & ad id allegat *text. in §. fin. Auth. quib. mod. naturales eff. leg. cum ille text. nihil dicat de portione uirili existente numero filiorum, ultra tres, sed ibi loquitur text. de quarta penali debita mulieri in odium uiri denegantis matrimonium iuramento promissi, quæ debeat ei, uti debeatur uxori sine causa repudiatæ, in qua non portio uirilis, sed sèper equaliter quarta penalis debeat in centum auri libris, sed uirilis portio fuit introducta in §. quia verò legem Auth. ut matri, & auiæ, in quo text. dicit *Napod.* quartam non excedere libras auri centum, cum in eò text. nihil de libris auri centum, imò contrarium constent, ut supra dixi, & sic dū opinio *Doctores* sit intelligenda secundum legem, quam allegat, iam constat equiuocè loquatum fuisse *Napod.* sic etiam *Franch. in d. dec. 318.* perfunctoriè dixit dum aliud tractaretur in decisione prædicta referendo eam *Napodani* doctrinam, ut quarta successione non excedat centum libras auri, cum idem *Franch. ut Napod.* assequeretur similiter equiuocauit de *textu in §. quia verò ut liceat matri, & auiæ,* allegat quoque *Franch.**

Gu-

Culiel. de Benedict. in cap. Raynutius vers. uxorem nomine Adelasiam, cuius doctrinā non potui inuenire.

Certum est, quod tam *Napod.* quam *Franch* dixerunt *ex text. in S. quia vero legem Auth. vt in matri, & auia,* quartam non excedere centum libras auri dum id in eo textu penitus dicatur, imò totum contrarium, & *Hirnerius* qui transulit substantiam illius textus in *auth. praterea Cod. unde uir, & uxor,* indistinctè & absq; taxatione centum librarum auri loquutus fuit de quarta, siue de portione uxori inopi debitæ per successionem, & si subaudiretur talis taxatio vti de re tam substantiali, vtiq; *Hirnerius in d. auth. praterea* dixisset, & magna est autoritas *Hirnerij* ad instar legislatoris, & proinde dum habemus duplicatam legem, non dubitandum de articulo prædicto quicquid equiuocè siue perfunctoriè dixerint *Napod. & Franch.*

114 Hanc sententiam sequutus fuit *Ad-uocatus* primarius *Horatius Palumbus* doctrina, & integritate conspicuus omni eo uenerandus in Collegio facto pro *Principissa Sanctæ Gata,* cui dum à viro fuisset legata certa quantitas suppleri debere vsque ad quartam totius substantiæ viti, cum ex eo matrimonio non superessent liberi, quæ causa, non fuit decisa, sed transactione finita.

Sic late ponderando iura omnia circa quartam dicit *Ludouic. Bologninus in addit. ad Mattheum Matthesianum tit. de succ. ab intest. in 4. articulo principali p. 1. fol. mibi 335.* vbi dixit esse fantasiam eorum, qui tepuerunt quartam successionis non excedere libras auri centum.

S V M M A R I V M.

- 1 Aliud pro alio a inuito creditore solui potest.
- 2 Debitor abstrictus ad soluendum in pecunia numerata, & eius vires non sufficiant an inueniatur beneficium *Auth. hoc nisi C. de solut.*
- 3 Debitor ad hoc, vt possit, vti beneficium *auth. hoc nisi C. de solut.* multa probare debet.
- 4 Impotentia soluendi in pecunia requiritur.
- 5 Onus probandi impotentiam incumbit debitori.
- 6 Probatio impotentia debet esse solemnis plena, & clara.
- 7 Debitor debet offerre bona ad electionem creditoris tam mobilium quam immobilium.
- 8 Creditor ex oblatione bonorum facta per de-

bitorem an habeat electionem.

- 9 Debitor tenetur denunciare iudicialiter suo creditori, & quod dicat carere pecunia.
- 10 Practica denunciandi creditori per debitore qui non potest soluere debitum in pecunia.
- 11 Debitor an presumatur mentire si dicat non habere pecuniam.
- 12 Debitor an presumatur habere pecuniam numeratam.
- 13 Negatiua quando dicitur probata.
- 14 Negatiua an sit substantia aut qualitas aut aliquid de predicamentis.
- 15 Debitor an teneatur cauere de euictione pro suis bonis assignandis suo creditori.
- 16 Beneficium *auth. hoc nisi C. de solut. an renunciaripotest.*
- 17 Renunciatio *auth. hoc nisi C. de solut. an sit contra charitatem & humanitatem.*
- 18 Renunciatio iurata ad hoc vt sit efficax necesse est, quod de impedimento seu calamitate superueniente non potuit verisimiliter cogitare in specie aut in genere.
- 19 Virtus cuiuscumque pacti, aut renunciationis excluditur, in prejudicium debitoris, non habentis aliunde, vt possit in numerata pecunia soluere, iuxta iuratum promissionem.
- 20 Renunciatio *auth. hoc nisi C. de solut. etiam cum iuramento an valeat.*
- 21 Promittens cum iuramento soluere in pecunia, & cum iuramento se obligauit an possit vti remedio *auth. hoc nisi C. de solut.*
- 22 Beneficium cessionis bonorum ad quem finè fuit introductum.
- 23 Beneficium cessionis bonorum an sit fauorabile creditoribus.
- 24 Debitor secundum legem duodecim tabularum tenebatur seruire creditoribus, & eas prestare operas donec creditores essent satisfacti.
- 25 Lex Hispanica contra debitores.
- 26 Beneficium cessionis bonorum miserabile, & calamitosum esse.
- 27 Beneficium cessionis an sit tributum Vniuersitatibus Collegiis, & Ecclesiis.
- 28 Pactum inter debitorem, & creditorem de non cedendo bonis an valeat.
- 29 Vniuersitas in cessione bonorum obseruat solam iuris communis formam non autem illam ignominiosam super lapidè.
- 30 Vniuersitas est corpus fictum.
- 31 Debitor ante omnia constare debet de eius extrema inopia antequam admittatur ad beneficium cessionis bonorum.
- 32 Citatio creditorum requiritur in volentibus cedere bonis, contra certas & incertas per proclama.
- 33 Remedium cessionis bonorum liberat debito-

- rem a carceribus & districtione personali.*
- 34 Cedens bonis si deinde ad pinguiorem fortunam pervenerit non tenetur nisi in quantum facere potest.
- 35 Exceptio cessionis bonorum an possit opponi.
- 36 Beneficio cessionis bonorum an renunciari possit.
- 37 Debitor non obstante tali renunciacione potest uti miserabile beneficio cessionis bonorum.
- 38 Pactum ut debitor non possit uti beneficio cessionis bonorum an valeat.
- 39 Debitor an possit se obligare ad carceres perpetuos.
- 40 Debitor non obstante renunciacione iurata an possit cedere bonis.
- 41 Iuramentum quando contineat in humanitatem.
- 42 Absolutio iuramenti an sit necessaria in renunciacione iurata de non cedendo bonis.
- 43 Iudex debet esse cautus non admittendi debitores ad honestam cessionem bonorum.
- 44 Cessio facta cum ignominia dicitur poena corporalis & succedit loco pecuniarii debiti.
- 45 Debitor per cessionem bonorum factam priuatur omni beneficio & munere ciuitatis.
- 46 Clericus non tenetur facere cessionem bonorum cum ignominia sed habet beneficium cap. odoard. de solut.
- 47 Clericus constituto de paupertate non potest in carcerem detineri, neque excommunicari sed a vinculis relaxandus est, & a censuris absolui.
- 48 Paupertas clerici constare debet in actis, & sic iudicialiter.
- 49 Clericus coniugatus an gaudeat beneficio cap. odorad. de solut.
- 50 Exceptio cap. odoard. de solut. quando opponi possit.
- 51 Beneficio cap. odoard. de solut. an renunciare possit & denegatur per quamcumque renunciacionem etiam iurata.
- 52 Beneficium cap. odoard. de solut. an possit opponi contra instrumentum in forma Camere factum.
- 53 Differentia est inter bebitum in forma camera & debitor camera apostolica.
- 54 Cessio bonorum siue sit facta a clerico siue a laico an liberat fideiussores.
- 55 Beneficium cessionis est personale non transit ad fideiussores.
- 56 Dilatio concessa debitori a creditoribus inuat fideiussoribus.
- 57 Cessio bonorum fit contra voluntatem creditoris.
- 58 Dilatio fit voluntate creditoris.
- 59 Debitor an possit cedere bonis contra fiscum.
- 60 Debitor fisci ex causa contractus an possit cedere bonis.
- 61 Beneficium cessionis bonorum multas habet limitationes.
- 62 Debitor tenetur omnia bona sua indicare creditoribus.
- 63 Beneficium cessionis bonorum quando quis amittit.
- 64 Libri sunt relaxandi DD. & scolariibus & arma militibus.
- 65 Hares qui non confectis inuentarium an possit cedere bonis.
- 66 Minor an possit cedere bonis.
- 67 Cessio bonorum an facere possit ille qui fungitur publicis muneribus.
- 68 Debitor collectarum an possit cedere bonis.
- 69 Debitor qui cessit bonis non ignominiose an possit conuenire super bonis acquisitis post cessionem.
- 70 Debitor negans debitum vel super eo litigaret an possit uti beneficio cessionis bonorum.
- 71 Anellus de Amato laudatur.
- 72 Debitor an post sententiam condemnationis debiti possit cedere bonis.
- 73 Debitor pendente appellacione an possit cedere bonis.
- 74 Debitor dissipans bona sua in fraudem creditorum an admittatur ad beneficium cessionis.
- 75 Mercator an possit cedere bonis.
- 76 Alienaciones factas in fraudem futurorum creditorum an sint renouandae.
- 77 Debitor contrahens debitum sub spe beneficii cessionis bonorum an possit cedere bonis.
- 78 Debitor qui dolose contraxit debita an possit uti beneficio cessionis bonorum.
- 79 Debitor si ludendo, & luxuriose viuendo an possit cedere bonis.
- 80 Debitor an possit cedere bonis si fuit administrator officii & pecunia fuit ei obuenta tanquam officialis.
- 81 Debitor acceptans dilationem quinquennalem an postea admittatur ad beneficium cessionis bonorum.
- 82 Debitor acceptans dilationem quinquennalem an videatur renouasse beneficium cessionis bonorum.
- 83 Debitor obligatus ad factum an potest cedere bonis.
- 84 Clericus non potest conueniri, nisi in quantum facere potest.
- 85 Socer nurus patronus maritus uxor socius donator an gaudeat privilegio, ut ne conueniatur nisi in quantum facere possint.
- 86 Filius acceptans hereditatem patris, aduando obligatur ex tacita conuentione legali & potest conueniri.

Beneficio Auth. Hoc nisi C. de solut. an renunciari possit.

CAPVT, XXXVI.

Quamquam aliud, pro alio inuito [creditor] solui nō possit DD. in l. 2. §. mutui datio in fine, ff. si cert. petas. l. cum a quo, C. de solut. tamen, si ad soluendum in pecunia numerata debitor astringatur, & eius vires non sufficiant adhuc iuuatur beneficio *Auth. hoc nisi debitor, C. de solut.* vt possit rem, licet immobilem, ex melioribus creditori soluere, seu dare insolutum, *Surd. in decis. 143. num. 11. late Roman. in cons. 163. Alex. conf. 37. num. 6. & 14. lib. 2. Cozad. conf. 27. num. 27. conf. 32. per totum. Lasin. conf. 9. num. 12. cum sequ. lib. 1. Thesaur. decis. 153. Rimuald. iun. conf. 527. num. 20. cum sequent. lib. 5. Nat. conf. 344. num. 3. lib. 1. & 2. Guttier. de contract. iurat. cap. 29. d. nu. 2.*

Verum ad hoc, vt debitori tale beneficium concedatur multa probare debet; Primo impotentiam soluendi in pecunia probādo se fecisse diligentiam pro inuenienda, & habenda ipsa pecunia, *Las. conf. 9. num. 22. lib. 1. Ludox. dec. 64. nu. 1.* vel saltim præcedere debet discussio bonorum debitoris, *Natt. conf. 344. num. 3. lib. 2. Roland. d. Vall. conf. 92. nu. 22. lib. 3. Affl. decis. 377. num. 4.* quæ impotentia probanda est; & debitori tale onus incumbit, *Nouar. de donatione in solutum, lib. 2. qua. 1. Guttier. de contract. iurat. c. 39. Bacz. de debitor. in op. cap. 1. num. 97. Roman. conf. 163. Carol. in tract. de oblat. qua. 10. nu. 6. Maur. Ar. in tract. de fideiuss. c. 7. num. 5. V. u. commun. opin. opin. 101. & 215.*

quæ probatio debet esse solemnis plena, & clara, *Alex. conf. 147. lib. 6. Gratian. decis. Rota March. 114. Card. Tusch. lib. 1. conclus. 76. Joann. Parlad. lib. 2. rerum quotidian. cap. 1. §. par. §. 18. num. 23.*

Secundo quod debitor offerat bona ad creditoris electionem media propagatione bonorum, tam mobilium, quā immobilium, & nominum debitorum, *Pract. Papien. in forma libelli, in action. hypothecar. glo. except. solutionis, num. 7. & in tali oblatione, habet creditor electionē bonorum, Mangon. Rota Lucens. decis. 16. num. 15. Parlad. titulus adducens Ripa in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. pet. Roman. conf. 163. & Nat. conf. 344. & Bursat. conf. 9. lib. 1.*

Tertio, quod debitor denunciet creditori iudicialiter, & quod dicat carere pecunia, & ne eidem mora aliqua possit imputari, quod paratus est, & paratum se offerat, cum effectu, ad dandum, & tradendum creditori, tot de bonis suis, quot ascendunt ad summam, ad quam tenetur ipse vigore cuiusdam sententiæ, & instrumenti vbi eligere voluerit; secundo quod extimabuntur per duos, vel plures amicos communes inter ipsas partes, eligendos, & sibi protestans, quod per ipsum non sterit, quo minus prædicta fiant, & exequantur, quæ verba sunt necessaria pro cautela ipsius debitoris, vt per *Bal. conf. 318. vol. 1.*

Nec debitor mentire præsumitur dū dicit non habere pecuniam, quia habet præsumptionem pro se, dum est quid mere negatiuum, *l. ex persona, & l. si vero §. 1. & l. sanus, §. puto ff. de hered. instit.*

& dico quod debitor non præsumitur habere pecuniam numeratam, quia hæc est mera negatiua, non cohercæta, quæ non est obiectum sensus, visus, quia non terminatur ad aliquid subiectum visibile, prout *Aristot. in 3. phisicor. & ideo probatur negatiua, eo ipso quod contrarium, non probetur, vt notat in l. v. rias ff. de probat. & l. super seruis C. qui in 14. lit. non poss.* nam hæc negatiua non est substantia, nec qualitas, nec aliquid de prædicamentis, & ideo non est ens naturale, & per consequens, nec probabile, nisi per confessionem, vt notat *C. de probat. d. actor cap. 1. lib. 6. extra de confessio.*

Quarto quod debitor pro suis bonis creditori assignandis caueat de euictione, *Koppen. decis. Rota German. 55. nu. 24. Mauson. in tract. de caus. executiuis, limit. 3. num. 8. Nat. conf. 344. lib. 3. Ludox. decis. 352. Costa de remed. subsid. remed. 3. num. 3. Mangil. de euict. qua. 146. Scatn. decis. Bonon. 60. nu. 5. Affl. decis. 358.*

Difficultas autem, huius capituli consistat, an dictum beneficium renunciari possit; In quo primo scripsit *Iacob. de Beluis. in §. quod autem Auth. de fideiuss. vt refert & ibi Bar. num. 9. Alex. conf. 37. nu. 6. lib. 2.* non magis quam cessionem bonorum, fundantur enim hij omnes DD. dicentes, quod tale beneficium videatur inductum miserationis causa, cui omnino renunciari prohibetur; & ipsius renūciatio tanquam inhumana repellitur, *l. iuris gentium §. paciscar ff. de pact. l. vnus §. pacta qua turpem ff. eodem.*

Pro alia enim sententia communiter scripserunt DD. & præcipue *Salic. in dicta Auth. hoc nisi, Bologn. in l. 2. §. mutui datio,*

tio, num. 51. & ibi Purpur. num. 116. Ripa
 num. 22. ff. si cert. petat. sequitur. Fulgos. in
 l. cum à quo num. 3. C. de solut. Bertaz. cons.
 41. glos. 5. & tanquam communiter rece-
 pta sequutus fuit Alex. in l. alia S. de-
 gantur. ff. solut. matrim. Bertaz. cons. 41.
 glos. 5. & hæc sententia maximè procedit
 stante, quod plures sunt contradictores
 in ea, & quamvis Ioseph Ludou. decis. 64.
 num. 10 par. 2. voluerit non valere renū-
 ciationem, etiam iuratum, tamen con-
 trarium testatur Goues. cap. 24. num. 31.
 de potest. in seipsum videndus est Tbesaur.
 in decis. 153. per totam, Franch. in decis. 81.
 qui scripsit posse huic remedio in spe-
 cificata renunciatione res reuertitur ad
 ius commune, quo prouisum est aliud
 pro alio inuito creditore solui non pos-
 se, adhuc potest fieri cessio bonorum,
 Ias. conf. 9 num. 10. Surd. dicta decis. 30. n. 10
 Benint. decis. 28.

17 Nec negandum est, quod dicta decis.
 de Franch. sit contra charitatem cum ta-
 lem renunciationem admittat ea enim
 turpis est, & contra charitatem, & hu-
 manitatem, Alex. cons. 37. vol. 2. num. 3. pro
 ut idem Franch. dicta decis. 81. num. 3. & sic

18 renunciatio iurata ad hoc vt sit efficax
 necesse est, quod de impedimento, seu
 calamitate superueniente non potuit
 verisimiliter cogitare in specie, aut in
 genere, Seraph. de iuram. privileg. 4. nu. 207

19 ubi excluditur virtus cuiuscumque pa-
 ctæ, & renunciationis in præiudicium de-
 bitoris; non habentis aliunde, vt possit
 in numerata pecunia soluere iuxta iu-
 ratam promissionem, Caphal. conf. 195. &
 Ludou. decis. perus. 64. nu. 17. & 68. num. 8.
 part. 2. Guttier. de contract. iurat. par. 1.
 cap. 29.

20 Imo vtitur beneficio talis Auth. etiam
 si specificè renunciaffet, cum iuramen-
 to, prout primo consuluit Alex. conf. 37.
 num. 27. lib. 2. communiter admittunt
 DD. Cyn. Salyc. Alber. Bar. & Fulgos. in l. 2.
 §. mutui datio, ff. si cert. pet. Dec. in 2. lectura,
 col. fin. vers. 3. est conclusio, Ripa, num. 28.
 Curt. in. num. 35. vers. 2. est videndum,
 Bologn. num. 31. vers. ego eram in opinio-
 ne, & latè concludit Gozad. conf. 32. Ias.
 conf. 9. in 3. dubio, vol. 1. Pascalis de Viribus
 patr. potest. part. 2. cap. 9. num. 91. & 92.
 Hering. de fideiuss. cap. 27. part. 1. num. 193.
 & part. 2. nu. 39. Carroc. in tract. de excuss.
 bonorum part. 2. quæst. 17. num. ultim. Ve-
 rum aduertit Rouit. in fine conf. 78. num.
 11. lib. 1. quod illa decisio in simplici
 promissione facta de soluendo etiam
 cum iuramento loquitur non autem

in expressa huius privilegij renunciatio-
 ne, & hanc limitationem refert appro-
 batam communi singulorum voto in
 Sac. Conf. teste de Franch. in dicta decis. 81.
 & è quoque à Senatu Pedam. teste Tbe-
 saur. decis. 153. num. 13. & 14. adeo vt de il-
 21 lorum veritate, non sit dubitandum, sed
 aduerte, quod quando quis promittit cum
 iuramento soluere in pecunia, & cum
 iuramento se obligauit, tunc debitor non
 potest vti remedio Auth. hoc nisi C. solut.
 Reg. Rouit. conf. 78. num. 11. lib. 1. Franch. &
 addotes in decis. 81. Bertaz. in tract. de claus.
 claus. 4. glos. 5. num. 4. Ludou. decis. 35. n. 1.
 Casar. Barz. decis. Bonon. 40. num. 5. Be-
 ninten. decis. 28. num. 1.

22 In dicta decisione de Franch. sit men-
 tio de beneficio cessionis bonorum, &
 sic pro exclusione beneficij Auth. hoc nisi
 fuisse introductum dictum beneficium
 cessionis, & debitor eo vti possit, nam
 (pace tanti viri) dico quod remedium,

23 Auth. hoc nisi est favoreabile creditoribus,
 quia possunt habere bona sui debitoris,
 at beneficium cessionis bonorum fuit
 introductum, seu inuentum, ne debito-
 ribus inopia laborantibus, alioquin mo-
 tis cruciantibus à creditoribus afficie-
 24 bantur siquidem secundum legem duo-
 decim tabularum obseruabatur, debi-
 tores in seruitute operas præstare, donec
 creditoribus satisfactum fuerit, notat
 Quintilianus lib. 8. orat. instit. cap. 4. Hanc
 25 legem hodiè seruatur Hispaniæ; debi-
 tores debere creditoribus seruire iudi-
 cis arbitrio, donec illis satisfactum erit,
 Didac. Couarr. lib. 2. variar. resolut. cap. 1.
 num. 5.

26 Quod beneficium cessionis miserabi-
 le, & calamitosum esse dixit Iure Cõsultus
 in l. vi. C. qui bon. ceder. poss. & hoc bene-
 ficio gaudent; non solum Patres famili-
 verum etiam, & filij familias l. penult. C.
 qui bon. ceder. poss. Paris. conf. 94. num. 56.

27 & concessum etiam esse hoc Vniuersi-
 tati, & Collegio Ecclesiæ, s. si quis autem
 Auth. vt deter. fit, num. cler. & ideo renun-
 ciari non posse, Brun. à sole in quæst. leg. 8.
 quæst. 8 Mangon. decis. Lucens. 68. latè apud
 Grass. qui cateruà DD. citat in suo tract.
 de except. cap. 17. num. 9. licet alij seruau-
 28 rint renunciari posse, & valeat pactum
 inter creditorem, & debitorem, de non-
 cedendo bonis, Imol. in cap. cum contingat
 de iure iur. Federici de Sen. cons. 60. Rotu. in
 antiquis decis. 2. de Arbitr. & decis. 31. de
 sentent. & re iudic. & alij plures relati à
 Bacc. conf. 10. num. 1. Carpan. in comment. ad
 Statu. Mediol. cap. 404. num. 171. & Tbesaur.
 decis. 36. num. 3. dixit primam opinionem
 esse

esse communem, prout festatur Nouar. in sua prax. de elect. & variat. furis pag. 41. quast. 12. num. 21. & seq. par. 1.

29 Vniuersitas autem obseruabit solam iuris communis formam, non autem illam ignominiosam super lapidē, prout mos est; quia Vniuersitas est corpus quodam fictum, *Lafin l. si quis maior nu. 7 C. de transact. l. mortuo ff. de fideiuss.*

31 In hoc remedio cessionis bonorum, ante omnia constare debet de extrema summaque inopia debitoris, *Kiu. decis. 529. num. 5. par. 3. l. penult. S. fin. ff. qui bon. ced. poss. l. 1. C. eodem, Nat. conf. 361. Affl. de cis. 71. Mangon. decis. Lucens. 88.* debitores namque volentes bonis cedere, tenentur requirere creditores, *vt in l. ult. C. qui bon. ced. poss.*

Secundo quod agatur de debito consistente in summa pecuniaria.

32 Tertio requiritur citatio eorum creditorum ad quorum instantiam fuit carceratus, alioquin si non constet de carceratione ad instantiam creditorum, facienda est citatio per proclama, *Bal. eleganter in conf. 301. lib. 5. Alex. conf. 5. lib. 2. num. 3. & conf. 107. volum. 5. Gamm. decis. l. ast. 237. Brun. d. Sole q. 9. num. 25. & 126. Ripa. obseru. 273. & creditores sunt citandi, Prax. Papien. in forma inquis. sub nu. 26. vers. & regula est, vbi adest optima aditio Alberic. de Rosat. in rub. ff. de cess. bon.*

33 Nec omittam dicere, quod remedium cessionis bonorum, liberat debitorem, à carceribus, & restrictione personali, sed non à liquidatione crediti, & expen-

34 sarum secundo quo ad postea acquisita non tenetur erga creditores nisi in quantum facere potest, atq; ita impedit fieri insolutum condemnationem, si ad pinguiorem fortunam peruenerit debitor cedens, *Guid. Papa decis. 343. Tbesaur. decis. 36. Menoch. de arbitr. iudic. casu 183. nu. 14. Ricc. collect. 121. vers. item cedens, Alexand. Trentacinq. variar. resolut. resolutat. nu. 6. lib. 3. Carpan. super statut. Mediol. lib. 408. num. 134. Ioann. de Anan. & Abb. in cap. Odoard. de solut. Ioseph Ludovic. decis. perusi. decis. 63. num. 8. Menoch. de arbitr. iud. casu 183. num. 20. Ludou. d. Peguer. decis. 2. num. 20. par. 2. Thom. Triuis. decis. 3. num. 9. lib. 1. & num. 10. & deueniens ad pinguiorem*

35 fortunam facta cessione bonorum ignominiosè, non tenetur amplius satisfacere suis creditoribus, & si conuenitur, potest opponere talem exceptionem, *Roman. singul. 24. num. 1. & 3. Paschal. de vir. & patria potest. cap. 8. num. 52.* quod intellige in foro fori, non autem in foro poli, *Sotus de iust. & iure quast. 7. artic. ult.*

Marches. de commiss. par. 2. cap. 3. num. 12. Guid. Pap. decis. 343. Menoch. casu 183. nu. 25. & 21. Brun. d. Sol. in compend. resol. prapof. in verbo cedens bonis, Vrsill. ad Affl. de ois. 49. num. 5. Guid. Pap. decis. 124. num. 7. Paris de Put. in tract. de fideiuss. in verbo p. 2. us, Steph. Ausner. in addit. ad Gappell. Tib. losti quast. 61. in lit. l. Carpan. super statut. Mediol. lib. 1. cap. 408. num. 140.

36 Sed an huic beneficio renūciari possit, cui dubio licet à Doctoribus variis adduceantur opiniones illa potissimum standum esse puto, quod nec tacite, nec generalitèr, nec expresse, nec etiam per vim pacti renunciari possit, ne quicquā sub clausula omni legum, & iuris auxilio comprehendere, *Didac. Couar. cap. 1. num. 7. lib. 2. variar. resolut. Dyn. in l. auita S. eleganter ff. solut. matrim. l. 1. & 2. de exactorib. tribut. lib. 10. nemo in carcerem late Matthous de Matth. in tit. de bonis auct. iud. poss. in tit. qui bon. ced. poss. inter sing. doct. & non obstante tali renunciatione*

37 debitorem hoc miserabile beneficio iuari posse, ita *Bart. in l. alia, S. eleganter, num. 14. & 15. ff. solut. matrim. per gloss. in Authent. imo C. de action. & oblig. Angelin. repet. l. nemo in carcerem C. de exact. tribut. lib. 10.* hanc opinionem dicunt DD. omnes, esse communem in dicto *S. eleganter plures cumulat Neuzanus conf. 59. num. 6. Tbesaur. decis. 36. num. 2.* ita testatur de magis communi opinione, *Menoch. cas. 183. nu. 18. Buerard. Bronchori in conciliat. cent. 4. assert. 20. Carpan. super statut. Mediol. lib. 2. cap. 404. num. 169. & num. 170. Bart. in l. alia, S. eleganter num. 15. & 16. ff. solut. matrim. l. mot. in l. nemo in carcerem C. de exactor. tribut. lib. 10. Alberic. de rosat. in rubr. C. qui bon. ced. poss. num. 11. 12. & 13. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 1. num. 7. Seraphin. in tract. de priuileg. iuram. priuileg. 91. num. 1. de communi testatur Bart. conf. 116. num. 2. lib. 2. Cyn. & Salyc. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ripa in l. obligat num. 30. & 33. ff. de pignor. & hypotec. Socc. regul. 343. Vitalin. in tract. clausular. Hieronim. Mangon. decis. Lucens. 68. num. 9. Brun. in tract. de cess. bonor. quast. 20. Cumia super rita Sivil. cap. 95. num. 3. Ricc. collect. dec. 121. vers. item nec cessione, Roder. de ann. redit. lib. 1.*

38 quast. 10. num. 10. Ratio est quia tale pactum non tenet, & improbat, tanquā contra bonos mores, *Socc. regul. 342. alias 279.* hoc pactum videtur contra legis dispositionem, *l. nemo in carcerem C. de exact. tribut.* quia iniquitatem, & asperitatem continere videtur, & duriciem ex parte creditoris inducit volentis, vt debitor semper absque iuris remedio maneat

vin-

- vinculatus, quæ iura abhorrent, quia non potest debitor se obligare ad carcerem perpetuum, quia esset genus seruitutis; vt in l. 2. ff. de liber. homo exhib. Titius §. Titio de condit. & demonstrat. Imo etiam si in tali renunciatione fuisset adhibitum iuramentum adhuc non obstante dicto iuramento permissum est debitori cedere bonis, quia in hoc iuramentum esset contra bonos mores, *Rota Rom. dec. 566. Ludou. decis. 64. nu. 23. Neuz. dicto. conf. 59. Cappell. Tholos. decis. 61. Soc. regul. 279. Menoch. dicto. casu 183. num. 18. Thesaur. decis. 36. num. 4. vbi dixit esse magis communem opinionem, Cappell. Tholos. decis. 67. Carau. super ritib. Neap. Rit. 179. nu. 4. Ioseph. Ludou. decis. 64. nu. 21. Gasp. Beaz. in tract. de inope debitore, cap. 1. num. 42. Vincent. Maxil. super conf. Barenf. tit. de cess. honor. in prin. num. 19. Brun. à sole quest. 8. nu. 13. & 14. Mancin. de iuram. par. 4. effect. 56. & effect. 223. Amescua in tract. de potest. in se ipsum, cap. 22. num. 10. lib. 2. Paschal. de vir. & pot. potest. cap. 9. num. 54. qui de magis communi testatur Apicell. tutam. pauper. sit. 4. nu. 74. Gratian. discept. foren. cap. 22. num. 46. Gallupp. in prax. Sac. Reg. conf. par. 3. cap. 9. nu. 2. Ludou. à Peguer. decis. 1. nu. 2. par. 2. & nu. 7. Vincem. Percoll. super Rit. cap. 190. & ibi Aloyf. de sept. Becc. conf. 10. nu. 6. Camid. cap. 95. nu. 4. Mazzol. conf. 22. num. 4. & Becc. dicto. conf. 10. dixit iuramentum in hoc contractu inhumanitatem continere, Ripa in l. obligatione n. 28. ff. de pignor. & by pot. Seraphin tract. de priuileg. iuram. priuileg. 91. n. 3. Alciat. testatur de communi in e. cum contingat. n. 72. de iure iur. Suarez. in Thesaur. recept. sentent. lit. G. nu. 42. Boss. in suo tract. crim. tit. de Carcerat. fideiuss. relaxat. nu. 25. vbi testatur, quod senatus Mediol. semper fuit sequutus hanc opinionem, Becc. dicto. conf. 2. nu. 8. Alex. 3. var. resol. tit. de solut. resol. 27. num. 24. lib. 3.*
- 41 Nec necessaria est in hoc casu iuramenti absolutio *Guid. pap. decis. 211. quod mirabile dixit Bero. quest. 133. late de hac materia Gasp. Beaz. tract. de inope debitore, num. 42. ad quem me remitto ne longiori serie aliena scribam, sed intellige de cessione ignominiosa non autem secundum æquitatem, & benignitatem in damnum alterius creditoris, & debitor timore dictæ cessionis ignominiosæ creditoribus satisfacit, & ideo sint cauti iudicantes non admittendi debitores ad cessionem illam, salua honestate, quia per hoc honestatis colore, multæ committuntur fraudes *Brun. in tract. de cess. honor. 6. quest. princ. num. 7. Bal. conf. 437.**
- 44 vol. 4. ratio est quia cessione facta cū ignominia est pena corporalis loco pecuniarum debiti succedit, *gl. in cap. sicut dignum §. eos insuper de homin. vbi Felin. Roman. super 45 gul. 34. & illa pena solutionis subrogatur, l. ult. ff. de in ius vocan. & per illam ignominiam percutiendi lapidæ natibus, & tanquam infamis debitor, priuatur omni beneficio, & munere ciuitatis.*
- 46 In clericis vero conceditur beneficium constitutionis *cap. odoardus, de solut. per quod dispositum fuit clericum inopia laborantem, qui minimè debitam pecuniam soluere potest ex causa æris alieni, capi, neq; in carcerem detruadi, aut excommunicari, Fabius de Anna conf. 124. per totum sed ab eo exigitur iuramenti cautio de ære alieno cū ad pinguiorem fortunam deuenit, quem tex. singularem dixit Hostiens. & Felin. in cap. tam ex officio de prescript. Neuzan. conf. 59. nu. 2. Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 1. num. 9. Cappell. Tholosan. quest. 246. & sic ei est relinquenda congrua portio, ne egeat *Gustier. late de hac materia in 1. par. de iuram. confirm. cap. 17. num. 27; præcipue quando interesse parti applicatur, scetus si fisco, vel alijs, quia in hoc casu non admittitur cessione, nec cogendus est ad cedendum; prout Couar. cap. 1. Ripa in l. miles in princip. ff. de re iudic. cum clericus id beneficium habeat, vt non possit conueniri ultra quam facere possit, & proinde carcerari ex causa æris alieni, Affl. in const. si clericus notab. 6. & quod communis sit sententia, late comprobatur *Gustier. cap. 17.***
- 47 Quo stante clericus minimè poterit si constiterit de paupertate in carceres detineri, neque excommunicari, sed à vinculis relaxandus est, & à cæsuris absouendus, præstita cautione iuratoria, vel fideiussoria, vt dixit *Gustier. vbi supra. nu. 28.*
- 48 Et ad hoc vt competat hoc beneficium, debet euidenter in actis constare de clerici paupertate, & miserabilitate, & vt pauper aliud habere non debet, nisi illud quod ad eius alimenta sufficit *Couar. lib. 2. variar. resol. cap. 1. Pateus decis. 56. lib. 2. Viu. decis. 529. lib. 4. Seraph. de iur. priuileg. 91. Cewall. lato comm. contra com. quest. 701. & 729. late de hac materia *Gustier. de tract. iurat. cap. 17. vbi multa ponit requisi- 49**
- 49 sita, sed fallit in clerico cõiugato, quia de eo iudicatur, vt de puro laico *Natt. conf. 356.*
- 50 Exceptio autem dicti *cap. Odoardus* potest oppini, etiam post rem iudicatam, & in eius exequutionem, *Botalson. conf. 9. vol.*

9. vol. 1. Hartm. conf. 17. num. 4. quæ non impugnat sententiam, sed eam modificat. l. ex diverso. §. ult. ff. solut. matrim. Guttier. ubi supra num. 31. Alex. conf. 89. lib. 1. Signoroll. conf. 146. Gayll. observ. 113. nu. 5. lib. 1. Ricc. in sua prax. Episcap. in lib. 1. resol. 261. num. 4. cum prædictum beneficiū Capituli Odoardus, equipolleat beneficio ne quis conueniatur, vltra quam facere possit. Surd. dec. 190. Roland. cas. 19. Caphal. conf. 60. Ias. in §. sed si quis. nu. 13. de Actiom.

51 Hoc remedium dicti cap. non denegatur per quamcumq; renunciationem, etiam iurata. dumodo præueniat in impetranda absolutione à iuramento ante lapsum termini præfixi ad solvendum, alias ob periurium, carcerari possit. Affl. decis. 66. num. 6. Couall. dicta quæst. 701. num. 11. Couar. variar. resolut. cap. 1. nu. 38.

Si quidem istud beneficium concessū fuit toto clericorum ordini, & sic vnus ex clericis renūciatio afferret dedecori alijs, quam ratione tenet Guttier. dicto cap. 17. nu. 14. Ioan. de Imol. in d. cap. odoardus, & ibi Hostiens. & Ioann. Andr. & alij relati per Ioan. Ant. de Nigr. in repet. extrauag. unica de vita, & honest. cleric. num. 328. Gomes. in tract. de potest. in se ipso ipsū, lib. 2. cap. 24. num. 9. Nouar. in sua prax. de elect. & variat. for. par. 1. quæst. 12. num. 25.

52 pag. 41. & potest hoc beneficiū opponi contra instrumentum in forma cameræ factum, & ita seruari in prax. refert Ricc. lib. 1. in sua prax. resol. 264. refert etiam Gallef. in tract. de obligat. in forma cameræ, par. 6. quæst. 7. Merenn. conf. 22. Hartm. conf. 63. Rubin. cōf. 21. Beaz. in tract. de inope debitor. cap. 17. num. 6. sed aduerte quod est differentia inter behitum in forma Camere, & debitor Camere Apostolicæ, nam debitor Camere Apostolicæ dicitur fiscus, & non potest contra illum, vti dicto beneficio, capituli Odoardus, quemadmodum debitor fisci, vti priuilegio cessionis bonorum, Soeg. regul. 65. in verbo cedens bonis, Diaz regul. 25. eodem verbo, Beaz in dicto tract. de inope debitor. cap. 11. Guid. pap. decis. 211. num. 3. Boer. decis. 341. Thesaur. decis. 172. Rebuff. conf. 164.

54 Ista cessio bonorum si fuerit facta siuè à Clerico, siuè à laico non liberabit, nec prodesse poterit fideiussoribus per ten. in l. heredes a debitore 28. §. quod si stipulator ff. de fideiussoribus, vbi Bal. quia

55 beneficium cessionis est personale, & non ad fideiussores transit, vt in dicta l. heredes a debitore, §. quod si stipulator, quod

56 non sit in dilacione concessa à creditore debitori. vt in l. fin. C. de cess. bonor. ex

quo sequitur, quod fideiussor non potest conueniri pendente dilacione concessa debitori per creditores. quia cessio fit contra voluntatem creditoris, & non obstante dicta cessione, potest agere contra fideiussores; dilatio autem fit voluntate creditoris, & sic non possunt agere contra fideiussorem, cum sua voluntate præcedente dilacione, quæ non debet fideiussori nocere, & sunt menti tenenda, dum quotidie praticatur in omnibus tribunalibus.

59 Nec debitor potest facere cessionem bonorum contra fiscum, quando est debitor ex causa delicti, & publica vindicta, item non solum ex causa delicti, verum etiam ex quavis alia causa, quæ fisco, vel alijs applicatur, Salic. l. 1. vers. quero. sexto an debitor fisci, §. qui bon. ceder. poss. plene per Angel. in l. non in Carcerem, C. de exaction. Tribus, lib. 10. Seraph. de iuram. priuileg. 91. ad differentiam debitoris fisci, ex causa contractus, quia bene cedere potest bonis, & in subsidium debitor potest hoc remedio, veluti in conductoribus vestigalium, seu dationum, & gabellarum, Cos. de remed. subsid. remed. 27. num. 11. Socc. regul. 65. Diaz regul. 24. Boer. decis. 349. Guid. Pap. decis. 211. num. 13. Gaspar. Beaz. in tract. de inope debitor. cap. 11. Brun. in tract. de cess. bonor. quæst. 9. per totam 4. quæst. princip. Ludou. decis. 32. num. 1. & 2. Couar. variar. resolut. lib. 2. cap. 1. num. 4. Alex. Trentacinq. variar. resolut. tit. de solut. resolut. 27. num. 26. lib. 3. Castag. in tract. de ducto ne egeat, quæst. 11. num. 6. Ludou. à Peguer. decis. 68. num. 1. par. 1. & num. 8. decis. 182. num. 1. & 2. Nat. conf. 361. lib. 2. Cumi. super ritib. fisci. cap. 95. num. 9. Cappell. Tholos. decis. 61. num. 3. Menoch. de Arbitr. iudic. casu 447. n. 17. Ioseph. Ludou. decis. 32. num. 3. Suarez & Thesaur. recep. sentent. lit. C. num. 45. & 46. Vrsill. ad Affl. decis. 378. num. 2. Brun. à Sole late de hac materia in compend. resolut. præposiur. in verbo condemnato ex delicto.

61 Verum multas habet limitationes hoc beneficium, primo quando debitor in creditorum fraudem alienauit bona sua, quo casu si ad pinguiorem fortunam peruenerit propter eius fraudem teneatur in solidum quamuis alias teneretur nisi in quantum facere possit, rex. est singularis in l. fin. §. 1. & ibi Bar. ff. que in fraud. credit. & ibi Bar. Cyn. & alij in l. 1. C. qui bon. ced. poss. sed hoc intellige in illis creditoribus contractis ante cessionem bonorum respectu autem creditorum post cessionem bonorum, bene poterunt cum in solidum conueniri, vt per Ias. in §.

§. ult. de Action. num. 2.

- 62 Secundo debitor tenetur omnia bona sua indicare, ita ut si aliquid occultet
- 63 hoc beneficium cessionis amittat *glaf. & Bar. in l. penul. ff. de cess. bonor. glaf. in l. 1. C. cod. Bal. in l. 2. C. quand. & quib. 4. par. de bet. lib. 10. Roman. conf. 163. nu. 6. Iaf. conf. 9. lib. 1. num. 24. Bursat. conf. 9. num. 51. Ludou. decis. 64. num. 9. Aretin. de fideiuss. par. sect. 3. cap. 7. nu. 16. Alex. Trentacin. variar. resolut. lib. 3. tit. de solut. desolut. 26. Nouarlate in tit. de datione in solutum sect. 2. q. 7. & si ita ut nec vnus obulus cedenti remaneat, præter subuculam, atque cæteras quotidianas, & viliores cætes; *Matth. Colera; in tract. de process. execut. par. 1. cap. 6. num. 111. Neuz. conf. 59. nu. 1. Gomez. in §. item seruitua, num. 37. in tit. de Act. Aufser. in addit. ad Cappel. Tholosanæ decis. 135. num. 2. & 3. dixit quod DD. &**
- 64 *scolaribus, relaxantur libri, militibus arma, si bona cedere intendant, & occultans bona tempore cessionis puniuntur in duplum, Bal. in l. 1. ubi Salices. col. 2. vers. redde ad quest. C. qui bon. ced. poss. Brun. à Sol. dist. quest. 9. num. 32. Lucas Matth. Apicell. in tract. iuramen. pauper. tit. 4. num. 29.*
- 65 Tertio hæres, qui inventarium non fecit bonis cedere non potest & à beneficio cessionis bonorum excluditur, quia in eo præsumitur dolus; *§. si vero non fecerit, Auth. de hæred. & falsid.*
- 66 Quarto minor non potest cedere bonis, *Angel. in l. nõ in carcere, C. de exact. Tribut. lib. 10. Roman. in l. nec impubes, ff. de in ius vocan. late Bal. in l. 1. num. 15. C. qui bon. ced. poss.*
- 67 Quinto cedere non possit bonis ille, qui publicis fungitur muneribus, *lex. in l. propter honorem, & ibi glaf. & Bar. & Bal. C. qui bon. ced. poss.*
- 68 Sexto nec cedere possunt bonis. Debitorum collectarum, ut euitent dictam solutionem, *Iaf. de Action. in §. ult. nu. 15. & de aliis limitationibus me remitto ad Matth. Brun. in tract. de cess. bonor. quest. 28. cum multis sequent. l. nemo in Carcerem, C. de exact. Tribut. ubi Lucas de Pen.*
- 69 Septimo quando debitor non ignominiosè cedit bonis, potest deinde à suis creditoribus super bonis quæ post cessionem acquisiuit conueniri, cum hac limitatione, nisi in quantum facere potest, deducto negeat *l. qui autem ff. qua in fraud. credit. l. 4. & 6. & 7. & l. sunt qui ff. de re iudic. l. fin. C. qua in fraud. cred. Iaf. & alij in §. fin. in tit. de Act. V. usens. hec. conf. 17. num. 24. & 48. lib. 1. Covarlate de hac mater. lib. 2. variar. resol. cap. 1. num.*
6. Menoch. de Arbitr. iud. casu. 183. num. 27. late scripsit de hac materia *Scip. Rendin. in prontuar. de cess. bonor. num. 1.*
- 70 Octavo, debitor non potest cedere bonis, quando negaret debitum, vel super eo litigaret, nam facta condemnatione, non potest hoc beneficio gaudere, *Affl. decis. 369. num. 1. Seco. regula 343. num. 7. fallent. Iaf. in §. fin. nu. 8. de Action. Neuz. conf. 59. nu. 8. Brun. à sole quest. 9. num. 27. & sequent. idem Brun. in tract. de cess. bon. quest. 2. per totum, Boss. in tract. Crim. in tit. de Carcer. fideiuss. relaxan. num. 26. P. fiscal. de vis. pater. poss. cap. 9. num. 58. par. 2. Ant. de Ballis in suo tract. pragm. 1. tit. 17. de cess. bonor. lib. 5. num. 13. Rite. colloc. decis. 121. in princip. par. 1. à Peguora. decis. 2. num. 17. par. 2. Alex. Trentacin. variar. resolut. resol. 27. num. 27. & resol. 2. num. 14. lib. 3. late Carroc. in tract. de excuss. par. 2. quest. 69. ubi ampliat, etiam si tacitò debitor negaret debitum, adducendo similitudinem fideiussoris, qui negat se fideiussisse, amittit beneficium excussionis, *Marf. late in rub. ff. de fideiuss. num. 380. Iaf. in l. quod te, nu. 3. ff. si cert. pet. l. 1. num. 11. C. de transac. Ricc. collect. 113. nu. 5. par. 3. Roland. à Vall. conf. 88. num. 2. lib. 4. Bal. in Auth. contra qui propriam, C. de non numer. pecun. Grat. conf. 163. nu. 44. lib. 2.**
- Ita autem octava limitatio fallit quando debitor habet iustam causam negandi debitum, & ante sententiam penituit, & confessus fuit debitum, *Bal. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Affl. decis. 370. nu. 2. Thom. Doccius conf. 146. num. 1. Anellus de Amato*
- 71 *Patritius Neapolitanus semper venerandus in suis doctissimis consil. conf. 50. nu. 14. adducit aliam limitationem de perjurio, qui omnino videndus, & admirandus, & in num. 15. adducit aliam limitationem, Grat. cap. 109. num. 39. Surd. conf. 214. num. 16.*
- 72 Secundam limitationem adducunt *Salic. in l. 1. vers. iuxta hoc moueo; ubi etiam Bal. C. qui bon. ced. poss. & Affl. decis. 379. num. 3. ubi dicunt quod quando debitum originem suumeret ab ipsamet sententia, ut quia esset actum actione in factum, ex quo isto casu, post sententiam, debitor condemnatus potest cedere bonis.*
- 73 Tertiam limitationem adducit *Aret. in §. fin. in tit. de Act. V. r. s. l. ad Affl. dicta decis. 379. num. 3. Carpan. super statut. Mediol. cap. 408. num. 94. ubi dicunt si fuisset à sententia condemnatoria appellatum, quia pendente appellatione, debitor potest cedere bonis.*
- 74 Nono limitatur quando debitor bona

- na sua dissipavit in fraudem creditorum, tunc admiserabile beneficium cessionis, non admittitur, per ea quae voluerunt *Bal. conf. 220. lib. 3. Nat. conf. 361. nu. 7. lib. 2. Paris. conf. 94. nu. 9. vol. 1. Stracc. in tract. de Mercat. in tit. de decoct. s. circa tertiam speciem, num. 9. 10. & 26. Brun. à sole late in tract. de cess. bonor. quaest. 28. 4. quaest. princip. per tot. Suar. in tract. recep. sent. litt. C. num. 42.*
- 75 Decimo limitatur quando mercator se habuit pro decocto, & tunc non potest cedere bonis, *Boer. dec. 349. nu. 10. Paschal. de Vir. patr. potest. cap. 9. n. 61. par. 2. Maxil. in conf. Barenf. in tit. de cess. bonor. n. 34. qui semper praedicti mercatores malitiose fingunt falliti; pro occultandis facultatibus creditorum, & dignoscitur eorum malitia propter venditionem factam in fraudem creditorum, quae nullae sunt, ut est tex. in l. si quis cum haberet ff. de iure fisci. Caroc. conf. 201. num. 24. Card. Tusch. in lit. A. conclus. 268. num. 1. Borrell. conf. 58. nu. 2.*
- 76 Ampliando supradicta, quod reuocandae sunt alienationes factae, etiam in fraudem futurorum creditorum, *Affl. in suo doctiss. tract. de iure probomif. s. 4. nu. 3. Mart. voto 76. nu. 4. Pancir. conf. 99. nu. 18. Alex. Trentacinque variar. resol. resol. 27. num. 28. lib. 3. tit. de solut. Castagn. in tract. deducto ne egeat. quaest. 12. ampliat. 3. nu. 11. Ioann. Bapt. de Santo Seuerino in tract. de debitor. suspect. & fugitiuo 1. quaest. princip. in fin.*
- 77 Undecimo limitatur quando debitor contraxit debitum sub spe beneficij cessionis bonorum *Socc. regul. 95. limit. 18. s. fin. ubi Ioan. de platea, & Ias. instit. de Action. Brun. in dicto tract. quaest. 30. nu. 1. 4. quaest. princip. Carpan. super stat. mediol. lib. 1. cap. 408. nu. 61.*
- 78 Duodecimo limitatur per doctrinam *Plot. in repet. l. si quando, s. 4. n. 62. C. unde vi, ubi dixit quod qui dolose contrahit debita, asserendo se habere facultatem sufficientem, cum sit fallitus, non admittatur ad cedendum bonis, quod post eum, voluit Apicell. in tract. tutamen pauper. tit. 4. nu. 29. vers. similiter negatur Vincent. Anibal. in add. ad Mandell. conf. 710. Mart. de iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 123. num. 16.*
- 79 Decimotertio limitatur quando debitor ludendo, & luxuriose viuendo consumpsit bona sua, tunc non potest vti beneficio cessionis, *Thesaur. decif. 36. nu. 5. Apicell. in dicto tract. de tutamen pauper. tit. 4. num. 48. Castagn. in tract. deducto ne egeat. quaest. 11. num. 17. Neuz. conf. 59. nu. 10. Carpan. cap. 408. nu. 55. lib. 1.*
- 80 Decimoquarto limitatur quando debitor fuit administrator officij, & praecipua fuit ei obuencta, tanquam officialis, *Alex. Trentacinque var. resol. de solut. resol. 27. num. 46. Bal. in l. si quis Curialis in fin. C. de Episc. & Cler. Socc. regul. 343. in fallente 8. Apicell. ubi supra tit. 4. num. 51.*
- 81 Decimoquinto limitatur quando debitor acceptauit dilationem quinquennalem, tunc non admittitur ad beneficium cessionis *Affl. decif. 378. num. 2. Brun. in dicto tract. de cess. bonor. quaest. 27. nu. 1. Socc. dicta regul. 343. fallent. 4. glos. & DD. in l. fin. C. qui bon. ced. poss. Brun. à sole in dicto suo tract. quaest. 8. num. 8. ampliat. & dat rationem, quare debitor acceptando dilationem non possit cedere bonis, quia*
- 82 tacite videtur renunciaisse beneficio cessionis bonorum *Vincet. de Franch. decif. 251. num. 2. & ibi addentes, ubi respondet DD. in contrarium tenentes, Gratian. discept. foren. cap. 222. nu. 17. Mart. de iurisd. par. 4. cent. 2. cas. 123. nu. 7. Gallupp. in prax. S. Conf. par. 3. cap. 9.*
- 83 Decimosexto limitatur quando debitor esset obligatus ad factum, tunc non potest cedere bonis, *Cyn. in l. 1. quaest. 2. C. qui bon. ced. poss. Brun. à sol. in tract. de cess. bon.*
- 84 Et licet clericus non possit conueniri nisi in quantum facere possit, hoc beneficium est subsidiarium ex equitate iuris ciuilibus positum ad euitandum carcerem fauore illarum personarum quae nequeunt conueniri, nisi in quantum facere possunt, *l. sunt ff. de re iudic. l. maritas, ubi Alex. fallent. 21. & l. alia, s. eleganter, & l. etiam, ff. solut. matrim. Ias. in S. sed & si quis, instit. de Act. Math. Brun. late de hac materia, quaest. 28. Marant. conf. 30. num. 4.*
- 85 Personae autem quae huic privilegio gaudent, sunt Socer, Nurus, Patronus, Maritus, vxor, Socius, & Donator, *Franch. decif. 164. clericus ratione cap. odoardus, milites in his quae ad rem militarem spectant, etiam extra castra, & locum hostilem, Caccialup. late in tract. de debitor. suspecto, quaest. 5. & Brun. in dicto tract. de cess. bon. quaest. 4. & quaest. 11. num. 1. frater ad instantiam fratris, Thesaur. dec. 119. Surd. late in tract. de alimet. tit. 1. quaest. 73. Alex. conf. 133. lib. 5. signoroll. conf. 146. milites caelestis militiae, ut sunt religiosi, & personae Ecclesiasticae, Rom. conf. 369. Viu. decif. 529. lib. 4. filius famil. obligans se, una cum patre effectus sui iuris, ex morte patris, aut emancipatione, ut in l. 1. & 2. C. quod est eo, sed haec non simpliciter intelligenda*
- 86 sunt, nam quando filius acceptauit hereditatem patris ad eundem obligatur ex

tacita conventionē legali, & sic potest cōueniri filius vsque ad minimum quadrantem, & opponi non potest de hoc beneficio *Castrenf. conf. 323. vol. 1. Franck. dec. 70.* quia filius adeundo dicitur quasi cōtrahere cum creditoribus patris, ve supra dictum fuit.

S V M M A R I V M.

- 1 Emancipatio filii quid operetur.
- 2 Pater post emancipationem nullum ius habet in bonis acquisitis per filium.
- 3 Pater in bonis aduentitijs filii ante emancipationem quaesitis durante patria potestate medietatem vsusfructus retinere videtur.
- 4 Pactum factum in actu emancipationis per patrem de retinendo vsusfructu an valeat.
- 5 Retentio vsusfructus in emancipatione an possit fieri cum decreto iudicis.
- 6 Emancipatio respectu filii tam si legalis fuerit quam canonica an tollat ius patria potestatis.
- 7 Filii emancipati & filii existentes in patria potestate in successione idem sunt.
- 8 Differentia emancipationis, & patria potestatis sublata est.
- 9 Pater an possit compellere filium ad renunciandum stante quod fuit emancipatus & habuit legitimam.
- 10 Filii voluntariē renunciare potest emancipationi, & renunciata an concedatur locus reintegrationis in patriam potestatem.
- 11 Patria potestas causari nō potest nisi natura vel adoptione.

CAPVT XXXVII.

Filius Renuncians Emancipationi an reincident in patriam potestatem.

- 1 **F**ilii emancipatio aliud de iure non operatur, nisi vt in quaerendis per filium.
- 2 pater post emancipationē nullum ius nullumque vsusfructum habeat, est *tex. in l. si filius ff. de verbor. obligat. sequitur Oltrad. de Ponte in conf. 214. num. 1. de bonis aduentitijs autem ante emancipationem quaesitis pater durante patria potestate medietatem vsusfructus retinere videtur, vt l. cum oportet. §. penult. ff. de bonisq. & liber. §. 1. in §. de acquir. Cardi*
- 3

- Tusch. in pract. conclus. in lit. B. conclus. 123*
- 4 *Oltrad. citatus num. 2.* Nec aliud ipsi patri retinere permittum est, Imo etiam si in emancipatione per ipsum facienda potuisset expresse verba (retento mihi patri vsusfructu in omnibus bonis; & rebus per emancipatum filium acquirendis, & ipsum vsusfructum remittere non intendendo) quae verba expressa retentionis adhuc non impediunt ipsam emancipationem, cum non teneant, & inutile iudicatur tale pactum retentionis est *tex. in l. si quis legauerit fundum, ff. de legat. r. l. pacta, §. ult. ff. de euct. l. sub conditione ff. de vsusfruct. dixit Oltrad. in dicto conf. 214. num. 2. & 3.* Nec tenetalis retentio, etiā si in ipsa adsit Iudicis decretum, quoniā semper tanquam erronea, & contra iuris formam declaratur, *Oltrad. citat. per totum, sequitur Cardin. Tusch. supra citat. num. 4.*
 - 5 Verum respectu filij emancipatio, tam si legalis fuerit, quam Canonica nunquam tollere ius patriae potestatis, quo ad filij commodum, non vero quo ad incomoda, *Ioann. Gattier. in repet. §. suū autem, nu. 121. in §. de hared. qualis. sequitur Iacob. Cancer. variar. resol. cap. 11. tit. de transmissio. num. 25. post omnes Reg. Cappyc. Lacro in suis decis. decis. 84. num. 11.*
 - 6 In quantum ad successione, eodemque iure reputantur filij emancipati, ac illi in patria potestate existentes dixit *Alex. in conf. 142. in princip. lib. 2.* cum sublata sit differentia emancipationis, & patriae potestatis; *Castill. conf. 6. n. 5. vers. amplius, & ita succedere videntur filij emancipati, ac filij sui, Bal. cōf. 403. lib. 1. & conf. 404. n. 4. vers. tertia conclusio, lib. 1. Cardin. Tusch. in litt. B. conclus. 115. nu. 8.* ex quo optimē scripsit *Reg. Merlinus S. Consilij Praeses in suis aureis controuersijs in contro. 99. num. 31.* ibi quod per emancipationē non in totum ius patriae potestatis tollatur, sed remanere dixit nonnullas reliquias, prout etiam scripsit *Ripol. variarum resolutionum cap. 9. num. 165.*
 - 7 Nec pater compelli potest filium ad renunciandum stante quod fuit emancipatus, & habuit legitimam *iuxta tex. in l. pactum C. de Collat. & l. fin. C. de suis, & legit. hared. dixit Dyn. in conf. 12. nu. 9. vers. item super eo.*
 - 8 Voluntariē autem renūciari permittum est filio, & renunciata nunquam reintegratur in patriam potestatem, & in specie *Philippus Con. in conf. 228. num. 7. lib. 4.* ex disposita in *tex. l. quod libertus, ff. de adopt. & filius emancipationi renunciās, remanet sui iuris, prout antea erat,*

ad

11 ad quod facit quod patria potestas cau-
sari non potest nisi natura vel adoptio-
ne l. 1. ff. de adopt. sequitur Robert. Marant.
in sua pract. par. 4. num. 5. distincta. 18.

S V M M A R I V M.

- 1 Species fideicomissi duplex est puri, & condi-
tionalis.
- 2 Renunciatio in larga forma quid sit.
- 3 Renunciatio in larga forma ex illa cense-
tur renunciatum omnibus iuribus de fu-
turo ex causa solum de presenti competen-
tibus.
- 4 Renunciatio in larga forma solum renuncia-
tum censeatur illud fideicomissum quod re-
nunciari permixtum est.
- 5 Renunciatio fideicomissi an valeat si prohi-
beatur à testatore.
- 6 Pactum valet contra testatoris voluntatem
illo consentiente in cuius fauorem factum
sit.
- 7 Ius de presenti habetur in fideicomisso
puro.
- 8 Renunciatio in larga forma censeatur renun-
ciatum omne ius quod de presenti spectat.
- 9 Fideicomissum conditionale an censeatur
renunciatum in renunciatione facta in
larga forma.
- 10 Fideicomissum conditionale an censeatur
renunciatum sub quavis generali renun-
ciatione.
- 11 Fideicomissum conditionale ad fideicomissa-
rium non pertinet.
- 12 Fideicomissum conditionale decedente fidei-
comissario ante diem, vel ante conditionis
eventum fideicomissum euanescere vide-
tur.
- 13 Substitutio siue fideicomissum quando cen-
seatur caducata.
- 14 Legatum an debeat caducata substitu-
tione.
- 15 Legata ad pias causas an debeantur cadu-
cata substitutione.
- 16 Pia causa non potest operari extentionem
personarum consistendo de voluntate te-
statoris.
- 17 Persona nominata restringit dispositio-
nem.
- 18 Legatum fauore pia cause substineri an pos-
sit caducata substitutione.
- 19 Fideicomissum conditionale si renunciatur
esset renunciatio donationis inutilis.
- 20 Donatio dicitur nulla cum donari non pos-
sit.
- 21 Fideicomissum conditionale, an per pactum
remitti possit.
- 22 Iura conditionalia, quae aliquando alicui
competunt per pactum remitti possunt.
- 23 Pactum contra voluntatem testatoris an ad-
mittatur.
- 24 Pactum contra voluntatem testatoris vel
potest fieri gratis vel modico accepto vel
ad sextam partem valoris fideicomissi.
- 25 Latio an cadat in fideicomissis conditionali-
bus.
- 26 Cognitio fideicomissi est necessaria in renun-
ciatione.
- 27 Pactum seu transactio superignoratis non
tenet.
- 28 Compromissum est species transactionis.
- 29 Fideicomissum conditionale non venit re-
nunciatum in larga forma.
- 30 Fideicomissum conditionale cum venit in
diuisione.
- 31 Fideicomissum conditionale non censeatur
renunciatum per diuisionem.
- 32 Prescriptio non currit contra fideicomis-
sum conditionale.
- 33 Prescriptio non currit pendente conditione
neque pendente tempore pestis & belli.
- 34 Fideicomissum purum an censeatur renun-
ciatum in diuisione.
- 35 Promissio de non controueniendo diuisioni
nihil impedit quoniam semper intelligitur
secundum subiectam naturam diuisionis.
- 36 Legatum & praestigatum de sui natura an
veniat in iudicio familiae heriscunda.
- 37 Fideicomissum an in dubio censeatur renun-
ciatum.
- 38 Fideicomissum propter quas clausulas cen-
seatur renunciatum.
- 39 Verbum ad habendum tenendum possiden-
dum quid importet.
- 40 Clausula ad habendum ceterata quando in-
ducit renunciationem.
- 41 Fideicomissum an censeatur renunciatum
quotiescumque renunciatio in aliud opera-
ri non potuisset.
- 42 Fideicomissum quando censeatur transa-
ctum.
- 43 Renunciatio & transactio non debet esse si-
ne effectu operatiuo.
- 44 Ecclesia an possit renunciare fideicomisso
conditionali sine episcopi licentia.
- 45 Renunciatio facta cum verbis pregnantibus
an inducat renunciationem fideicomis-
si conditionalis.
- 46 Fideicomissum an censeatur renunciatum
per clausulam omni legum, & iuris au-
xilio.

CAPVT XXXVIII.

*Renunciatio facta à filia in larga
forma an sub illa intelligatur
Renunciatum substitutioni-
bus, & Fideicom-
missis.*



Rideicommissi substantia in hoc capite consideranda est cum capituli feris circa ipsam sitatur, etenim in duabus fideicommissi speciebus tota renunciationis vis consideratur, pro qua consideratione sciendum est duplicem assignari speciem fideicommissi in hoc capite.

Prima est species fideicommissi puri;
Secunda fideicommissi conditionalis.

2 Quam ad speciem fideicommissi puri attinerere videtur certè si filia dote recepta, patri presentem, & stipulam, pro se, & suis hæredibus renunciasset omnibus eius bonis, mobilibus, & stabilibus in larga forma, nec non omnibus fideicommissis, substitutionibus, legatis, donationibus, ac omnibus, & vniuersis iuribus, ad eam spectantibus, & pertinentibus de presentem, præterito, & futuro, ex ipsa renunciacione, renunciatum censetur omnibus iuribus de futuro ex causa solum de presentem competentibus, prout dixit Cognol. in l. 1. num. 80. C. de pact. &

4 In ea renunciacione, renunciatum solum censetur illo fideicommissio quod renunciari permissum est, quod fideicommissum est purum, vt est *tex. in l. seruum filii §. 1. ff. de legat. 1. Anchar. conf. 21. nu. 9. Paul. de Castr. in conf. 427. num. 1. vers. nec obstat lib. 1. Crot. in conf. 228. num. 8. lib. 2. Becc. in conf. 111. num. 13. Paris. conf. 81. nu. 45. Ant. Peregrin. in conf. 52. nu. 16. & seq. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 52. num. 9. Pancirol. conf. 56. num. 14. Cephal. conf. 282. num. 21. lib. 2. Surd. in tract. de aliment. tit. 9. quest. 16. num. 5. & quest. 22. & 33. Crass. in §. fideicommissum, quest. 62. Menoch. lib. 3. præsumption. præsumpt. 111. num. 1. Petr. Gregor. par. 3. synt. gm. iur. lib. 42. cap. 30. nu. 6. sequitur Intrigliol. de substitut. cent. 3. q. 91. Gallus in tract. de except. success. tit. 4. except. 26. num. 1 par. 2. idem Surd. in decis. 298. num. 9. Ojasc. in decis. 100. num. 3. Io-*

sep. Ludouic. in decis. Perus. 19. num. 6. Vlt. in decis. 185. num. 1. lib. 2.

De tali enim fideicommissio necesse est, vt loquuti sint DD. contrariæ opinionis, relati à Mart. in tit. de legal. success. in par. 1. q. 14. ar. 4. nu. 20. vers. contraria opinio, dum dixerunt renunciari posse per *tex. in l. de fideicommissio §. 0. C. de transact. Grauert. in conf. 24. num. 4. Marzar. de fideicommiss. quest. 59. Decian. in conf. 39. nu. 42. & seq. vol. 1. Menoch. in conf. 33. num. 27. & seq. & de communi testatur Gabriel in commun. conclus. tit. de fideicommiss. conclus. 1. num. 22. Dec. in conf. 345. num. 3.*

5 Talis renunciatio etiã valebit licet à testatore prohibita fuisset voluit *Der. in conf. 324. num. 2. & apud ipsum Gallus in tract. de except. excep. 26. sect. 4. part. 2. nu. 8.*

6 cum valeat pactum contra testatoris voluntatem illo consentiente, in cuius fauorem dispositio seu pactum fit, *l. cum pater §. liberis ff. de legat. 2. dixit Gallus citat. num. 9.*

7 Et q̄ contraria opinio de fideicommissio puro loquatur constat ex euidenti ratione, quia in tali fideicommissio puro habetur ius de presentem, *l. 1. in princip. ff. de condit. & demonstrat. l. in omnibus ff. de regul. iur. l. omnia & l. cum quidam ff. de legat. 2. l. dies ff. quando dies legati cedant. sequitur Gallus cit. num. 12. & 13.*

8 Tale autem fideicommissum sub tali larga renunciacione certè comprehenditur, & renunciatum censetur, cum sub tali renunciacione censetur renunciatum omne ius, quod de presentem spectat prout *Zuccardus in l. 1. num. 159. C. de pact.*

9 Quantum denique ad speciem fideicommissi conditionalis attinerere videtur sub tali proposita specie renunciacionis non renunciatum, nec repudiatum intelligitur, & per consequens à fideicommissio conditionali, renuncians nõ excluditur *l. si quando §. illud. C. de inoff. testa. l. his qui heres, ff. de acquir. hered. l. 1. §. ait ff. quorum legat. Glos. Bar. Cuman. & Castrensis in l. si ita scriptum. §. si sub conditione, ff. de legat. 2. glos. in l. 1. vol. 2. vbi Salic. col. 2. Curt. iun. num. 19. Ripa, num. 13. Purpur. nu. 30. vbi de communi opinione testatur, C. de pact. Ripa in l. qui Romæ, §. si duo fratres, nu. 92. ff. de verbor. obligat. vers. secundo allegat. sequitur Gugliel. de Benedic. in cap. Raynupt. in verbo si absq; liberis moretur si secundo, num. 116. & sequenti extra de testam. Abb. in cap. ex multiplici, extra de decimis, Tiraquell. in l. si vnquam in præfat. nu. 138. C. de reuocand. donation. dixit Gallus de except. cit. num. 14. Ruym. in conf. 12. nu. 3. lib. 3. Dec. in*

- in conf. 39. num. 24. lib. 2. Peragr. conf. 52. nu. 16. & seq. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 52. num. 10. Surd. conf. 70. num. 4. & sequent. lib. 1. Grass. in §. fideicommissum, quast. 62. In trigl. cent. 3. quast. 91. num. 2. Caphal. conf. 84. num. 18. lib. 1. Purpur. in conf. 402. num. 109. lib. 2. Socc. sen. conf. 210. num. 3. lib. 2. Corn. in conf. 45. num. 1. lib. 1. Menoch. lib. 3. presumpt. presumpt. 117 num. 14. ita edim decisum fuit per Rotam Rom. apud Verall. decis. 20. fest. 2. par. 2. & in Senatu Pedam. ut teste T. besaur. in decis. 85. nu. 18. Gallus citat. num. 21.*
- 10 Mouentur enim hij omnes DD. quod fideicommissum conditionale, non cōpetat, & sic extra bona iuxta *tex. in l. substitutio ff. de acquir. rer. domin.* & illud quod non est, renunciari non potest, nec etiam renunciatum censetur sub quauis generali renunciatione; *Zafius in conf. 1. num. 66. lib. 2. Bal. conf. 54. vol. 1. Socc. conf. 283. vol. 2. Ruin. conf. 16. num. 23. vol. 2. Gallus cit. num. 55.*
- 11 Quod non sit in bonis, constat, quia fideicommissum conditionale, ad fideicommissarium non pertinet donec cōditio existit, Imo, & decedente fideicommissario, ante diem, vel ante conditionis euentum fideicommissum euanescere videtur, *tex. in l. intercedit, l. dies incertus, l. heres meus ff. de condit. & demonstr. l. heres mei, §. cum ita, ff. ad Trebell. l. unica §. si sub conditione, C. de caduc. tollen.*
- 12 Ex quibus fit transitum ad vnum quæsitum, quod si testator suum vniuersalem hæredem instituisset, & in casu quo hæres decessisset, tunc, & eo casu alium, substituit, quid si decessisset substitutus, ante institutum, nunquid caducetur fideicommissum, & substitutio, per mortem substituti cui quæsitio communiter concludunt DD. fideicommissum, ac substitutionem factam esse caducam, ad *text. in l. unica, §. si sub conditione C. de caduc. tollend.* de quo text. in terminis meminit *Gratian. discept. forens. tom. 5. cap. 845. sub num. 19.* Imo & si testator sub illa substitutione aliquid legasset adhuc ex ipsius caducitate legatum non debetur, ad *tex. in l. ex testamento 29. C. de fideicom. & ipsū relictum tanquam non scriptum habetur, & apud hæredes bona remanent, l. quidam referunt ubi DD. de iure Codicill. l. unica, §. cum triplici, & §. 1. itaque C. de caduc. tollend.*
- 13 In legatis autem ad pias causas factis non procedunt iura prædicta, quandoquidem secundum *Pres. de Franch. in decis. 156. nu. 4.* loquentem in institutio-

- ne caducata allegatum à quamplurimis DD. infra citandis concludit substineri legata, etiã caducata institutione, quod totum non puto procedere, si caducata fuerit substitutio, & quando ex legitimis coniecturis constat, testatorem voluisse substitutum grauari, & nõ autem institutum, & ita ex testatoris voluntate colligitur, tunc nulla pia causa extensionem personarū operari potest, quia præsumpta testatoris voluntas omninõ refragatur, & contradicit, eo maximè si testator substitutum expressè nominasset, & ipsam taliter grauasset, & in casu quo hæres vniuersalis institutus decessisset, tunc, & eo casu Titium substituo, & in eum casum ipsum substitutum grauasset de aliquo legato.
- 17 Et sic secundum talem legati formam manifestè colligitur dispositionem ad nominatam personam restringi, & non vltra probauit *Menoch. conf. 585. num. 31. ad medium, vers. & comprobatur, lib. 6.* de quo etiam meminit *Gratia. discept. foren. tomo 4. cap. 773. sub nu. 11.* Imo ex tali forma colligitur, quod testatoris substitutio restringatur ad illud tempus, quo vniuersalis hæres institutus decessisset, prout fundat *Bal. conf. 58. n. 3. Ias. in l. substitutione num. 3. ff. de vulg. & pupillar. post glos. in l. Gallus in princip. in vers. tunc ff. de liber. & postb. Molina de primogen. Hispan. lib. 3. cap. 5. num. 67. Cardin. Mantie. de coniect. ultim. volunt. lib. 3. tit. 14. num. 10. Decian. in conf. 2. num. 70. lib. 2.* cum innumeris alijs congestis per *Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 774. sub num. 7.*
- 18 Denique caducata substitutione, nullum legatum fauore piæ causæ substineri potest, quando, videlicet, euentissimè de contraria testatoris voluntate constat, quia potius impietatis fauor esset, quam pietatis considerauit *Cardin. Mantie. de coniectur. lib. tertio tit. decimotertio num. decimo vers. vnde etiam num. 11. vers. item, subdit Decius conf. 426.* In illis autem casibus in quibus nulla in contrarium testatoris coniectura refragatur, fit semper extensio fauore piæ causæ, de persona ad personam, siue de tempore ad tempus, vel de casu ad casum, ut *Surd. conf. 443. num. 42. lib. 3. Tiracuell. de priuileg. pia causa, priuileg. 62.* licet alibi contrarium teneat, loquendo quando voluntas testatoris manifestè constat voluisse legatum in ipso casu.
- 19 Reuertendo autem circa *cap. seriem*, si conditionale fideicommissum renunciatur talis renunciatio donationis inutilem naturam sapit, *l. illud num. 3. C. de sa.*

- saeros. Eccles. l. si quis delegauerit ff. de donat. Roland. à Vall. in specio cons. 51. num. 15.*
 & 16. lib. 4. turpis enim talis donatio
 20 iudicatur cum donator id quod nō habetur, nec illud repudiare valet, vt *Gal-lus cit. num. 17. sequitur Fusarius de substit. quæst. 587. num. 2. in fine sequitur Mart. de legal. success. par. 1. quæst. 14. art. 4. num. 20. in fine, vers. quartus casus.*
- 21 Quæ iura non procedunt si prædicta renunciatio in pactum transiret, cum per pactum remitti possit tale conditionale fideicommissum, *tex. in l. 1. & ibi gl. & DD. C. de pact. post eum tex. Alex. in l. qui Roma, & ibi alij sentiunt, ff. de verbor. obligat. sequitur Paris. cons. 46. num. 2. lib. 2. cons. 49. num. 29. lib. 3. de communi opinione dixit in cons. 5. nu. 119. lib. 4. dixit equoque Capbal. in cons. 196. num. 26. & cons. 620. num. 48. & seq. Andr. Gayll. in lib. 2. obseruat. obseru. 139. num. 8. Duegn. in regul. iur. regul. 339. Odd. Sforz. de in integr. resti. q. 85 num. 29. latissime Decian. in cons. 39. nu. 64. lib. 2. Grass. in §. fideicommissum, quæst. 62. num. 1. Petra de interpret. ultim. volunt. fol. mibi 372. num. 4. Crot. cons. 275. num. 4. lib. 2. Anton. Peregr. in cons. 52. num. 16. & seq. lib. 5. & in suo tract. de fideicom. art. 52. n. 11 & 14. Mangon. in decis. Florent. 102. nu. 9. Boer. in decis. 147. num. 7. & 8. Ofasc. decis. Pedam. 11. num. 16. Ioseph. Ludou. in decis. perus. 19. num. 6. Affl. in decis. 30. num. 5. Cauale. in decis. 36. nu. 2. par. 1. Ea ratione fuerunt moti DD. quia conditionalia iura, quæ aliquando alicui competunt, per pactum remitti possunt, *l. sub conditione, ff. de solut. & ibi Curt. iun. num. 21. l. quoties, ff. de nouat. glos. tex. & DD. in l. 1. C. de pact.**
- 23 Gallus citatus nu. 33. & 34. Quod autem à Doctõribus ampliatur etiam si fuisset prohibitum tale pactum, in tali fideicommissõ à testatore cum contra ipsam voluntatem admittatur dictum pactum; noluit Bart. in d. l. 1. col. ult. & ibi Purpurat. ante num. 10. & sequenti, dixit equoque Decian. in cons. 39. nu. 145. lib. 2. Ioseph. Ludou. in decis. 19. num. 7. sequitur Dec. cons. 324. num. 2. Gall. citat. num. 8. Et tale pactum fieri potest, vel gratis, vel etiam modico accepto, prout dixit Bal. in dicta l. 1. & ibi Purpur. num. 14. & si datum fuit valorem ascendentem ad sextam partem fideicommissi conditionalis, adhuc valere renunciacionem, & pactum, *probat. in tex. in dicta l. 1. C. de pact. cum in fideicommissis conditionalibus læsio non cadat dixit Peregr. in cons. 52. in fin. lib. 5. & quod ita in practica obseruatur testatur Paris. in cons. 24. num. 121. volum. 2. & cons. 95. num. 20. vol. 3. Dummodo tamen*
- 26 fidei commissarius renuncians plenam cognitionem fideicommissi, & verborum testamenti habuerit *dicta l. de his ff. de transact. Gallus cit. num. 41. DD. & glos. in dicto tex. sequitur Corn. in cons. 135. num. 1. lib. 2. Capbal. cons. 620. num. 54. & sequent. Peregr. cons. 51. num. 20. & seq. lib. 5. & in tract. de fideicom. art. 52. num. 15. 20 & seq. Ceuall. comm. cõtra communi. quæst. 706. per totam, Paris. in cons. 24. nu. 121. lib. 1. Decian. cons. 3. num. 120. lib. 1. cons. 91. nu. 27. & seq. lib. 5. cons. 39. nu. 132. lib. 2. Socc. iun. cons. 120. num. 50. lib. 1. Siluan. cons. 40. num. 59. Grass. in §. fideicommissum, quæst. 62. nu. 4. ita etiã*
- 27 dicendum erit in transactione, quia si per transigeates nō fuerint plenè cognita verba fideicommissi ad huc transactio non valebit; quia omne pactum, siue transactio, super ignoratis non tenet, *dicta l. de his citata, & l. nō est ferendus, l. imperatoris, ff. de transact. Gallus cit. num. 50.*
- 28 Quod totum ampliatur in compromisso, vt *apud Socc. in cons. 282. in primo dubbio, & in cons. 219. vol. 2. dixit, Paris. in cons. 24. num. 104. vol. 2. cum compromissum videatur species transactionis, vt apud Socc. citatum, de quo latè totum videbis in cap. l. de his.*
- 29 Remanet enim conclusum, quod fideicommissum conditionale renunciatum nō veniat in larga renunciacione, quod
 30 ampliatur nec etiam venire in diuisione, imo nec per ipsam diuisionem renun-
 31 ciatum esse censetur, est *tex. in l. cum pater. §. hereditatem, ff. de legat. 2. ibi Bar. Bald. Imol. & Paul. de Castr. in l. qui Roma, §. duo fratres, quæst. 1. & ibi communiter omnes DD. pro vt Ripa, nu. 39. attestatur de communi Bal. in l. qui cum tutoribus, ff. de transactionibus & cons. 403. col. penult. vol. 1. cons. 364. cons. 440. vol. 4. Cuman. cons. 133. col. fin. Roman. in cons. 403. col. 1. Dec. cons. 86. num. 5. vers. sed tamen, Bertr. in cons. 437. nu. 4. lib. 7. Alex. in cons. 8. col. final. vol. 5. & cons. 21. in fine vol. 6. Capbal. in cons. 371. num. 14. vol. 3. vbi plures refert Becc. in cons. 24. nu. 15. sequitur Andr. Gayll. Practicar. obseruat. obseru. 139. par. 2. Mart. de legal. success. art. 14. quæst. 21. par. 4. n. 2. Gratus in cons. 60. col. 1. vol. 1. sequitur idem Bal. in cons. 46. lib. 1. col. 3. Bero. in cons. 130. nu. 9 & 11. lib. 2. Ruyn. cons. 139. num. 6. & seq. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 446. nu. 12. Anton. Gabriel in commun. opin. in tit. de fideicom. conclus. 1. nu. 28. Menoch. lib. 3. præsumpt. 115. num. 3. vbi de communi, & de recepta sententia testatur Marzar. de fideicom. quæst. 59. in fine, Crauett. cons. 24. nu. 2. & cons. 237. num. 2. circa finem, Bursat. cons. 12. nu. 44. & seq. lib. 1. Fusar. de substit. quæst.*

- quaest. 593. num. 1. & seq. Mangon. decis. Florent. 92. Casale. decis. 36. par. 1. nu. 26. Boer. decis. 147. ubi num. 10. Ioseph Ludou. in decis. Lucons. 19. Rosa Roman. in nouiter decis. 493.
- 32 Contra ipsum fideicommissum conditionale, secundum equam, & magis communem opinionem non currere præscriptionem; etiam longissimi temporis, per text. in l. fin. §. fin autem C. commun. delegat. & quod loquatur in præscriptione longissimi temporis, est text. in l. cum notissimi §. illud C. de præscriptione.
- 33 30. vel 40. ann. eo maxime cum conditione pendente, nunquam currit præscriptio, probant DD. in tex. l. filius famil. §. Diui ff. de legat. 1. & ibi Ripanum. 113. de communi opinione testatur Petr. de fideicommiss. quaest. 14. n. 329. sequitur Marc. Anton. Nat. in conf. 437. nu. 4. & 5. Peregr. de fideicommiss. art. 41. nu. 14. sequitur Soc. sen. in conf. 251. col. penult. Dec. in conf. 267. num. 4. Philipp. Corn. in conf. 117. in princip. & conf. 304. num. 19. Et conditio ad instar pestis, & belli consideratur eum ependente non currit præscriptio Bar. in l. Naturaliter ff. de usu capionib. in ultima colum.
- 34 Nec solum fideicommissum conditionale renunciatum non censetur, in diuisione, sed nec etiam fideicommissum purum dixit tex. in l. si non sortem, §. si certum ff. de condition. indebit. Soc. iun. in dicta l. qui Romæ §. duo fratres, num. 56. & ibi Bolognet. num. 195. vers. tamen omnes DD. sequitur Ruyn. in conf. 139. num. 1. in quo subiungit, neque renunciatum esse per illam diuisionem, per quam diuidentes promiserunt nihil facere contra ipsam diuisionem, quod de communi dixerunt DD. in l. qui cum tutoribus ff. de re transact. & in l. tres fratres C. de pact.
- 35 Cum in hoc certè promissio de non contraueniendo diuisioni, nihil impediat, quoniam semper intelligitur secundum subiectam naturam diuisionis, tex. in l. damni infelli, & l. stipulatio in princip. ff. de damn. infell. l. stipulatus ff. de usur. l. si legat. seru. ff. de legat. 1. & Ruyn. in dicto conf. 139. num. 2. & num. 10.
- Ad quod inferitur, quod si per partes fuerit cognitum fideicommissum esse purificatum, & de eo habuisse certam scientiam, adhuc per diuisionem censetur renunciatum, prout dixit idem Ruyn. in dicto conf. 139. num. 6. in fine; Qua de re dicendum est, quod per diuisionem censetur renunciatum omnibus prælegatis, cum prædicta prælegata, & legata, de sua natura ueniant in iudicio familiarum
- herciscundæ, l. restituta & l. facta ff. ad Trebell. Imol. Alex. & alii in l. cobaredi §. cum filia ff. de vulgar. & pupill. sequitur Mart. de legal. success. quaest. 21. art. 14. nu. 16. par. 4.
- 37 In dubio autè an fideicommissum sit renunciatum, vel non, semper iudicandum est, non esse renunciatum, l. à substituto in principio ff. de legat. 1. sequitur Simon de Petris de interpretatione ultim. uolunt. lib. 3. resolut. 5. nu. 19. Peregrin. de fideicommiss. quaest. 14. num. 136. Menoch. lib. 3. præsumpt. præsumpt. 17. num. 14. Decian. in conf. 52. num. 23. volum. 1. Riminald. iun. in conf. 204. num. 32. volum. 2. Surd. in conf. 67. num. 44. Mart. de legal. success. par. 4. quaest. 21. num. 20. Progreditur enim ad dubium quærendo, propter quas clausulas fideicommissum renunciatum censetur.
- 39 In quo dubio respondendum est primo renunciatum ceteri fideicommissis per clausulam ad habendum, tenendum, possidentum, & quicquid placuerit faciendum, per talem clausulam renunciatum censetur fideicommissum, data tamen fideicommissi scientia Croc. in dicta l. qui Romæ §. duo fratres num. 133. & seq. & ibi Bart. quaest. 3. ff. de uerbor. obligat. sequitur Menoch. in conf. 87. num. 18. volum. 1. conf. 157. in fina lib. 2. & conf. 323. num. 30. volum. 4. plurimos apud ipsum uidebis DD. & in præsumptione 115. num. 63. lib. 3. dixit Mart. supra cit. in dicta quaest. 21. art. 14 par. 4. num. 21. Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 41. Borgnin. in decis. 36. num. 18. Bero. in conf. 172. num. 7. lib. 1. Gregor. Nat. in conf. 505. num. 33. Paris. in conf. 46. num. 23. & seq. lib. 2. & conf. 74. num. 8. & 15. lib. 3. Ruin. conf. 172. num. 6. & 11. lib. 1. Roland. à Vall. in conf. 34. num. 78. & seq. & ibi de communi testatur in conf. 64. nu. 12. & seq. lib. 4. Crass. in §. fideicommissum, quaest. 62. num. 7. Barz. decis. Bononiens. 56. num. 4. ita iudicatum, & decisum esse, testatur Casale. decis. 36. nu. 11. vers. secundo colligitur. Panciroli. conf. 79. in fine, Bursat. conf. 84. nu. 14. lib. 1. & conf. 523. num. 19. Riminald. iun. conf. 80. num. 38. & conf. 448. nu. 21. Alciat. in conf. 138. num. 3. Anton. Capbal. in conf. 253. num. 7. & seq. & conf. 430. num. 59. Zuccard. in l. 1. num. 61. C. de pact. Rota in col. lect. per Farmac. decis. 624. num. 4. par. 2. omnes autem isti DD. concludunt, quod per talem clausulam censetur renunciatum fideicommissum ad differentiam quando in renunciatione dicitur ad habendum, &c. cum omnino talis clausula cæterata, fideicommissi renunciationem importare non possit, quoniam illa uerba ad habendum, &c. remittuntur

tur ad arbitrium boni viri, prout dixit *text. in l. Gallus §. idem tradendum ff. de liber. & posthum. voluit Riminald. iunior in conf. 204. nu. 40. & seq. & num. 92. vsque ad nu. 111. vol. 2. de communi testatur Mandell. de Alb. in conf. 74. num. 7. late Mart. in tract. de claus. par. 4. claus. 12. & ibi dixit sepe sepius fuisse iudicatum, & remissū ad iudicis arbitrium, quod arbitrium iudicis penetrare, nec arguere potest, quoniam fuit voluntas renunciantis, dixit Mart. de legal. success. supra cit. nu. 23. dixit equoq; Petra de fideicom. quest. 14. nu. 67. ideo omninō cæterata esse non debet, quoniam effectum suum operari non potest pro vt dixit Gabriel. in suis comm. tit. de fideicomiss. conclus. 1. nu. 30. & sequent. Farinac. decis. 624. num. 4. in princip. par. 2. & de ista clausula taliter cæterata loquuti fuerunt DD. contrariæ sententiæ.*

Si enim talis clausula non fuerit cæterata, sed per extensum & estat in parte, dispositiua in diuisione fideicomissi renunciationē inducere videatur, Cardin. Tusch. in conclus. 279. num. 16. Ofasc. conf. 8. nu. 80. Surd. conf. 475. Gallin. conf. 21. nu. 21. cum sequent. Landereb. conf. 1. Ioann. Bapt. Costa in tract. de claus. claus. 7. num. 3. Barbosa in eodem tract. de clausul. claus. 4. nu. 17. fol. mibi 255. de aliis clausulis importantibus renunciationem in diuisione extant apud Fusar. in quest. 593. per totam.

41 Censetur etiam renunciatum fideicomisso, tam puro, quam conditionali, quotiescumq; renunciatio ipsa facta, in aliud operari non potuisset, solummodo in fideicomisso, vel puro, vel conditionali, dixit Alex. in conf. 102. nu. 6. vol. 6. ibi quod si verba alium effectum habere nō possent fideicomisso renunciationem importabant, *text. in l. si quando ff. de legat. 1. argum. text. in l. fundus qui locatus est. ff. de fundo instruct. dixit Menoch. in conf. 87. nu. 20. vol. 1. & in tit. de presump. lib. 3. presump. 115. num. 34. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 32.*

42 Ita etiam operabitur transactio fideicomissi, quando in aliud ipsa transactio verificari non potuisset, etiam si in ipsa non fuerit dictum, visis, & inspectis verbis testamenti dixit Decian. in conf. 91. nu. 27. vol. 5. per text. in dicto §. duo fratres, & ibi Bar. nu. 19. vers. aut nulla, ubi Alex. nu. 54. Ripa num. 64. Ias. num. 94. Socc. iun. in conf. 116. num. 91. vol. 1. plures alios referre videtur Peregrin. cit. art. 52. num. 32. taliter obseruatum vidit Menoch. in conf. 289. vol. 3. Barz. decis. 96. num. 1. Caualc. in decis. 36. nu. 24. vers. quia respondetur, par. 1. sequitur Cacher. in decis. 112. num. 20. Mart. de legal. suc-

cess. quest. 21. par. 4. art. 14. nu. 91 in punto autem idem Menoch. in conf. 87. num. 20. vol. 1. in tit. de presump. presump. 115. lib. 3. num. 34. iuxta quidem ratione disposita in *text. l. si quando, & ibi Bar. & alij ff. de legat. 1. l. generaliter, §. 1. ff. de usufruct. legat. 43 ibi (verba renunciationis, sine transactionis, non debent esse, sine effectu operatiuo) cap. si Papa de priuileg. lib. 6. imo nec eius syllaba esse debet sine tali effectu, glos. in l. 2. ff. de eo quod met. caus. glos. 3. in cap. si Romanorum distint. 19. Bald. in Rub. Cod. de contrabend. empt. quest. 9. Alex. in conf. 26. num. 5. vol. 2.*

Et ista intelligenda sunt, quando in aliud verificari non posset renunciatio ipsa; prout DD. supra citat.

44 Fideicomissum autem conditionale renunciari potest etiam ab Ecclesia, sine Episcopi licentia, si Ecclesia collegiata sit, cum solummodo fieri sufficet, per Capitulum; si autem collegiata non fuerit, solus Prælat. renunciare poterit, Felin. in cap. contingit, col. vi. extra de sent. excommuni. Anchar. in cap. super col. 2. extra de rebus Eccles. non alien. cap. 12. num. 4. & seq. Imol. in cap. tua nuper circa finem, extra de his qua fiunt à Prælat. Rodoan. de reb. Eccl. non alienand. cap. 22. num. 4. & seq. in Ciuilib. Alex. in l. legatum circa finem. ff. de legat. primo, Aret. in l. bis qui hæres §. ult. col. 4. ff. de acquir. hæred. Bal. in l. contra iuris, §. 1. ff. de pact. & in l. magis puto, §. fundum ff. de reb. eorum & in l. pupillorum in princip. C. de repudiand. hæred. dixit Ruyn. conf. 123. col. 1. lib. 3. Ant. Gabr. comm. conclus. tit. de legat. concl. 3. num. 4. dumodo tamen aliquid pro ipsa renunciatione detur; quod totum, censetur datum ratione dubij euentus, seu conditionis appositæ in fideicomisso, pro vt dixit Peregrin. & Purpurat. in l. 1. n. 16. & seq. & ibi Ripa, num. 28. C. de Pact.

45 Deniq; si facta fuerit renunciatio cum verbis adeo prægnantibus & ipsa verba prægnantia, in aliud verificari non possent solummodo in conditionali fideicomisso adhuc illo renunciatum esse censebitur, quoniam si eius renunciationis verificatio in aliud verificari posset, certè non erit arguendum de conditionalis fideicommissi renunciatione, voluit Fusar. de substitut. quest. 593. nu. 120. Bolognet. in l. 1. num. 86. in fine C. de pact. Zafius in l. qui Romæ §. duo fratres, nu. 28. & seq. Curt. iun. conf. 49. num. 131. in fine, Brun. inter conf. feud. conf. 82. nu. 11. Gratias supra citatus in conf. 60. num. 15. & seq. lib. 1. Zilett. in conf. 170. nu. 13. ubi de communi opinione testatur.

Intelligendo prædicta quando verba adeo sunt prægnantia, quæ restringantur ad tempus præsens, & ad futurum, nam si solum restringantur ad præsens tempus, etiam si quod in ipsa renunciatione alius verificari non posset, solummodo conditionale fideicommissum, certè non dicitur remissum, cum tale fideicommissum sit de futuro tempore; *Menoch. de præsumpt. præsumpt. 115. nu. 39. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 31. Angel. in cons. 287. num. 5. Ruyn. cons. 137. num. 15. lib. 2.*

46 Non renunciatum censetur fideicommissum per clausulam omni legum, & iuris auxilio, prout dixit *Petr. Ant. de Petr. de fideicommiss. quest. 14. num. 57.* si renuntiatio simpliciter tendat, non quidè cum verbis puta cõpetenti, & cõpetituro; quoniã per prædicta verba adhuc fideicommissum renunciatum censetur, dixit *Riminald. iun. in cons. 204. num. 38. & nu. 72. vol. 2.*


S V M M A R I V M .

- 1 Metus reuerentialis versari circa patrem & filium.
- 2 Reuerentia filii erga patrem, nullo iure civili dirimi potest.
- 3 Persuasio nimia patris respectu filii coactionis loco habetur.
- 4 Metus præsumitur in omnibus contractibus in quibus filius vna cum consensu patris se obligatur.
- 5 Contractus filii cum patre semper præsumitur meticulousus.
- 6 Metus reuerentialis ad obligationem filii resolvendam non sit sufficiens nisi concurrat enormis læsio.
- 7 Læsio enormis, & probatio contractus non esse versum in utilitatem filii resoluit statim obligationem.
- 8 Consensus patris in obligatione facta per filium in beneficium patris an valeat.
- 9 Fideiussio facta per filium pro patre an valeat.
- 10 Metus reuerentialis semper consideratur in filio.
- 11 Metus reuerentialis consideratur in Episcopo respectu clerici subditi.
- 12 Metus reuerentialis consideratur in viro respectu uxoris.
- 13 Metus reuerentialis consideratur in fratre respectu sororis.
- 14 Metus reuerentialis consideratur in fratre maiore respectu minoris.
- 15 Metus reuerentialis consideratur in patruo, respectu nepotis.

- 16 Metus reuerentialis consideratur in matre respectu filii.
- 17 Metus reuerentialis an sit sufficiens ad annullandum contractum renunciationis.
- 18 Probatio metus, & importunarum precum, & minarum est necessaria ad annullandum contractum.
- 19 Renunciatio exceptionis metus reuerentialis an valeat.
- 20 Notario an magis sit credendum deponenti de libera voluntate quam testibus deponentibus de matu.

C A P U T X X X V I I I I .

Metus reuerentialis circa quas personas habeatur, & an sit sufficiens ad inualidandam Renunciationem :



DE renunciatione facta metu latius egi in Cap. I. tamen de renunciatione causata ex reuerentiali metu adhuc non plenius dictum est.

- 1 Pro cuius sciendum est, primo illum veritari circa patrem, & filium, cum circa ipsos ex alia causa oriri non possit; solummodo ex reuerentia, quam filius patri, quodam instinctu præstare tenetur, l. parentes, ff. de ius vocando quæ nullo iure civili dirimi potest, l. 1 ff. de usufruct. l. iura sanguinis, ff. de reg. iur. sequitur *Pascb. de Virib. patr. potest. par. 3. cap. 2. num. 37. in fine, imo, & multo magis considerari dixerunt DD. in patre sene, respectu filii,*
- 2 quia nimia eius persuasio coactionis loco habetur dixit *Ioann. del. Castill. in lib. 3. quotidian. controu. cap. 1. num. 112 sequitur. Pascal. citat. in vers. dixit etiam Melchior Palæz. in tract. quest. maiorat. par. 1. quest. 25. num. 9.*
- 3 Quæ metus causa in omnibus contractibus in quibus filius vna cum consensu patris se obligatur, præsumitur si satis clare non constet de beneficio conuerso in eius utilitatem, semper enim meticulousus, ex metu reuerentiali præsumitur, & ex ea inualida reditur obligatio, vel saltem exceptionis ope restitendus, licet solus metus reuerentialis ad obligationem filii resolvendam, non sit sufficiens, si tamen enormis læsio concurrat, rescindendus erit contractus; *Socc. cons. 263. ante num. 5. vers. præterea facit;*

- vol. 2. Dec. in l. patium, num. 7. in fine C. de collat. & in cap. causam matrim. num. 22. de offic. delegat. Cald. in l. securatorem in verba filii, num. 40. vers. etenim patri filius C. de in integr. restit. post Lancell. Dec. in l. interpositas col. fin. vers. & quod hic, C. de transac. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cont. 2. casu 136. num. 9. & in tit. de presump. lib. 3. cap. 127. num. 14. Roland. conf. 59. num. 29. vol. 1. Riminald. iun. conf. 42. num. 49. conf. 295. num. 74. vol. 3. conf. 484. num. 43. & infra conf. 507. num. 3. vol. 5. Alb. conf. 100. nu. 4. lib. 1. & conf. 77. num. 51. Surd. conf. 395. nu. 29. lib. 3. conf. 513. num. 38. lib. 4. Capyc. dec. 259. num. 34. vers. responderi potest, & decif. 69. Cacheran. decif. pedam. 179. num. 5. Co-uar. in cap. quamuis par. 3. num. 7. de pact. in 6. Sese decif. Aragonens. 60. num. 10. par. 1. Fontaneth. de pact. nuptial. clausul. 7. glof. 2. par. 3. nu. 53. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. contur. 2. casu 136. Ruin. conf. 179. num. 17. vol. 1. & conf. 60. num. 22. volum. 3. Soccin. iun. conf. 72. num. 134. lib. 1. Capbal. conf. 34. num. 31. & conf. 142. n. 39. vol. 1. Mongollon. de his qua vi met. caus. fiunt cap. 4. s. 1. num. 10. Gramat. decif. 103. num. 48. Versill. ad Afflic. decif. 393. num. 10. & decif. 69. nu. 5. Gramat. inter conf. civil. conf. 11. num. 12. alios refert. Reg. Rouit. in comment. ad prag. 1. de Senat. Consult. Macedon. num. 60. in-
- 7 quiens commorem resolutionem esse, quod ubi enormis laesio adest, & probatur contractum verum non esse in utilitatem filij tunc statim resolvitur obligatio, licet à minore facta, & iuramento roborata, potest alios firmavit Rouit. conf. 22. num. 66. & 67. volum. 2. qui loquitur in casu non existente metu reuerentiali, multo magis quando agitur de contractu, ubi praesupponi potest metus reuerentialis.
- 8 Imo etiam si in contractu adesset consensus patris in obligatione filii, prout disponitur in pragmat. 1. de Sen. Conf. Macedon. attamen si ipsa eadem obligatio in patris beneficium tendat adhuc non tenet, quia pater consensum prestare non potest ad sui beneficium, Barin. l. 1. nu. 4. 5. & 6. ff. de author. prastan. Socc. conf. 112. num. 4. lib. 1. Soccin. sen. conf. 23. lib. 4. las. conf. 69. lib. 2. Plon. conf. 33. num. 3. lib. 1. Alciat. presump. reg. v. presumpc. 2. num. 5. Paris. conf. 97. num. 20. lib. 3. Det. conf. 279. num. 5. & conf. 245. Bal. conf. 62. col. 1. lib. 4. Roland. à Vull. conf. 38. prope fin. lib. 4. Horz. Mand. in addit. ad Conf. Rom. 515. Guglielm. de Bened. in cap. Ramiut. in vers. mater in super Cloram nu. 46. de testam. Clat. in S. Donat. q. 6. decif. quatuor etiam Franoh. decif. 14. nu. 1. Caltrés. conf. 466. viso compromisso. num. 1.
- vol. 1. Calderin. conf. 32. circa finem de iustitia. Socc. conf. 111. num. 4. lib. 1. omnino videndus Praes S. C. Reg. Merlinus in controuers. 99. per totam Ascan. Clemens de patria potest. capi. effect. 19. nu. 6. Molfes. conf. 4. num. 24. & 25. Brun. in tract. de statut. exclud. fem. 2. part. in fin. Marius Catill. de donat. inter patrem, & filium tract. 1. discurs. 9. 1. par. unic. nu. 171. nec fideiussio per filium facta pro patre valet; tradit Socc. conf. 23. num. 15. eum seq. & num. 25. vers. sed adhuc praedictis, volum. 4. idem tradit Cauale. post alios decif. suiz. 31. num. 36. vol. 1. haec omnia procedunt ratione reuerentialis metus qui licet sufficiens non sit ad rescindendum, prout dixit tex. in l. 1. s. quae oneranda, ff. guarum rer. act. det. dixit Afflic. in decif. 69. & 246. Boer. decif. 100. Capyc. decif. 95. Ioseph. Ludon. decif. Lucens. 18. Iacob. Maur. in allegat. 47. Hyppol. Montan. in addit. ad Ant. Oliuan. par. 2. lib. 1. cap. 9. nu. 13. Gabriel. Pereir. decif. Portug. 30. num. 3.
- 10 Iuncto tamen tali metu cum laesione enormi sufficiens videtur ad rescindendum contractum cuiuscumque generis dixit post DD. supra citati, Auendan. lib. 2. cap. 11. num. 05. metus enim reuerentialis, etiam in Episcopo respectu clerici subditi consideratur, Mandell. conf. 186. num. 8. lib. 1. Alex. conf. 175. num. 14. lib. 2. Mandell. conf. 149. num. 9. Bursat. conf. 355. num. 35. Masurd. de probat. conclus. 1117. num. 10. Crauet. conf. 889. num. 3. lib. 5. Bertrand. conf. 1. num. 12. Reg. de Ponte. conf. decimo septimo nu. 74. lib. secundo Flam. de Rubois conf. 79. num. 33. lib. 2. Honned. conf. 19. num. 31. lib. 1. Intrigl. ubi supra
- 12 num. 30. & viri respectu vxoris tradunt DD. citati, adest tex. in Auth. presbyteros C. de Episc. & cler. de muliere circa maritum adest tex. in l. 1. in fine cum seq. ff. de liber. exhibend. late Tiraquell. de legib. conub. in princip. Mandell. conf. 77. num. 5. lib. 1. Baldass. Mongoll. in suo tract. de metu cap. 3. num. 7. Intrigl. conf. 6. num. 93. Mandell. conf. 4. num. 36.
- 13 Consideratur etiam metus reuerentialis in fratre respectu sororis, Aret. conf. 24. nu. 6. & Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. casu 136. num. 6. & Pancirol. conf. 1. nu. 77. Paschal. de Vir. patr. potest. cap. 2. num. 37. part. 2. Surd. conf. 480. num. 11. Lancellott. Gallia conf. 34. num. 25. Socc. sen. conf. 263. num. 2. lib. 2. Ann. sing. 339. Crauet. conf. 49. num. 2. lib. 1. & conf. 976. num. 16. lib. 5. Intrigl. in tract. de casib. conscientiae casu. 1. casu 41. num. 31. & 32. Capic. decif. 159. num. 32. Ann. sing. 340.
- 14 Consideratur etiam in fratre maiore respectu minoris, Aret. conf. 44. sequitur Socc.

Socc. conf. 263. num. 3. lib. 2. Tiraquell. de primog. in prafat. num. 143. Menoch. conf. 1. num. 492. & 493. lib. 1. dixit Fabb. de Ann. in conf. 73. num. 15. lib. 1. Capic. decif. 159. num. 34. plures etiam congerit Ann. in fingul. 339. fequitur etiam Pafebalis de vir. patr. potest. par. 3. cap. 2. num. 37. in fine, qui frater in potestate non habet, l. unica §. extraneum, C. de rei vxor. act. Pafebalis & DD. ubi supra citat.

15 In patruo etiam confideratur respectu nepotis post alios dixit *Marzar. conf. 12. num. 10. vers. & promissa omnia, Mandell. Alb. conf. 100. num. 4. & conf. 198. num. 31. Socc. iun. conf. 77. num. 154. lib. 1. Rimin. iun. conf. 5. num. 31. Ruyn. conf. 49. num. 2. lib. 1. Ann. fing. 140. Tiraquell. in tract. de legib. connub. glos. 5. num. 36. Suard. conf. matrimon. conf. 10. num. 31. Intrigliol. de casibus conscientie centuria 1. casu 41. num. 38.*

19 Denique confideratur in matre respectu filij, post scribentes *Curs. iun. in conf. 141. num. 11. Crauett. conf. 232. num. 9. vers. facundo principaliter, Ann. sen. in fingul. 340. ubi etiam iunior in addit. in ipsis denique verfatür mœtus reuerentialis Crauett. conf. 976. nu. 16. lib. 5.*

17 Quod dictum est supra de contractibus, quod mœtus reuerentialis, non sit sufficiens ad ipsum contractum ipso iure annullandum *Ann. fing. 341. Sess. decif. 60. nu. 19. Iulius Caesar. Gallup. in sua prax. par. 2. cap. 12. nu. 37. Mari. auguiff. conf. 148. num. 7. itidem dicendam erit in contractu renunciationis, cum sufficiens non videatur ad ipsam ipso iure nullam declarandam, prout *Menoch. cit. lib. 3. presumpt. 127. num. 14. Seraph. de iuram. priuil. 21. num. 31. Hartm. Pistor. in quast. Parlam. 5. num. 56. Cephal. conf. 34. nu. 31. Scip. Theod. allegat. 36. num. 24. & 25. Bertaz. conf. 25. num. 9. Honded. in conf. 29. num. 48.**

18 In qua renūciatione reuocanda, omnino probare necesse est adfuisse importanz præces, vel saltim minæ & renunciando filiam passam, fuisse enormissimum damnū, & ob id, facile renunciationis reuocatio redditur pro vt dixit *Paul. de Gastr. in conf. 174. nu. 2. vol. 1. Mandell. de Alb. in conf. 77. num. 21. & conf. 100. num. 4. cap. causam matrimonij. n. 6. de offic. delegat. Dec. in l. pactum quod dotali, num. 7. C. de Collat. de alijs enim causis, in quibus cadit mœtus reuerentialis præsumptio, dictum est alibi.*

19 Deniq; etiam si filia reuocasset dictam exceptioni, mœtus reuerentialis adhuc ipsa renunciatio exceptionis non valeret, quia principalis renūciatio facta est mœtu, quæ non valet, & per consequens,

multo enim fortius, non valebit reuocatio dictæ exceptionis mætus, per ea quæ habentur in l. fin. §. idem quasit ff. de condit. indebit. & ibi Bar. Bal. Angel. & Alex. allegat. tex. in l. doli, §. diuersum, ff. de Nouat. dixit *Vincent. de Ann. in allegat. 114. nu. 6. in quibus probationibus sciendum est, quod si in concursu probationum, ex parte patris, notarius testatur de libera renunciantis voluntate, seu de libera agentis ad aliquem actum, ex parte vero filie testes deponant de mœtu, nūquid magis credendū sit notario deponenti de libera voluntate aut testibus deponentibus de mœtu, ex quo omnino dicendum erit, plus credi testibus deponentibus de mœtu, quam notario de libera voluntate, testatis iuxta notata per *Bal. in l. obseruare, §. proficisci, quast. 13. de offic. proconf. fequitur Alex. in conf. 156. col. 1. vol. 5. Iaf. in l. interpositas, nu. 5. C. de transact. Alciat. respons. 5. num. 8. & respons. 161. nu. 11. Boer. dec. 100. num. 3. Vincent. de Ann. in allegat. 114. num. 5.**

S V M M A R I V M.

- 1 *Practica petendi primum & secundum Beneficium.*
- 2 *Pragmatica prima sub tit. de dilationibus enunciatur.*
- 3 *Terminus petendi beneficia est infra mentem à die publicationis.*
- 4 *Fiscus elapso termino ad petendum primum vel secundum beneficium an restituatur vel comprehendatur sub dispositione prag. prima de dilationibus.*
- 5 *Fiscus & priuatus eodem iure utantur.*
- 6 *Dictio (vel) inter diuersa ponitur.*
- 7 *Appellatione personæ an veniat vniuersitas.*
- 8 *Extentio non fit in materia correctoria.*
- 9 *Persona loquentis sub quavis generali dispositione non continetur.*
- 10 *Ciuitas aliquid statuens an comprehendit se ipsam.*
- 11 *Verba quantumuis generalia & ampla non comprehendunt personam disponentis imo excepta videtur.*
- 12 *Statutum ciuitatis nunquam interpretari contra rem publicam.*
- 13 *Nemo presumitur uelle se ipsum ligare.*
- 14 *Statutum certam formam in contractibus disponens non ligatur ipsum principem contrahentem.*
- 15 *Princeps nunquam presumitur statueri contra se ipsum.*
- 16 *Statutum requirens in contractibus certam solemnitatem non comprehendere ipsum principem.*

- 17 Princeps loquens nunquam includitur in generali sermone.
- 18 Princeps nunquam obligatur lege legis.
- 19 Princeps ex contractu obligatur.
- 20 Princeps contractum facit ut priuatus.
- 21 Legem facere soli principi competit.
- 22 Pacta conuentiones & capitula per Imperatorem cū subditis facta per ipsum infringi non debent, nec per suum successorem.
- 23 Ciuitas contractum faciens ut priuata contrahere videtur.
- 24 Deus an ex contractu obligetur.
- 25 Princeps contractum reuocare non potest, & eam obseruare tenetur.
- 26 Princeps pro causa publicæ utilitatis an teneatur obseruare contractum, & subditis bona tollere dato ex cambio.
- 27 Princeps ex causa potest ius priuati ac quæsitum ex contractu cum ipso celebrato auferre.
- 28 Fiscus nunquam à lege à se statuta comprehenditur nisi de eo specialis mentio habeatur.
- 29 Arellus de Amato laudatur.
- 30 Princeps an possit reuocare demanium.
- 31 Princeps an reuocando demanium teneatur restituere pretium vel dare excambium.
- 32 Primam & secundum beneficium an renunciari possit.

CAPVT XL

Fiscus an comprehendatur sub dispositione Pragmaticæ primæ de dilationibus, & an concesso primo, & secundo Beneficio tam ipsi, quam aliis, personis in præiudicium partis Renunciare possit.



- 1 **V**ulgatum est in praxi, quod post citationē, imo vt plurimum tēpore expeditionis causæ, partes, vel procuratores eorum miserabilium personarum, petere solent, Primū, & super eo compilato processu, secundum beneficium, idest binam in integrū restitutionem, adeo vt supplere licitum sit in quo defectum est pro eorum defensione, & ne ad finem dilatandi quærant talia beneficia, superuenit noua pragmaticæ sanctio pœna petentibus, si illis non vtantur, de quo late *pragm. 1. in*
- 2

tit. de dilation. & ibi Roit. & de hoc latè videbis, Marans. in sua pract. & Gallupp. in par. 2. eiusque praxis cap. 28. & infra quot tempus, & in quibus causis concedatur talia beneficia apud ipsos DD. citat. latius videbis. & latè etiam scripsit Reg. Roit. in pragmg. 11. de ordine iudiciorum incipiente, cursu dilationum scripsit etiam Imbrianus de 1. & 2. beneficio.

Veruntamen series huius capituli nō in hoc consistere videtur, sed an fisco etiam probationes omittas ad instar minoris, quod in regno beneficium vocatur, scilicet restitutionis, vt *in Constit. Regni beneficium sub lib. 2. Rub. 39. ibique Andr. & Afil. in princip.* qua propter statuitur terminus petendi restitutionem infra mentem à die publicationis, vt *Imbrianus in suo tract. de 1. & 2. beneficio considerat. 5. num. 2.* quo elapso non amplius restituitur, quæritur an sub illius dispositione etiam fiscus comprehendatur.

16 Et licet non possit tertio appellari tamen limitantur predicta omnia quando nouum grauamen fuit illatum ex vltima sententia quia grauamen de nouo inductum & illatum facit præsumi esse primam sententiam a qua competit per nouum grauamen appellatio. Rota Roman. decis. 529. nu. 4. par. 2. tom. 4. in recollect. per Farinat. Caualc. decis. 15. lib. 1. Piguier. decis. 187. num. 4. Tbesaur. decis. 122. num. 6. vers. in oppositum Barz. dec. 55. n. 8. Marant. in suo speculo par. 6. act. 2. num. 269. & 270. in verbo quando appellatur. Muscatell. in prax. appellat. par. 3. glos. prouocare num. 10. cum seq. Amatus decis. 55. num. 3. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 1. a nu. 40. vsq. 46. Gauagnol. ubi supra ad decretum Moïsi ferat. 4. §. 1. nu. 19. & 20. & decret. 14. q. 1. nu. 5. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. de appellat. resolut. 15. nu. 3. vsq. ad 8. Crauett. conf. 183. num. 4. Surd. conf. 102. nu. 3. & 14. conf. 277. num. 18. & 19. Alex. conf. 77. num. 1. vol. 2. Menoch. conf. 345. num. 43. & conf. 1048. nu. 5. Capb. conf. 209. nu. 12. Castrenf. conf. 163. col. 2. vol. 2. Fontanel. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. part. 4. num. 116. & num. 117. Reg. Carol. de Tapp lib. 2. de iure Reg. Neap. tit. de off. Sacr. Conf. Pragm. 5. num. 16. Gratian. discip. 42. num. 9. speculat. in tit. de appellat. 5. quoties nu. 1. Couar. practic. quest. cap. 25. nu. 6. Capic. decis. 34. nu. 4. late Rota Roman. decis. 100. num. 1. part. 1. diuers.

17 Et nouum grauamen consideratur quando in secunda vel in vltima sententia apponeretur aliqua moderatio, declaratio, vel adiectio, quæ in primis sententiis nunquam fuisset actum, & ideo illa adiectio inducit nouum grauamen. Cancr. variar. resolut. lib. 3. cap. 17. nu. 221. Surd. conf. 102. num. 14. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 17. limit. 1. n. 44. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4. glos. 18. par. 4. num. 117. Rota Roman. in d. decis. 100. sub num. 1. par. 1. diuers.

18 Et quæ diximus non licere tertio prouocare, neque licere tertio reuideri cum reuissio sapiat naturam appellationis, & sit species illius, Giurb. decis. 66. num. 6. & num. 9. Tusch. conclus. 904. num. 33. litt. S. & æquiparatur appellationi, nisi in casibus in quibus reperitur expressa differentia, Capic. decis. 28. sub num. 11. Roland. conf. 94. num. 9. vers. sed premissis lib. 1. Scacc. de appellat. cap. 2. q. 19. remed. 1. nu. 24. in fine fol. 884. & 885. Affl. in proem. conf. q. 10. Peregrin. conf. 79. nu. 3.

lib. 1. Seraphin. decis. 495. num. 1. & 8. Mastrill. decis. 39. num. 9. & decem ponit differentias, Rebuff. in tract. de supplicat. in præfat. num. 84. & seq. tom. 1. fol. mibi 518. sequitur Mobedan. decis. 8. de renunc. alias decis. 63. ubi add. litt. A. Petr. de Greg. Tbolosan. de appellat. lib. 1. cap. 6. num. 11. & seq. & non datur nisi semel, Franch. dec. 193. num. 1. fallit nisi ex magna causa reuissio secunda potest concedi Raudens. dec. 144. Sola ad Constit. Sabaud. de modo supplicandi glos. 2. num. 13. 22. & nu. 25. Giurb. decis. 66. num. 14. Caualc. an. de Bracchio Regio par. 6. fragmen. 122. Gardin. Tusch. conclus. 904. nu. 36. & nu. 37. litt. S. Menoch. de arbit. in addit. quest. 70. num. 48. Menoch. conf. 1044. num. 3. & conf. 1048. nu. 20. tamen si in iudicio reuissionis sententia lata infert nouum grauamen tunc licebit iterum reuideri Caualc. dec. 15. par. 1. Tbesaur. decis. 122. num. 2. in fine & latius decis. 246. Giurb. dicta decis. 66. nu. 10. Couarr. pract. q. cap. 25. nu. 6. quæ quidem reuissio licet Princeps non possit committere reuissionem rei iudicatæ dixit Dec. Guid. Pap. & Rebuff. per Tbesaur. decis. 122. num. 3. nisi de plenitudine potestatis hoc fiat Giurb. decis. 35. num. 2. Mastrill. de magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 392. vol. 1. Gozad. conf. 85. nu. 16. Dec. conf. 198. num. 2. Alex. conf. 77. num. 3. & conf. 94. volum. 2. Bald. in cap. 2. nu. 5. de officio deleg. Ias. in l. iusta nu. 9. in principio ff. de iust. & iur. Cancr. ubi supra var. resolut. lib. 3. cap. 17. sub nu. 321. & cum multi de hac materia scripserunt ne scripta scriptis faciamus ad illos studiosos remitto.

19 Euidenter enim constat appellationem, defensionem esse, & nemini denegari debet, cap. cum speciali §. porro de vot. Franch. decis. 120. num. 5. quæ de re renunciari non potest, cap. cum inter. cap. cum olim de except. Abb. cap. dilect. col. 3. eodem tit. Alberic. de statut. lib. 3. quest. 54. Socc. conf. 195. circa primum, num. 2. vers. confirmatur appellatio, Bursat. conf. 225. num. 139. Franchis. decis. 658.

20 Verum distinguendum, aut renunciatio fit de futura appellatione interponenda post latam sententiam, & tunc renunciatio nullo modo valere potest, quia agitur de futura appellatione, quæ alioquin non potest, nisi per pactum, vt notant DD. in l. 1. C. de pact. dixit Guid. Pap. in tract. de appellat. quest. 118. num. 85. tomo 5. fol. 61. Rebuff. in eod. tract. art. 15. glos. 1. num. 1. & seq. tom. 3. fol. 516 sequitur Scacc. de appellat. quest. 17. limitat. 2. num. 1. Lanfranch. tract. de Arbitr. decis. 7. num. 38. tom. 3. par. 1. fol. 218.


Alberic. tract. de stat. lib. 2. quest. 54. nu. 2 tom. 2. fol. 63. Marant. in suo specul. part. 6. act. 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, limit. 29. num. 341. fol. mibi 508. & si fuisset facta sine pacto, non adhuc traheretur ad renunciacionem de futuro, vt tex. dicta l. 1. C. de pact. sequitur Rebuff. cit. art. 15. glos. 1. num. 4. & seq.

- 21 Appellationi denique post sententiã certã renunciari potest, & renunciata amplius vti ea non potest, l. prima in fine ff. à quibus appell. non licet. sequitur Scacc. de appellat. loco cit. in princip. speculat. in tit. de appellat. §. in quib. num. 13. vers. 9. lib. 2. fol. 185. de renunciacione magis fuse videas Scacc. cit. Vrillus ad Afflic. decis. 91. num. 12. mouetur ex text. l. fin. C. de appella. Appellatio enim communis est, qua de re permissum est appellato prosequi cam licet appellans eam prosequi noluerit post multos scripsit Craueti. conf. 80. nu. 10. sequitur etiam Vrillus in decis. 173. num. 4.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex traditionibus C. de pactis explicatur.
- 2 Dominia rerum acquiruntur traditione, & vsucapione.
- 3 Actio personalis competit ante traditionem.
- 4 Dominus ex traditione rei præfertur Domino habente titulum tantum fallit in Ecclesia, vel pio loco.
- 5 Dominium in pacto de retrovendendo ex sola oblatione transfertur.
- 6 Dominium sine traditione acquiritur in pacto legis commissaria.
- 7 Traditio an requiratur in contractu Principis.
- 8 Princeps habet potestatem transferendi dominium pro libito voluntatis.
- 9 Dominium per leges transfertur absque traditione id procedit in principe cum sit animata lex, & in Ecclesia, & pia causa.
- 10 Traditio nulla requiritur in gratia Principis.
- 11 Traditio an sit necessaria in feudis.
- 12 Inuestitura an sit sufficiens ad denotandam traditionem feudi, cum ipsa non habeat vim traditionis.
- 13 Inuestitura est signum actionis personalis.
- 14 Inuestitura an sit actus acquisitiuus.
- 15 Traditio an requiratur in acquisitione domini iure hypothecæ.
- 16 Dispositioni legis traditionibus C. de pactis an renunciari possit.

CAPVT XLVI.

Dispositioni legis Traditionibus
C. de pactis an renunciari possit.

- 1 Statutum est in iure dominia rerum acquiri sola traditione, & vsucapione, neque enim agere possunt, vt rerum dominia sine traditione acquirantur; ac transferantur, Bar. in l. cum falsa, num. 4. C. de iuris & fact. ignoran. vbi Castrens. num. 4. Glos. in dicta l. traditionibus, & ibi Dec. num. 2. vers. 4. sequitur Ias. in dicta l. num. 5. & in addit. litt. B, idem Dec. in conf. 300. n. 4.
- 2 quandoquidem ante traditionem, solummodo personalem actionem, competere videtur, dixit Alex. in conf. 28. in principio lib. 2. & conf. 22. viso tit. questionis in principio lib. 5. Faciunt ad hanc nostram questionem per belle exarata per D. Flauium Ventrilium insignem I. C. suis Epistole Forens. Epistol. ad D. Equitem D. Scipionem Claromontium Casenatem, vbi, quod rei dominium non intelligatur translatum, nisi integrum pretium fuerit solutum, optime defenditur, ibique secundum prædicta de Decisione testatur idem D. Flauius Ventrilius politioribus quoque literis insignis.
- 3 Imo & in concursu duorum, vnus ex titulo, alter ex traditione, indubitatum est illum præferri, qui iure traditionis rem acquisiuerit, quia ex titulo nullum dominium acquiritur, DD. in l. quoties C. de rei vindicat. sequitur Ias. in dicta l. traditionibus soli ecclesie hoc concessum fuit, quod sine traditione dominium transferatur, & ex solo contractu tantum doctissimus Giurba decis. 97. num. 20. imo etiam si fuerit postea res alteri ecclesie tradita, vel pio loco vendita adhuc prima ecclesia habebit cum a principio fuit dominium translatum absq. traditione, & sic fallit illa regula tex. in l. traditionibus C. de pact. vt optime explicat Ioannes Andr. & quasi omnes canoniste in cap. continebatur de his que sunt a prelat. absq. consens. cap. Bald. in auth. quas actiones C. de sacros. Eccles. glos. in l. siue autem §. si duobus & ibi Bald. & Angel. ff. de public. in rem act. omnes DD. in l. quoties C. de rei vendic. Bursat. conf. 55. num. 30. Capra conf. 33. dub.

dub. 2. Surdus decis. 25. num. 18. Menocch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. num. 29. Tiraquell. in tract. de priuileg. pia caus. priuileg. 107:

- 5 In pacto autem de retrouendendo, dominium ex sola oblatione transferatur: *Anan. in cap. conuassus, de usuris, l. cum venderet. ff. de pignorat. action. Angel. conf. 335. quæ omnia limitantur etiam in pacto legis commissoria, vt dominium sine traditione acquiratur, notat Bar. in l. 1. in fine, ff. de donat. l. si hominem, ff. de usucapion. sequitur Dec. in conf. 300. num. 4. in fine.*
- 7 Idem talis regula non procedit in principe contrahente, cū est in acquisitione domini non vitiat contractum, si nõ sequatur traditio, cū speciale id in principe practiceretur, *Bald. in cap. 1. de noua forma fidelit. Franc. decis. 23. sub num. 11. Mastrill. decis. 114 sub. num. 28. Et 29. subdens post Ann. Frecc. Petrum de Gregor. quos allegat ita limitari tex. in d. l. tradit. Angel. in h. officium in fine ff. de rei vendic. Bal. Novelh. in cap. licet causam col. 18. de probat. Ioann. Andr. in cap. olim de verbor. signific. item*
- 3 princeps habet potestatem transferendi dominium pro libito voluntatis, pro vt dixit *Bal. in praludijs feudorū col. 19. idem etiam tenet, & sequitur Ifern. in cap. 2. de no. ser. fide, ibi eo ipso quod princeps donat absq; vlla traditione, ius, & dominiū rei transfertur, cap. inter dilectos de fid. instrum. Iason. in l. quoties vers. quid tenendū C. de rei vend. l. si ff. de consi. princ. l. 1. ff. de donat. cap. cum dilecti de donat. cap. 1. de cap. corr. cap. si vassallus si de feud. fuer. controu. Andr. & Bald. in praludijs feud. Roman. conf. 30. Castrensi. conf. 105. Des. consi. 494. col. 7. & conf. 588. Gramat. decis. 66. Loffred. in proemio feud. col. 2. Fac. de Sanct. Georg. in l. traditionibus C. de pact. Roman. conf. 298. Marin. Frecc. de subfeud. lib. 7. fol. 138. nu. 68. Ias. conf. 145. lib. 2. Roman. conf. 342. num. 14. Soc. sen. conf. 273. num. 9. & 164. num. 7. lib. 2. Fuzos. conf. 20. Crauett. conf. 241. sub num. 20. & conf. 276. num. 7 Parisi. conf. 101. lib. 1. Ias. conf. 1. num. 5. lib. 1. Decian. conf. 25. num. 49. lib. 1. Affl. dec. 282. Alex. conf. 190. lib. 2. num. 13. Rom. conf. 3. num. 10.*
- 9 Attamen quicquid sit de hoc semper pro maiori cautela in Principis contractu necesse est, vt interueniat traditio ad acquirendum rei dominium, quoniam, vt supra dictum est in cap. 40. quod Princeps contrahens, vt priuata persona contrahere videtur, & vtitur iure communi vt loquitur *tex. in l. bene à Zenone C. de quadrien. prescript. l. princeps. ff. de legib.*

Bal. in l. 1. in princip. C. de constit. princip. lato Castill. de tertis debitis cap. 18. nu. 2. Amaia in l. 1. & 2. C. ne fisc. rem quam vend. suine. lib. 10. num. 11. latissime Vasquez Menchac. lib. 1. controu. illustr. cap. 3. per totum.

- 10 Quæ omnia cessare videntur in gratia & priuilegio à Principe concessio, quoniam in tali casu nulla traditio requiritur, vt dixit *Ias. in dicta l. traditionibus, num. 6. in fine cap. tibi absentis de prebend. in 6.*
- 11 In feudis autem diuersimode practicatur, cum in omni gratia feudorum necessaria videtur traditio, ad finem obtinendi dominium *cap. cum dilecti de donat. l. si. ff. de constit. Princip. sequitur Ias. 12 cit. num. 7. Nec inuestitura est sufficiens ad denotandam traditionem feudi cum ipsa non habeat vim traditionis, dixit Abb. in cap. Auctoritate col. 2. extra de instit. scripsit Curt. iun. in conf. 177. num. 1. ibi in-*
- 13 uestituram non resultare probationem domini, nec possessionis, nulla sequuta traditione, cum inuestitura sit signum actionis personalis; prout *Bal. in dicta l. traditionibus col. 1. vers. per inuestituram autem; Bal. in Rub. C. de contrahen. empt. & est glos. communiter approbata in cap. auctoritate, in verbo institutatur extra de instit. & per hoc ideo dixit consuet. Parisi. in §. 1. glos. 3. num. 22. & §. 7. num. 22. quod inue-*
- 14 stitura sit actus acquisitiuus, de prima solum proprie dicit, de sequentibus vero conseruatiuus, prout *Alex. ad l. 3. col. 3. ff. de acquir. possess. Dec. conf. 191. Gregor. Natt. in conf. 198. num. 17. In acquisitione*
- 15 enim domini iure hypothecæ traditio non requiritur, *l. 1. ff. de pignorat. action. & Ias. ibidem.*
- 16 Denique dictæ legis traditionibus renunciare non possunt partes, etiam si quibuscumque verbis vtantur, vt per *Alciat. respons. 84. num. 5. tomo 3. lib. 8. per totum in l. non solutim ff. de pecul. glos. in dicta l.*

S V M M A R I V M.

- 1 Exceptio rei non tradita quando competat.
- 2 Exceptio rei non tradita competit emptori.
- 3 Exceptio rei non tradita admittitur etiam statutum excludentem omnes exceptiones.
- 4 Exceptio rei non tradita admittitur etiam contra instrumentum.
- 5 Exceptio rei non tradita admittitur etiam in executione sententia.
- 6 Exceptio rei non tradita potest opponi in condemnatione solutionis prætiii.
- 7 Exceptio rei non tradita habet eandem naturam

- ac exceptio adimplementi non sequenti & prætii non soluti.
- 8 Exceptio rei non tradita, & prætii non soluti potest opponi post sententiam & etiam impetrat litis ingressum.
 - 9 Exceptio rei non tradita & prætii non soluti habent ortum ex ipso instrumento, ex quo nascitur actio.
 - 10 Exceptio rei non tradita & prætii non soluti est privilegiata sicuti est ipsa actio.
 - 11 Iudex ex officio parte non opponente supplere pro reo circa exceptionem rei non tradita & prætii non soluti.
 - 12 Confessio de receptione prætii per bancum si non constat de solutione an possit agere ad census.
 - 13 Prærium est causa principalis & finalis observationis contractus.
 - 14 Opponens exceptionem rei non tradita & prætii non soluti, eam probare non tenetur.
 - 15 Exceptio rei non tradita an renunciari possit,

C A P U T XLVII.

Exceptioni Rei non tradita an Renunciari possit.

- 1 **S**emper quod quis rem tradere tenetur, & non tradidit, vel partem tantummodo emptori talis exceptio competit dicitur text. in l. Julianus, §. & venditio, & tex. in l. prima in princip. in vers. & in primis, §. exempto, l. emptorem, §. penult. ff. de Act. empt. & quod emptori competat in specie tex. in l. qui pendentem ff. de Action. empt. l. dilectus, §. sed sunt, ff. de adelit. edit. l. ex iis prædijs, C. de euiet. dicit Alex. conf. 27. in princip. lib. 1. Cuius exceptionis, expositio admittitur etiam contra statutum excludentem omnes exceptiones, Franch. decis. 623. nu. 1. Osasc. decis. 50. nu. 19. & 20. Giurba decis. 60. nu. 10. Cartar. decis. 3. nu. 1. & decis. 82. nu. 2. Muta decis. 73. nu. 19. Afflict. decis. 403. nu. 17. Barz. decis. 36. nu. 20. Natt. conf. 289. nu. 3. Mascard. de probat. conclus. 8. nu. 18. Carcer. lib. 1. var. resol. c. 18. de except. num. 23. Giurb. decis. 100. nu. 27. Mangon. decis. Lucens. 11. nu. 3. Ioseph. Ludovic. decis. eiusdem rota Lucens. 50. n. 1. Cornazz. in Rota Lucana decis. 168. nu. 4. Brun. a Sole in compend. resol. iur. verbo exceptio implem. quod statutum practicatur in Regno Neapolitano, pro ut est illud, quod
- 4 contra instrumentum nullas exceptiones

- opponi possit, ut per Ritum M. Cur. V. in hoc autem statuto non comprehenditur talis exceptio, Alex. in conf. 95. nu. 2. & conf. 119. nu. 2. vol. 1. per tex. in dicta l. ex iis prædijs, Fontanell. de pact. nupt. par. 1. glos. 10. claus. 4. nu. 39. testatur Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 411. nu. 1. sequitur Carol. de Crass. de except. except. 13. n. 8. Dec. conf. 119. nu. 1. Matth. Coler. de process. execut. par. 4. cap. 1. nu. 78. Mangil. de euiet. quest. 103. nu. 43. sequitur Cyn. & Bal. in dicta l. ex iis prædijs C. de euiet. sequitur Corn. conf. 40. nu. 7. vol. 4. Roland. a Vall. conf. 53. nu. 32. volum. 1. nu. 3. Aym. Crauet. conf. 151. nu. 10. Roman. conf. 244. nu. 5. Giurb. decis. 100. nu. 22. Mangon. decis. Lucens. 11. nu. 3.
- 5 Admittitur enim talis exceptio etiam in sententia executione Philip. Dec. cit. in conf. 119. Paul. de Castr. in conf. 143. lib. 2. Cap. cum Ioannes, & ibi late Felin. col. 21. de fide instrum. & ipsa etiam opponi potest in condemnatione solutionis prærij, prout Gregor. Natt. in conf. 360. nu. 7. Fabian. de Monte quest. 8. nu. 42.
 - 7 Habet eandem naturam talis exceptio, ac exceptio implem. non sequenti, & prærij non soluti, late Alex. in tract. inq. variar. resol. tit. de except. resolut. l. num. 11. lib. 2. Blanc. de compromiss. quest. 4. nu. 53. & potest opponi Franc. Cald. Peryrain. Analitic. comentar. cap. 13. nu. 27.
 - 8 & executione illius sententia impedit Roland. a Vall. conf. 1. nu. 29. lib. 1. Nicol. Caluol. in prax. §. exceptionis contra libell. conclus. 1. nu. 66. Fontanella de pact. nupt. clausula 4. glos. 10. par. 1. nu. 4. & impedit litis ingressum Aldouin. conf. 19. nu. 14. & num. 42. DD. in l. 1. C. de iuris & fact. ingno. Mari. Anguiss. conf. 77. nu. 4 & conf. 142. nu. 1. & conf. 144. nu. 8. & conf. 352. nu. 2. Binius conf. 216. nu. 3. Frecc. in suo tract. de presentat. instrum. par. 7. quest. 1. nu. 2.
 - 9 dicit istam exceptionem habere ortum ex eodem instrumento, ex quo nascitur actio, Bal. in l. peremptorias, nu. 10. C. sent. 10. rescin. Io. Aloys. de Septimo in tract. de cens. num. 76. imo est privilegiata, sicut ipsa actio Alex. conf. 95. & conf. 119. vol. 1. & conf. 20. nu. 27. vol. 7. Frecc. ubi supra num. 2. &
 - 11 poterit iudex ex officio, parte non opponente, supplere pro Reo, Roman. conf. 42. nu. 4. & conf. 76. nu. 8. Barnaba Cornazzan. dec. Lucana 160. nu. 10. Amic. conf. 112. Cardinal. Tusc. in litt. l. Conclus. 395. nu. 13. Mascard. in tract. de probat. conclus. 1387. nu. 2. Deci. conf. 441. nu. 7. Ias. conf. 9. nu. 13. volum. 1. Crauet. conf. 151. nu. 10. Virgin. Bouat. in pract. de interd. uti possidet cap. 21. nu. 28. Turrett. conf.

conf. 91. num. 30. lib. 1. Mangon. decis. 61. nu. 2. Ioseph Ludouic. in suis conclus. tit. de probat. conclus. unica illat. 94. ampliati. 2.

12 Ampliando prædicta, quod etiam si confiteatur per instrumentum habuisse prætium per medium Banci, & non constat de solutione, non potest agere ad census, latè Gratian. discept. forens. cap. 325. nu. 20. Gramat. decis. 59. num. 16. Milan. decis. 13. lib. 2. Mascard. de probat. conclus. 385. Nam prætium est causa principalis, & finalis obseruationis contractus, Surd. conf. 16. num. 15. lib. 1. Franc. Monald. conf. 93. nu. 5. & Becc. conf. 45. num. 30. Socc. sen. conf. 26. num. 6. lib. 3. Fontanell. de pact. nupt. par. 1. glof. 9. num. 28. Ioseph Gonzal. variar. quest. cap. 33. num. 6. Muta super. ritu cap. 101. num. 69. Lanar. conf. 36. nu. 9. vbi late disputat hunc articulum, dicendo esse de substantia contractus si causa sperata nunquam fuit deducta in esse, cum non fuit adimpleta, Intrigl. conf. 27. num. 16. Nat. conf. 219. num. 5. & conf. 171. num. 1. Mangon. decis. Lucens. 17. num. 11. Mart. voto 43. num. 5. Fabian. de Morte in tract. de empt. & vendit. in 5. quest. princip. num. 33. & 37. Giurb. decis. 36. num. 7. Roland. à Vall. conf. 75. num. 6. lib. 2. Dec. conf. 458. num. 5. Ioann. Griuell. decis. Dolan. 56. num. 9. Alex. conf. 86. num. 6. lib. 6. Flam. de Rubeis conf. 30. num. 77. lib. 1. Marius Giurb. decis. 79. num. 11. & 25. & decis. 108. nu. 22. Iacob. Gall. conf. 43. num. 15. Honded. conf. 73. num. 16. & conf. 108. num. 43. Surd. conf. 460. num. 47. & conf. 556. num. 15. Ceph. conf. 150. num. 42. lib. 2. Farin. decis. Rota Rom. 341. & opponens exceptionem

14 rei non tradite, vel præti non soluti, eâ probare non tenetur, l. Iulianus §. offerri. ff. de act. empt. Sacc. sen. conf. 273. num. 2. lib. 2. Gozad. conf. 94. num. 45. Antonius Rubeis conf. 30. num. 4. Menoch. conf. 1. nu. 362. lib. 1. Garger. patroc. 36. num. 6. Roland. conf. 69. num. 9. lib. 4. Rimin. iun. conf. 52. lib. 1. nu. 11. Turet. conf. 60. num. 14. & conf. 74. num. 29. lib. 1. Ioan. Bapt. conf. 9. nu. 6. Neuzan. conf. 50. num. 6. Paris. conf. 33. num. 57. lib. 1. Corneus conf. 106. num. 5. volum. 1. Natta conf. 226. num. 2. Becc. conf. 45. num. 18. Surd. conf. 53. num. 28. sed Actor probare tenetur, quod tradidit, latè Alex. conf. 127. num. 6. lib. 5. Mangon. decis. 11. num. 9. & 10. Corn. conf. 181. num. 17. lib. 2. Socc. sen. conf. 15. nu. 7. lib. 4. l. Actor vbi Salicet. num. 6. C. de probat.

15 Renunciatio autem huius exceptionis operabit in vim confessionis, quæ nocebit nisi renuncians confitensque manifestè ostenderit rem minimè traditam fuisse, Fulgos. conf. 192. col. 2. vers. nam

non aliter, Grat. conf. 84. num. 5. vol. 1. Vrsil. ad Afflic. decis. 283. nu. 4. Menoch. conf. 212. num. 28. lib. 3. Galefat. conf. 87. num. 7. lib. 2. Turet. conf. 64. nu. 35. lib. 2. Becc. conf. 108. num. 10. Anch. Regiens. in quest. famil. lib. 1. q. 2. nu. 16. Cornaz. decis. 168. num. 13. Anna sing. 439. Alb. conf. 66. num. 2. Surd. conf. 267. num. 5. & conf. 408. num. 28. quapropter nulla extante renunciatione venditori incumbit onus probandi traditionem, DD. supra citati.


S V M M A R I V M.

- 1 Sexus prærogatiua consideratur in feudis.
- 2 Masculi succedunt in feudis exclusis foeminis.
- 3 Ius constitutionis constituit prælationem in feudis.
- 4 Ius primogeniturae apud plures nationes prædicatur.
- 5 Ius primogeniturae apud Hyspanos habetur sub nomine maioratus.
- 6 Ius primogeniturae apud francos appellatur ius francorum.
- 7 Primogenitus succedit in feudis exclusis secundogenitis.
- 8 Ius primogeniturae non a patre constitutum est filio sed a Deo, & fortuna.
- 9 Ius primogeniturae non est ius hereditarium.
- 10 Ius primogeniturae est introductum ex consuetudine nec consuetudo operari potest in contrarium.
- 11 Consuetudo non potest tollere ius primogeniturae.
- 12 Ius primogeniturae potius fauorabilis quam inodiosa iudicatur.
- 13 Ius primogeniturae fuit introductum ex causa publica utilitatis.
- 14 Regnum melius regitur per unum, quam per plures.
- 15 Quod commune est spernitur.
- 16 Diuisio operatur diminutionem honorum.
- 17 Conservatio familiae interest reipublicae.
- 18 Honor regis per subditorum dignitatem augeatur.
- 19 Conservatio domorum, & familiarum est introducta à iure diuino.
- 20 Ius primogeniturae cunct dignitatem, & prærogatiuam.
- 21 Ius primogeniturae an extendatur ad feminas.
- 22 Ius primogeniturae in regno duplex assignatur.
- 23 Exclusio lineae semper durat donec adest unus de linea.
- 24 Linea primogeniti durat in infinitum.
- 25 Nepos an excludat patrum in feudo diuisibili, & indiuisibili.
- 26 Subingressio representat personam in qua subingressitur.
- 27 Ius primogeniturae an sit transmissibile.

- 28 Primogenitus excludit secundogenitum.
29 Iuri primogenitura an renunciari possit, & quomodo.

CAPVT XLVIII.

Iuri Primogenitura an Renunciari possit.

- 1  Nte Regni Constitutiones, & secundum antiquas leges in feudis nulla ætatis differentia attendebatur, sed solum sexus prædominabat, quia ad feudi successiones solum masculi aspirabant exclusis penitus feminis cap. 1. de naturali successione feud. Oltrad. conf. 224. nu. 12. vers. constat enim conf. 94. num. 11. vers. sed siue dicatur Cardia. Tusc. in lit. P. conclus. 651. n. 1.
- 3 Successit deinde constitutionis ius quod prælationem filiis ad feudi successiones constituit, & ex quo feuda fuerunt per ius Francorum indiuidua effecta promelius, ac congruentius illa ad vnum debuisse spectare censuit; & per consequens ad primogenitum non quidem,
- 4 vt nouum induceretur ius, cum per plures nationes tale practicabatur, vt in Regno Vngariæ cap. licet extra de voto in Regno Lusitanæ cap. grandi de supplem. neglig. Prælat. in 6. apud nostros Hispanos pro generale habetur non quidem
- 5 sub nomine primogenituræ, sed sub nomine maioratus, vt latè testatur Moli. de Hispan. primog. Ioan. Licier. in tract. de primogen. Tiraquell. de iure primogenituræ apud Siculos pro specialissimo habetur ius Francorum appellatur iuxta constitutionem, vt de successione tit. de success. nobi. in feud. & quatenus Franci generaliter vtuntur eo francorum ius appellatur cap. si aliquem, vbi Cannel. in vers. Francorum fol. 297. de success. feudi Cumia in d. cap. si aliquem in præludijs num. 29. Capius in inuolutura feud. vers. feudorum genera vers. iure francorum Franc. Intrigliel. cent. 1. quaest. 7. Marin. Freccia de subfeudis lib. 3. tit. de different. feudorum regal. Petrus Gregor. de concess. feudi part. 4. quaest. 2. in princ. Iacob. de Beluis. in proemio feudorum, Isernia in l. imperialem, §. præterea ducatus 3. colum. de probib. feud. alienet. per Federic. Thomas Minadoes in constitut. in aliquibus in proemio num. 25. & 26. & ad feudorum

7 successiones solum ipse primogenitus, succedit exclusis secundis, vt idem Isernia in §. hoc quoque & in cap. omnes filii de success. feudi, Reg. Salernitanus in allegat. impress. in suis decis. allegat. 3. num. 18. eruditissimè exornauit hanc doctrinam Dominus Meus Donatus Anton. de Marinis in suo libro quotidianarum resolutionum cap. 250. num. 3. lib. 2.

8 Talis autem primogenitura, non quidem à patre in filio constituta videtur: Sed à Deo, & fortuna transmissa Bald. in l. in quibus C. de secundis nuptijs, Afflictus de feudis lib. 1. fol. 103. num. 10. de success. feud. probat etiam Oldradus citatus d. conf. 224. num. 35. vers. etiam primo iure diuino, ita tamen, quod ortus primus, & posterior legem prælationis, ac primogenituræ inter fratres constituit, & non titulo successione, non transmissionis, sed solum ex priuilegio à lege emanato. in ipso ortu acquiritur eleganter explicauit Abbas in conf. 85. part. 1. sequitur Paulus de Castro in conf. 164. vol. 2. col. 6. vbi dixit esse acquisitum vix. filio nato per legem, & quod sit ius in habitu, & in spe, suspensum in actu tamen vsque ad patris mortem Andreas de Isern. in cap. præterea si Vassallus qua sit prima causa beneficii amittend. post n. r. vers. præterea, & proinde sequitur dicendum tale ius. primogenituræ non esse ius hæreditarium, sed ius filio acquisitum vigore statuti constitutionis vel consuetudinis.

- 10 Introductum enim ex consuetudine, nec in contrarium ea operare suos effectus potuisset contra tale ius primogenituræ cum valeat consuetudo ad introducendam ipsam primogenituram rãquam introductam per honores familiarium ac primogenituræ, l. si augetur §. sed impuberi ff. de adoptionibus Baldus conf. 360. num. 2. vol. 2. non valet inquam contra ipsam primogenituram consuetudo, nec ex ipsa consuetudine tolli potest tale ius etiam ex parentum dispositione cum primogenitum parentes in illa primogenitura præiudicare nõ possint, nec tacitè nec expressè, prout optimè Alex. conf. 87. nu. 3. & 4. vol. 6. Canonist. communiter in cap. licet de voto & in cap. officij de testament. cap. requisisti eodem tit. DD. in §. ceterum Auth. vt cum de appellat. cognosc. in puncto decidit Oldradus de Ponte conf. 94. incip. eleganter sub num. 7. in fine, ex quo fauorabilis talis primogenitura consideratur quam odiosa cum ab omnibus iuribus obseruata fuit, prout testatur Dominus meus Reg. Marchio Torsell.

- rell. Capicius Latro in suis consultat. consultat. 3. num. 48.*
- 13 Finis vero inducendi tale ius primogenituræ fuit publica utilitas, *Glof. in cap. licet in fine de voto, Bald. Affl. in cap. imperialem §. prateres Ducatus de prohib. feud. alien. per Feder. & ibi Camerar. cart. 99. litt. A. & cart. 102. litt. G. Precc. de orig. feud. 92. Reg. de Ponto de assens. super dote §. 2 num. 12. qui considerauit posse melius per vnum Regi subditos, quam per plures, Alex. conf. 12. num. 3. lib. 5. Oldradus citatus num. 7. doctissime considerauit etiam Reg. Capicius Latro in suis consultat. consultat. 3. num. 50. cum monstruosum esset in vno corpore duo capita reperiri Ancharan. conf. 339. nu. 3. & 4. & seq. quoniam si duo. Vnus ad alterius destructionem anhelaret Anchar. d. nu. 4. Scacc. in tract. de re iudic. glof. 1. quæst. 1. nu. 148. cum seq. & Ieremia Prophet. 12. num. 10. pastores multi demoliti sunt vineam meam, S. Thom. in 20. opus. de reg. princ. lect. 1. cap. 2. Bar. tract. de regimin. ciuit. num. 8.*
- 15 Imo quod commune esse negligetur, & si diuideretur illico diminutio, & annihilatio haberetur, & domus licet
- 16 quantumcumque facultatibus dicata fuerit ad nihilum redderetur, *Ancharanus citatus num. 5. & sequenti, cum de effectu diuisionis sit dignitatem memoriamque familiarum ac vniuersa patriamonia corrumpere, Socc. conf. 47. num. 5. Hostiens. in d. cap. licet de voto, Molin. de primogenit. cap. 11. n. 4. ad quod facit etiã dictum Euangelij Matthæi 12. & Luca 11. ibi omne Regnum diuisum desolabitur Cum. de success. feud. in verbo primogenituram num. 5. 6. & 7. Bammac. de feud. cap. omnes filij num. 14. si de feud. defunc. & c. Ex quo de facili succederet paupertas, quæ est iuxta causa prolaborationis familiarum cū per diuitias illæ conseruentur Alex. conf. 52. num. 3. lib. 4. attestando ad hoc dictū Diui Agustini in lib. de Ciuitate Dei, Cesar. Barz. decis. 6. num. 35. Decianus respons. 1. num. 290. Surdus conf. 450. num. 50.*
- 17 Cuius familiarum conseruatio Reipublice interest, quoniam per illas Monarchiæ conseruantur docuit *Iur. Consult. in l. 1. §. sed si seruus ff. de ventre inspiciend. ex illis verbis, Reipublice enim interest vt ordinum dignitas familiarumque salua sit, explicat Decian conf. 33. num. 21. & conf. 1. nu. 189. & 290. lib. 1. Lara in l. si quis à liberis §. idem rescripsit num. 155. & seq. ff. de liber. agnoscent. Molina de primogenijs cap. 18. in princ. ab illustribus, & præcipuis familijs Monarchiæ firmamentū, ac robur recipit scripsit Ananeus Robertus lib. 2. rerum iudicatarum cap. 4. confirmatur à Paulo Iure Consulto in l. cum Ratio, vers. sed & Diuus ff. de portio. alias in l. 7. ff. de bonis damnatorum, vbi docet ampliari imperium hominum adiectione potius quam pecuniarum copia ex quo dixit Bald. in cap. intellectu de iureiurando, vers. prateres. ibi honor Regis per subditorum dignitatem augetur, & fit status magis potens magis honorabilis, & magis timendus, quem sequitur Romanus lib. 4. de Reipublic. gentilit. cap. 13. Cassan. in Catalogo Glori. Mund. part. 5. considerat. 15. & 19. & lege sancitum est in Regnis Hispaniarum ad Regiam obligationem, spectare, vt modis omnibus studeatur, ne Illustrium personarum domus diminuatur, imo augeantur, vt in l. 7. tit. 7. lib. 5. emanata in tempore Inuictissimi Caroli V. in Comitijs celebratis Madritia de anno 1534. vt Mattien. glof. 3. & 4. post Symancam de primogenijs lib. 1. cap. 29. Molina citatus in cap. 18. nu. 1. in fine & lib. 2. cap. 1. num. 3.*
- 19 Quæ domorum conseruatio, ac familiarum manutentio non solum ciuili, ac publico iure introducta, sed etiam à iure diuino cognita, ac approbata reperitur testatur *Leuit. cap. 25. vbi ordinabatur, quod vnusquisque homo ad suam possessionem, & ad suam pristinam familiam reuerteretur, quod explicando Episcopus Tostat. in quæst. 12. fol. 292. col. 3. vers. ista tum certitudo, inquit modus conseruandi certitudinem progenium nunc etiam est apud alias gentes non inquam vniuersaliter, sed in illis qui sūt de magno genere text. enim absolute dixit magnum genus aliud non importare nisi familiarum illustrium conseruatio, ita etiam considerauit idem Episcopus Tostat. in comment. in lib. iudic. cap. fin. num. 17. per illis verbis magna nobis cura ingentiq; studio prouidendum est, ne vna tribus deleatur Israel subdit. n. explicando verba ista in q. 32 f. 225. col. 1. & 2. toto ingenio, & sollicitudine conandum est, ad aliquem modum inueniendum per quem prouideatur ne vna tribus deleatur Israel. 5. vt non magnam patiantur diminutionem quam sacræ Scripturæ sententiam nostri Interpretes ampliant respectu Illustrium Domorum, ac personarum ita legit Lucas de Penna in l. quicumque 7. C. de omni agro deserto lib. 11. sub nu. 13. in medio incipiente (ne aliqua domus Israel) considerauit etiam Roland. à Valle conf. 1. nu. 122. lib. 2.*
- 20 Tale autem ius primogenituræ, ex quo dignitatem continere videtur, ac

prærogatiuam, ut dixit *Parif. conf. 72. nu. 70. vol. 4.* ex doctrina textus in *l. cum antiquioribus num. 11. C. de iure delib. & ibi Bald.* prout etiam in *l. ex hoc iure col. 2. in fine ff. de iustitia & iure, sequitur Molina citatus in cap. 13. num. 1. Guliel. de Benedic. in cap. Rainupt. verbo in eodem testamento relinquens el primo num. 155. Agostin. Barbosa in cap. cum olim col. 6. de consuetud. Licier de primog. lib. 1. quæst. 1. nu. 1. & quæst. 16. num. 5. dixit etiam Antonius Gomez. in l. 4. Taur. num. 1. Tiraquell. in tract. de iure primogen. quæst. 34. nu. 37. in fine, Mantua. in conf. 112. de Ponte in conf. supra citato, nō
 21 ad fēmas extendi, nec in illo iure succedere videntur secundum *Parifis opinionem in conf. citato 72. nu. 72.* quæ *Parifis* opinio non refragatur opinioni *Tiraquell. in d. quæst. num. 19.* vbi pro absoluto tenet filias fēmas succedi in iure primogenituræ quando nulli exent masculi, & illæ successionem omninō obtinebūt, quoniam vt voluit idem *Tiraquell.* succedere fēmas, non quidem officiali authoritate, sed naturali ratione, ac dignitate, quam rationem considerauit etiam *Bald. in l. in multis in princ. ff. de stat. hom. sequitur etiam Decius in l. femina, quæ est secunda in 4. quæst. de regulis iuris in 6. Lupus in rept. Rubric. de donation. inter virum cart. 44. vers. lex etiam Regni de Benedic. in cap. Raynupt. in verbo in eodem testamento relinquens lib. 1. num. 173. de testam. In hoc quidem intelligenda est opinio *Parifis* citati sequuto à *Ioseph. Cunia in cap. si aliquem in verb. & primogenitura nu. 2. de success. feud. & primogenit. qui benè se explicat in nu. 4. per totum,* quod semper intelligenda est opinio *Parif.* in casu quando adsunt masculi, licet dicat non succedere ex eo, quod ipsa primogenitura sit dignitas in qua nunquam fēminæ succedunt; nihilominus ex consuetudine succedere dixit *Afflic. in constitutio. in aliquibus in nu. 2. tit. de success. comitum, & Baron. lib. 3. Rubr. 23.*
 22 Proinde, vt omnis penitus tollatur difficultas aduertendum est: in Regno duplicem assignari ius primogenituræ, & ius quod à parentibus constituitur, & appellatur maioratus, quod nomen maioratus ad solos hispanos in vsu est, pro vt *Abb. in conf. 3. lib. 2. & conf. 85. num. 3. lib. 1. Ioan. Licier. in d. tract. lib. 1. quæst. 2. in princ. Oldradus de Ponte conf. 96. alias 94. Parif. in d. conf. 72. num. 80. Molin. de primogenijs lib. 1. num. 2. Tiraquell. citatus nu. 14 quæst. 1. Gregor. Lopez in l. 2. tit. 15. part. 2. in glosa in verbo mayoria Cardinal. Tuscus in lit. P. conf. 651. num. 9. Paul. de Cast. conf.***

164. lib. 2. & non solum apud Hispanos nostros in vsu receptum est tale nomen maioratus, sed etiam apud eques Neapolitanos practicatur, qui quidem maioratus ad instar fideicommissi esse videtur cum à parentibus constituitur in quorum electione est ad eorum successiones vocare, quos velint, in quo iure maioratus inuiolabiliter verba illius attendenda sunt, & secundum disposita regulanda est successio iuxta textum *l. peto §. fratre ff. de legat. 2. & l. cum ita legatur §. in fideicommissio ff. eodem,* non quidem vt vere, ac reale fideicommissum cum in multis differant, prout testatur & refert *Molina* citatus, attamen ordinariè in eius iudicatione proceditur cum dispositione legum de fideicommissis loquentibus, prout Hispani communiter teste *Molina* citato sequitur, & testatur *Peral. in l. 3. §. qui fideicommissum num. 91. ad fin. ff. de hered. instit. Couar. variarum resolut. cap. 55. nu. 14. lib. 1. sequitur Simancas de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 28. Ant. Padilla in Rub. C. de fideicommiss. nu. 7. Palat. Ruu. in rept. cap. per vestras de donat. inter vir. & vxor. §. 44. num. 3. 4. & 5. Sarmient. lib. 3. select. cap. 4. num. 5. in fine Burgos de pace in proem. legum Thauri nu. 71. Et in hoc iure primogenituræ siue maioratus non difficultatur fēmas succedere quando ex cōstitutione suorum parentum vocatæ sint, non solum de per se, sed etiam representatiuo modo v. 3. si primogenitus decederet vna filia relicta succedit, secundogenitum excludendo, prout *Petr. à Bellapert. in l. pater §. quindecim ff. de legat. 3. Cardinal. Alex. in c. 1. vers. hoc probatur in tit. de feud. Marc. Andr. de Ifernina in cap. 1. tit. de eo qui sibi & suis hered. mouentur per tex. in c. 1. natura success. de feud.**

Pro absoluto, hanc opinionem tenuit *Napodanus in consuetud. si moriatur, vers. idem etiam num. 110. tit. de successione ab intestato,* in quo latissimè addentes rationem fundamentalem assignando, quia filia admittitur ad successionem induendo, se personam sui patris, cuius locū ingreditur, & omnia iura gradui coherentia, quæ parentibus si vixissent cōpetebant, late de Pont. in tit. de potest. Proreg. tit. 9. de success. *Mulier à num. 37.* vsque ad finem sequitur etiam *Caputus in rept. consuetud. si moriatur part. 3. §. 3. num. 6.* & adeo hæc opinio vera est, quod maior sit secundogenitus adhuc excluditur, vt *Napodan. citatus, & ibi addentes,* vt ex litteris Regis, & Reginæ approbatis per Regem Robertum etiam viuente auo,
 ita

ita fuit obseruatum in personam Leonardii Stranframundo aui inter eius secundogenitum, & nepotem ex Ioanne primogenito dicti Leonardii de Stanframundo referente Bartolomeo de Capua anno 1327. die 11. Februarij, & alias videbis decisiones apud addentes ad ipsum Napodanum, scripsit etiam *Minadoes in repet. constitutionis in aliquibus notat. 3. nu. 84. & sequenti, Montanus in cap. Imperiali §. praterea Ducatus nu. 122.*

Nec huic opinioni obstare videntur ea quæ dixit *Math. de Aff. in lib. 2. de feud. tit. de eo qui sibi & heredibus suis num. 9.* quod si bene consideretur pactum appositum in inuestitura quod femina succedat, masculis deficientibus, non haberet locum filia primogeniti ad successionem, excluso secundogenito, attamen contrariam opinionem tenet in fine *d. nu. 9.* quod succedat filia femina excluso secundo genito, per ea quæ dixit *Napodanus in consuetudine si Moriatur in verbo Masculis Mantica in tract. de coniectur. ult. volunt. lib. 4. tit. 6. num. 5. Vincent de Ann. allegat. 138.* licet sit casus diuersus nihilominus de filia loquitur in maioratu pro Marchionissa Mondezeres Regni Viceregina per totam secundum quam opinionem decisum testatur *Grammat. decis. 1. num. 28.* & non solum pro ista filia primogeniti **concludunt** **23 DD.** sed pro tota linea semper donec adsit vnus de ipsa linea durat exclusio secundæ lineæ de *Ponte de succes feud. l. 1. §. 12. in fine Anna filius in cons. 125. nu. 4.* & etiam in linea collateralis filium secundo geniti excludere tertium genitum in feudo iuris francorum *Io. Francisc. de Ponte in cons. 10. num. 1.* & defenditur ratione subingressionis in illa linea in qua conceditur etiam si femina esset, vt late scripsit *Minad. citat. in d. notat. 3. nu. 19.* in puncto latissimè ac satis doctè hanc quæstionem triturravit Reg. Galeota meritissimus Dux Regiæ in *controuers. iuris lib. 1. controuers. 48. per totam, & in* **24 puncto num. 4.** ibi quod linea primogeniti successiue & in infinitum vocata censetur ad exclusionem secundo geniti attestando DD. supra citatos.

Quæ omnia semper in sui viridi obseruantia manent donec aliter dispositum non fuerit per constituentes maiorum cum omnino illa verba attendenda sint, vt idem Reg. Galeota citatus.

Nec etiam obstaculum præstare videtur Iserniæ opinio cum illa sua distinctione videlicet quod aut agatur de feudo diuisibili, & in hoc casu filius per

patris representationem succedat, & venire ad partem sui patris ita ac si uiueret, & concurreret in successione vna cum patruo vt *§. his vero de grad. success. in princ. ibi & hoc est verum in feudo diuisibili & in cap. 1. in principio vers.* sed quia hæc positio in *tit. Imperator. Lothar. ibi & præfertur nepos in parte sui patris & in vers. querit num. 12. & in glosa de natura success. feud. ibi quia si quando feudum est diuisibile Tiraquell. de iur. primog. quest. 4. Gomez. ad l. Taur. in l. 40. quest. 11. Couar. var. resol. cap. 5. Io. Licet. in dict. tract. de primog. quest. 27.*

Si denique feudum est indiuisibile, & tunc nepos patrum excludit, pro vt idem *Andras in tit. de natura success. feudi* arguendo à parte ad totum quod argumentum late disputauit *Caput. in repet. consuetud. si moriatur p. 3. §. 3. nu. 7.* vsque ad 9. attamè cõsiderato penitus origine succedendi filius vel filia aut potest in patris locum succedere cum eodem iure excludendi patrum, vel amitam aut non; si ei inquam inest facultas excludendi parum interest, si diuisibile sit feudum, aut indiuisibile quoniam sicut pater eius potuerat excludere à toto, eodem iure permissum est filie ratione representationis, & subingressionis, tamquam à naturali ratione, & equitate introductum, vt repetetes in *l. 1. §. 1. ibi (naturali ratione subnixum) C. de caducis tollend. & ibi Bart. l. 1. in principio ff. de minoribus l. 1. ff. de legat. præstand. & DD. omnes in l. scire etiam oportet. ff. de excusat. tutorum Afflic. in constitut. Regni, vt de succ. num. 22. Menoch. varias decis. in cons. 1082. lib. 11. num. 20.* & semper. n. quod agitur de representatione nepos excludit patrum, prout alias dixit *glosa in cap. 1. vers. subsisteret de inuestitura de re alien. fact. & text. l. 1. §. quamuis ff. de his que in fraud. patron.* nec etiam obstat neque contradicit *text. in §. cum filius institutionibus de hereditat. que ab intestat. deser.* quia loqui videtur in casu quo pater filios à parte tantum excludere potuisset; non à toto, & proinde non repetendo ea, quæ communiter à Doctoribus discussa fuerunt nihil impedit si diuiduum sit feudum vel indiuiduum cum ipsa eadem ratio currat in toto quoad totum, quæ currit in parte quoad partem *l. que de tote ff. de rei vindicat.* Excluditur enim patruus, quia in transversali linea est, & est tertia causa succedendi, vt *§. 1. auth. de hered. ab intestat. venien. & auth. vt success. C. de suis, & legitimis hered. Surdus cõf. 164. num. 1. vol. 2.* Nepos enim dicitur pri-

ma causa successione, vt *Molina & DD. citati Regens de Ponte lectura feud. 12. nu. 44. Molfes. par. 4. de success. ab intestat. lib. 1. quest. 35. num. 7. Farinac. decis. 392. nu. 3.*

- Restat enim absoluta conclusio, quod quotiescumque nepos idest filius filij semper excludit patrum à successione, aut in maioratu, prout *Valasc. de iure emphteut. quest. 59. Aretinus conf. 164. col. 4. Decian. respons. 7. nu. 87. lib. 1. Bartol. Socc. conf. 125. col. 6. etiam in hereditario feudo pro vt *Andr. in cap. 1. de natura success. feudi imo, & etiam in feudo ex pacto, & prouidentia locum habere repræsentationem *Natta conf. 127. cum tribus seq. lib. 1. Menocch. conf. 200. nu. 63. lib. 2. conf. 493. nu. 20. lib. 5. & in tit. de præsumpt. præsumpt. 95. nu. 42. Emanuel Acost. in tract. de patruo, & nepot. fol. mibi 34. Couarr. practicarum quest. cap. 38. num. 6. Molina de primogen. lib. 3. cap. 6. num. 29. Thesaur. quest. forent. quest. 34. num. 16. Grantian. discept. forent. cap. 456. nu. 12. 29. & 43. lib. 3. Tiraquell. de iure primogenit. quest. 40. nu. 111.***
- 26 imo, & pro nepote in quacumque successione semper in gradum & qualitatem patris subintrare vel per viam repræsentationis vel per viam transmissionis *Molin. eod. tract. lib. 3. cap. 6. num. 1. & 2. Gomez. ad ll. Thaur. 40. num. 65. Marta de success. legal. part. 1. quest. 11. art. 3. Tiraquell. vbi supra num. 41. Oldradus qui multas allegat rationes in conf. 224. scripsit etiam Fusarius de subst. quest. 387. per totam Intrigliol. de feud. centur. 2. art. 36. Mancil. de imputatio. cap. 77. vbi triginta argumenta pro vtraque parte refert *Borellus, late de hac materia in summa decis. cit. 34. de feud. tom. 1. à num. 437. vsque ad 479. Cancer. variarum resolut. lib. 3. cap. 21. de transmiss. à num. 289. vsque ad 335. & ita iudicatum esse in Hispania pro nepote refert *Paul. de Cast. in conf. 164. vol. 2. in prin. & in aliis partibus attestatur *Bald. in conf. 309. & in l. hoc iure ff. de iust. & iure alias decisionis refert *Marta de legal. success. part. 1. quest. 11. nu. 2. eruditissimè hunc articulum examinavit *Præses S. C. Ursinus in tit. de success. feud. par. 1. quest. 5. ar. 1. sequutus fuit *Reg. Lanarius in suis consilijs conf. 1. per totum post omnes hanc questionem scripsit & doctissimè *Dominus meus Franciscus Maria Pratus in suis discept. forent. cap. 38. nu. 10.********
- 27 Ius denique primogenituræ transmissibile est secundum *Lofred. opinionem in conf. 14. num. 47. in fine, & num. 48. Rubens conf. 149. nu. 9. & ex quo est cessibile ideo transmissibile cap. quam periculosum 7. quest. 1. optimè probat *Tiraquell. citat. de iure primogenit. quest. 40. num. 39. & pro-**

inde dixit filium primogeniti primogenitum esse vt idem *Tiraquell. d. quest. 40. num. 34. Socc. conf. 252. num. 11. vers. & sic etiam ex præmissis *Ioan. Andr. addit. ad speculator. in rub. de feud. citat. sed si attenditur opinio quod ius primogenituræ nõ sit transmissibile non per hoc saluari potest, quod potestia succedendi transmittatur, quæ insurgit, ex primogenitura, pro vt videtur decidere *Bart. in l. bis potest. nu. 9. ff. de acquirend. hered. & nepos succedens in feudo ex iure primogenituræ excludendo patrum succedit in potentia quam habet pater suus in succedendo suo patri docet *Tiraquellus d. quest. 40. num. 88. per tex. in l. 1. §. suos ff. de suis, & legitimos hered. pro hac coniunctione affert *Franciscus Aretinus in d. l. bis potest.*****

- 28 Primogenitus enim cū nascitur aliud primario non efficit nisi seipsum includere excludendo secundogenitum iuxta *Bald. in l. cum antiquioribus num. 11. vers. 9. C. de iure delib. ex quo durate linea primogeniti secundogenitus nunquam admittitur *DD. supra citati *Cels. Hugo cõf. 120. num. 14. Paul. de Cast. conf. 146. num. 4. vol. 2. Alex. conf. 22. vol. 3. & donec vnus ex vna linea estet non fit transitus ad aliam cap. 1. de naturali success. feud. vbi *Affl. nu. 77. Matta conf. 22. num. 1. Roland. conf. 100. num. 14. vol. 1. Paris. conf. 23. num. 26. vol. 2. Ruinus conf. 142. num. 3. vol. 3. Molina vbi supra cap. 6. nu. 30. Menocch. conf. 142. nu. 10. Ceph. conf. 656. nu. 48.****

Nec in ista tam communi opinione obstat decisio facta à Papa Bonif. VIII. in fauorem Regis Roberti frater secundogeniti mortui propter particulares, ac eximias rationes, quæ nullo modo verificari poterant in filio primogeniti prout cõmuniter considerauerunt *DD. citati contrariæ sententiæ, vt in specie *Paul. de Cast. in conf. 64. col. penult. in fine lib. 2. eo magis cū ordo inuestituræ nullos filios primogeniti ad successionem vocabat, & erat fortissima, ac violentissima causa excludendi nepotem à successione sui Aui præter alias virtutes, quæ considerabantur in dicto Rege Roberto, qui post omnes tanquam alius Salomon habebatur non solum omni virtute ditatus, sed quod magis fuit sanctitate munitus, & proinde nihil mirum si Bonifacius VIII. decidit nulla habita ratione iurium aliter distantium quam responsonem: optimè apud omnes *DD. receptam vidi prout post omnes testatur *Cardinal. Tusc. in litt. P. conclus. 658. nu. 12.****

Aliam primogenituræ speciem agredior,

dior, & est illa, quæ à natura prouenit si ne parentis constitutione, & versatur proptè secundum rectum sensum in- burgenfaticis bonis, & propriæ intelligitur illæ, qui primo natus est, vt Abbas in *conf. 85. nu. 3. in fine lib. 1. Petr. de Anchar. conf. 82. vers. secundo probatur. ex illusione lib. 1. sequitur Molina de Primogenijs cap. 1. num. 2. lib. 3. Gregorius Lopez in l. 2. tit. 25. part. 2. in glosa verbo maiora in principio Tiraquellus in eodem tract. quæst. 1. nu. 3. vsque ad 10.*

29 Tale autem ius primogenituræ quomodocumque consideratum renunciari potest; alijs fratribus, vt considerauit Natta in *cap. quamuis pactum nu. 10. vers. quinto fallit de pactis in 6. dammodo tamen patris consensus in tali renunciatione adfit, vt iex. in cap. quamuis pactum de pactis in 6. alias renunciatio nulla erit sequitur Hartman. Pistor. in quæst. iuris quæst. 5. lib. 4. nu. 14.*

Quæ quidè opinio procedit quâdo talis renunciatio fit viuo patre, seu viuo constituyente maioratu prout latè superioribus articulis dictum est.

Verù quâdo filius successit in tali iure tale ius vendi, cedi, & renūciari permissum est, vt post Canonistas, Gulielm. de Benedictis in *cap. Raynut. verbo duas habens filias num. 244. de testamentis, Molina. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 44. Affl. de feudis in cap. 1. de natura success. feud. num. 38. cum sequ. Quæ opinio intelligenda est procedi quando talis renunciatio fit in- immediatè successuro, vt post multos probat Tiraquell. de primogenijs quæst. 26. num. 1. cum seq. Aluarotus in cap. 1. §. prætere a quibus modis feud. amittatur Iason. in l. pactum, quod dotali. num. 4. C. de collationibus Decius *conf. 445. num. 29. aliter facta dicta renunciatione non tenet, & semper sequentes successores talem renunciationem celsionem, & venditionem reuocare pōssūt, prout idem Molina cap. 16. num. 32. lib. 1. neque in præiudicium suorum filiorum renunciate potest secundogenito, vt optime probatur epe textu cap. 1. §. hoc quoque de success. feud. ubi communiter scribentes sequitur Tiraquell. quæst. 26. num. 5. Iason in l. is potest nu. 33. ff. de acquirend. hered. Burges. de Pace in proemio l. Tauri num. 96. Decius *conf. 443. num. 29. & conf. 445. num. 56. cum sequenti,***

- 1 Exceptio Hostica favorabilis est.
- 2 Miles conueniri non potest per dies quinde- etm ante submitionem & per alios dies quindecim post breuerfionem.
- 3 Balthassar de Angelis laudatur.
- 4 Exceptio Hostica prodest etiam lisis consor- tibus & fideiussoribus.
- 5 Exceptio Hostica competit militibus matrè culatis.
- 6 Matricula quid sit & eius effectus.
- 7 Miles quando incipiat gaudere priuilegio militari.
- 8 Matricula quomodo vocabatur tēpore an- tiquo.
- 9 Matricula in militibus quomodo praticetur in Regno.
- 10 Miles scriptus in libro Capitanei non suffi- cit ad hoc vt sit miles.
- 11 Matricula. est plena probatio.
- 12 Milites habent suos iudices particulares.
- 13 Milites habent electionem fori.
- 14 Vxor, & filii Militum an habeant fori electionem.
- 15 Priuilegia militaria sunt concessa militibus propter seruitia personalia.
- 16 Vxor, & filii militum an gaudeant exceptione Hostica.
- 17 Renunciatio priuilegii militaris an valeat.
- 18 Opinio Nauarti refertur.
- 19 Exceptio hostica opponi potest etiam post licentiam contestatam.
- 20 Exceptio hostica an opponi possit post con- clusum in causa & post sententiam.
- 21 Exceptio hostica conceditur militi submoni- to litiganti contra alium non militem.
- 22 Priuilegia conquassantur inter habentes æquale priuilegium.
- 23 Actor sequitur forum rei.
- 24 Priuilegiatus concurrens cum alio priuile- giato ille præfertur qui tractat de damno euitando.
- 25 Priuilegiatus specialiter præfertur genera- liter priuilegiato.
- 26 Priuilegiatus maior præfertur minori.
- 27 Exceptio hostica mulieri agenti pro restitu- tione dotis obstat.
- 28 Militare seruitium eximit militem a quoc- unque onere etiam a munere natalari.
- 29 Submitione necessario est in obfistenda ex- ceptione hostica.
- 30 Exceptio hostica conceditur militibus, licet non sint submoniti.
- 31 Exceptio hostica extenditur ad omnes arti- fices qui necessarij sunt in exercitu.
- 32 Fides Proposus est sufficiens ad demonstrandā necessitatem persona artificis in exercitu.
- 33 Exceptio hostica conceditur etiam militibus naualibus.

- 34 Exceptio hostica admittitur etiam contra liquidationem instrumenti & contra obligationes penes acta.
- 35 Exceptio hostica conceditur militi accedente in exercitu voluntarie & suis expensis.
- 36 Exceptio hostica admittitur etiam contra apocam bancalem.
- 37 Exceptio hostica non admittitur quando in instrumento est renunciata.
- 38 Exceptio hostica non potest opponi in debito contracto in exercitu.
- 39 Exceptio hostica non competit actori.
- 40 Exceptio hostica non competit Auctori laudato.
- 41 Exceptio hostica an renunciari possit.

CAPUT II.

Exceptioni Hostica an Renunciari possit.



Via à publicæ utilitatis causa hostica exceptio dependet fauorabilis iudicatur testatur Afflic. in constit. Regn. lb. 2. hostic exceptio nu. 8. Franch. decis. 286. nu. 2. Gugliel. de Cui in l. edita col. 2. C. de edend. Capic. in inuestitur. feud. in verb. feudatariorum exceptiones vers. hostica exceptione fol. mibi 188. late Grass. in suo trac. de except. except. 3. n. 2. Masull. ad decis. Capic. decis. 76. n. 2. Marta decis. 36. num. 8. Ricc. collect. decis. 57 part. 1. Nouar. quest. forens. quest. 58. nu. 2. & reo fauetur Andr. de Ifern. in d. const. hostici exceptio, & ex eo tam pro civili quàm pro criminali causa per dies quindecim, ante submonitionem, & per alios dies quindecim, post reuersionem conueniri non possit Guidon. pap. decis. 217. Marant. de iudic. part. 6. tit. de exception. nu. 29. Muscatell. in prax. civil. part. 3. glos. similis nu. 8. Anna alleg. 75. n. 4. Folter. in pract. criminali. verb. audiantur excusatores nu. 21. & nu. 22. ubi Doctissimus Dominus meus Baldassar. de Angel. insignis Aduocatus ad præfens meritis Mag. Cur. Vicar. Neap. iudex in criminalibus ad iudic. audiantur excusatores num. 15. Intelligio. de feud. centur. 2. art. 96. nu. 8. Gregor. de uari. caus. feud. quest. 29. num. 4. & de success. feud. part. 8. quasi. 4. nu. 2. Giurb. dec. 118. num. 8. Frece. in tract. de subfend. lib. 1. tit. de officio Admirati Maris num. 18. cart. mibi 38. & adeo est fauorabilis, quod

4 Quando inuidua est causa, etiam litis

- confortibus prodest *Marta decis. 52. nu. 29. Petr. Gregor. ubi supra. par. 8. q. 4. nu. 8.* imo & fideiussoribus, vt per litteram Regis Roberti quæ incipit Ioanna de Austria *Baldass. de Angel. ubi supra.*
- 5 Competit namque militibus, verè militibus, & descriptis in matricula, quæ quidem matricula nihil aliud est, quam nominis, & cognominis, in publico libro descriptio *l. matriculam C. de agentib. in reb. lib. 12. ubi Bart. num. 3.* subdens ad probandum quem esse militem per matriculam registri probari *Bald. in l. eos C. de offic. magistr. milit. & in l. 2. C. de apparit. magistr. milit. ubi Ioan. de platea & Rebuff. in d. l. matriculam doctissimus Reg. Marchio Torello in decis. 54. num. 2. Marcellus Galà de modo articuland. glos. 1. num. 90. limit. 17. Dominus Regis Carolus de Tappia Marchio Belmontis in constit. regni statuumus nu. 14. in 1 part. Ricc. collect. decis. 2312. & ex tunc*
- 7 incipit gaudere priuilegio militari, pro vt satis doctè dixit *Doctissimus Reg. Sanfelice. Dominus meus in decis. 164. num. 1. lib. 2. & decis. 21. end. libr. antiquitus vero vocabatur album seu albata tabula in qua nomina describebantur, ita Vulpianus antiquitatis scientissimus in l. 1. ff. d. edd. & proinde statuit titulum de albo scribendo, est igitur album tabella, in qua vel nomina iudicum, vel actiones, aut formulæ, aut leges scriptæ sunt Tit. Lix. decad. 1. lib. 9. (ciuile ius repositum in penetralibus pontificum euulgauit factos, quæ circa forum in albo propoluit, vt quando lege agi posset sciretur) & semper pro matriculis præsumendum est, quia per ipsam, quasi possessionem, in fauorem, aut damnum eorum, qui in ea scripti sunt inducitur, & eam non producente paganus præsumitur *doctissimus Greg. Lopez. in l. 3. tit. 6. part. 3. sentit etiam Bart. per text. in l. ista testores ff. de legat. 1. num. 2.**
- 9 Et in hoc Regno alia traditur obseruantia circa hanc theoricam, & est quod particularis liber in Archiuo Reali positus adest, & vulgo dicitur (la Scriuania di Ratione) confirmat hæc omnia *Doctissimus ille Glosator in suis commentarijs in prag. 16. sub tit. de militibus, docendo non solum obseruantiam, sed etiam practicam, ac stylum Scribæ Realis Portionis, nam miles prius in libro*
- 10 Capitanei ascribitur, & hoc non sufficit, quia prædictos liber, vt priuatus non facit fidem, neque inducit probationem, sed solum dicitur quodam notamentum illius militis *Claud. Coter. in suo tract. de iur. & priuileg. milit. cap. 7. lib. 3.* sed requiritur

ritur ad finem, ut quis dicatur miles, illi esse ascriptum in libro publico Scribae Realis portionis, & dicitur (Passato à Rollo) & illo tunc (passato à rollo) ascribitur in libro Realis portionis, & ista dicitur matricula, prout docet Reg. de Ponte de potest. Proreg. sub tit. de diuers. prouis. sub tit. de militib. ipsorumque Capitaneis nu. 7. per tex. in l. 2. & 3. C. de Comeat. lib. 12. tex. in l. ex eo ff. test. milit. cum

11 sola matricula sit plena probatio teste Bouadill. lib. 2. polis. cap. 19 num. 17. demonstrat etiam hanc obseruantiam R. Conf. de Georg. in alleg. 27. num. 6. ubi dixit militem illum esse, qui descriptus in (Rollo) idem Reg. de Pont. tit. de assen. Reg. §. 7. n. 11. & presentando fidem de dicto Rollo matriculatus dicitur, & ad omnia, & singula priuilegia militaria, etiam fori admittitur, l. 2. ff. de re milit. Viu. decis. 254. & in Pragm. 15. de milit. ubi Reg. Rouit. & in pragm. 16. eod. tit. num. 37. qui milites

12 quoad cognitionem iurisdictionis habent suos iudices puta (l'Auditor del Campo, l'Auitor deli' Elercito, e l'Auditor Generale) ut scripsit Doctissimus Dominus meus Ioann. Baptist. Thor. in compend. decis. Regn. in verb. remisio petita per Auditorem tom. 2. tex. in l. si miles C. de exhibend. & transmittend. Rei: scribentes omnes in d. Prag. 15. sub tit. de milit. Paschal. de pat. potest. cap. 3. nu. 25. & seq. par. 3. Petr. Gabal. cas. 225. nu. 23. & nu. 24. resolut. crim. Reg. Sanfelix. in decis. 290. num. 24. f. 296.

Et fori electionem non solum milites stipendiati à Regia Curia, & actu for-

13 uientes habere, sed etiam milites qui non seruiunt, ut sunt (Tractenuti) Castill. decis. 110. & in omnibus casibus in quibus milites gaudent fori priuilegio, gaudent etiam, & eorum vxores, ac filij Ant. Faber in suo Cod. lib. 3. tit. 17. ubi sen-

14 nat. vel claris definit. 3. art. 2. cōi iure. late Rebuff. in l. destinatio §. familia vers. notandum ff. de verb. signific. l. vxori l. 2. §. 1. ff. de aur. & argent. legat. l. 1. C. de episc. & cleric. l. famina ff. de sen. at. & in auth. de cons. §. hoc itaque cum vxor pars corporis viri dicatur cap. admonere 33. quest. 1. & gaudet matrimonio tantummodo durante, secus vero disso uto per mortem viri, & quantumuis vxor perseueraret in viduitate, quia hoc priuilegium non

15 est concessum propter dignitatem, sed propter seruitij personalis ipsius militis necessitatem, Bald. ff. de Ayala de iure & offe. bell. lib. 3. cap. 7. Reg. Conf. Patigu. in suo tract. de iudic. & priuil. milit. num. 36. inferunt per Reg. Rouit. in ultima sua impressio, ne super Pragm.

16 Mulier enim ad tale beneficium exceptionis hosticæ admittitur in qua admissione aduertendum est, quod aut vxor conueniatur super re dotata in qua vir interesse formaium habet, cum maritus sit dominus dotis l. dote ancillarum C. de rei vendic. tunc ratione interesse mariti hosticam exceptionem opponere potest l. 2. C. de vxor milit. Aut conueniatur ex cōtractu proprio, vel super bonis paraphrenalibus, quorum tractus sunt etiam vxoris Bart. in l. penult. ff. ad leg. falc. & per glosa in l. fin. C. de pact. conuent. Bart. in l. ancilla C. de furt. & in l. pro oneribus C. de iur. dot. & in l. 2. ult. conlun. C. de usufruct. rei leg. Alex. conf. 65. vol. 1. vel super lucratis per eam ex operibus fabrilibus, quæ spectant vxori, & non marito, Ant. de Pratoueteri in conf. posito in 4. vol. conf. Alex. conf. 133. cum istud priuilegium opponendi exceptionem hosticam est priuilegium personale competens ratione exercitij, & non transgreditur eius personam, & eius interesse cap. priuilegij de re iudic. lib. 1. & l. priuilegia ff. de priuileg. in specio text. in l. tam mandatori col. 2. vers. aut datur ubi in puncto Cyn. C. de non numerat. pecun. Maur. in alleg. 48. nu. 4. in fin.

17 Imo & fortius si miles aliquem contractum fecerit in quo renunciatum priuilegio militaris fori fuerit non valet prædicta renunciatio Petr. Cabal. resolut. criminal. casu 225. & casu 293. num. 255. nu. 25. Claud. Coter in dict. tract. de iur. & priuil. milit. lib. 2. cap. 6. ambo assignant rationem, quod huic priuilegio tanquã concessio ordini militari nō autem singularibus personis ad instar priuilegij fori clericalis prout late diximus in alio loco Ric. decis. Cur. Archiepisc. 19. num. 9. part. 4. Dec. conf. 308. num. 8. Felin. cap. cum accessisset num. 29 de constit. Butr. in cap. accedentibus col. 2. de priuileg. Surd. decis. 2. nu. 16. Roderiquez quest. regular. tom. 2. quest. 78. ar. 14. Paris. conf. 10. nu. 64. vol. 1. Abb. in cap. cum super hoc num. 12. de renunc. Reg. Rouit. in pragm. 16. num. 43. asserentem.

18 fori priuilegio milites minime renunciari posse, ubi nonnullas refert opiniones, & præcipue Gabal. in suis resolut. criminalibus casu 225. num. 25. & casu 293. num. 255. licet Nouar. contrarium tenet in quest. forent. quest. 76. num. 5. adducendo textum in l. is qui Reipublica ff. ex quibus causis maior, ubi pro absoluto tenet, quod toties quoties miles voluerit renunciare suo priuilegio fori semper possit.

19. Permissa est talis exceptio, opponi si su-

- superueniat etiam post litem cōtestatā
l. distinguemus §. cum quidam ff. de arbitr. cap. insinuante de officio deleg. Fein. in capit. pastoralis de exceptionib. Afflic. in d. constitut. num. 20. Franch. decis. 286. nu. 3. siue feudale, siue allodiale fuerit iudicium. Petr. Gregor. de feud. concess. part. 6. quest. 29. nu. 4. & quest. 4. nu. 9.
- 20 Et licet nonnulli dixerint hanc exceptionem non posse opponi post conclusum in causa *Io. And. in cap. dilectus de ordin. cognit. refert & probat Ludouic. Roman. in l. si mulier ff. solut. matrim. Aloys. de leo in l. 1. num. 30. C. de iur. & fact. ignor. Franch. cit. num. 7. communis tamen opinio est quod non reiiciatur, etiam si in quacumque parte iudicii opponatur, ex eo quia fauorabilis est, etiā post sententiam vt pluries decisum testatur *No. uar. in dicta quest. 58. non solum in S. R. Conf. & in Regia Camera Summar. verum etiam, & in supremo collateralis conferente Reg. Reuerterio.**
- 21 Soli militi sōmonito talis hostica exceptio cōceditur, litigāti cōtra aliū non militem *Reg. Valenz. conf. 18. nu. 87. Fontanell. de part. nupt. claus. 4. glos. 12. nu. 108. Ricc. decis. 59 nu. 3. par. 3. Gamesin §. rursus num. 27. insit. de act. Gratian. de i. etat. forens. cap. 18. 2. num. 1. Giurb. de i. 82 nu. 8. Cephal. conf. 508. nu. 33. & conf. 7. 8. nu. 17. Tusc. in lit. P. num. 87. Conar. pract. quest. cap. 7. nam. 4. Pedamont. decis. 34. num. 6. Neuiz. conf. 79. nu. 27. Surd. decis. 47. nu. 10. Maur. allegat. 48. nu. 2. nam. litigante cum milite, non conceditur; cum vigeat illa*
- 22 vniuersalis regula, quod inrer habentes æquale priuilegiū illa cōquassantur per *tex. in l. verū 11. §. item quaritur ff. de mino. c. auditis 3. de integr. restit. Azeued. in l. 10. n. 15. 17. & 18. tit. 3. lib. 5. recompil. Capal. conf. 7. nu. 3. 12. & 17. lib. 1. Surd. conf. 335. nu. 70. lib. 3. Alex. Trentacing. variar. resolut. lib. 1. tit. de rescriptis & priuileg. resolut. 1. nu. 1. & resolut. 2. Vrsil. ad Afflic. dec. 56. nu. 1. Capiblanc. in pragm. 8. part. 1. nu. 350. de Baronib. Castell. quotidian. controuers. lib. 3. cap. 25. nu. 7. & 28. Scacc. de appell. quest. 7. nu. 128. Muscatel. in pract. lib. 1. part. 2. glos. competentes num. 85. & 86. Kochier. de iurisut. tom. 1. part. 1. quest. 44. Capic. decis. 123. nu. 12. Cardin. Mantie. tit. 25. lib. 11. de tacit. num. 0. Negusant. de pignor. part. 5. memb. 2. num. 42. vers. add. tamen Socc. iun. conf. 0. num. 27. lib. 3. Gait. de credit. cap. 4. quest. 11. num. 1897. Reg. Rouit. in decis. 27. Afflic. in cōstit. statuimus quest. 2. post Andr. ibidem in verb. miserabilium prope princip. Bart. in l. sed si milites §. 1. ff. de excusat. tuto. & Rouit. in pragm. 4. de possess. turband. nu.*
3. *Ludouic. decis. perus. decis. 4. nam. 18. & 21. Ias. in §. rursus nu. 55. insit. de act. Mangrell. in add. ad Bart. in l. 1. C. quand. imperat. Lambertench. in tract. de contract. qui sine solennit. §. fin. num. 124. Caualean. decis. 30. num. 17. vsque ad num. 37. & decis. 32. tit. de cōtract. part. 2. & decis. 3. Franch. decis. 553. num. 4. & decis. 6. num. 3. & decis. 195. post Caraut. rit. 228. nu. 3. Dec. cōf. 121. Peregr. decis. 8. num. 7. Reg. Sanselic. decis. 73. nu. 12. lib. 1. Affl. in dict. cōstit. statuimus n. 19. Sforz. Odd. in tract. de in Integr. restit. quest. 18. n. 31. & 34. Auth. quas actiones C. de Sacrosf. Ecc. Reg. Carol. de Tappia in constit. statuimus nu. 26. Caraut. ritu 231. Franch. decis. 188. nu. 1. Tbesaur. decis. 177. nu. 9. Menoch. de arbitr. iudic. casu 66. num. 46. lib. 2. Marfil. singul. 681. Reg. March. Torell. decis. 54. num. 6. Reg. Conf. D. Ferdinandas Arias de Mesa in suo libr. variar. resolut. cap. 17. n. 31. lib. 2. per tex. in l. ultima vbi DD. ex quibus*
- 23 *caus. maior & sequitur, quod actor sequatur fauorem rei, vt in l. final. C. vbi in rem act. cap. cum sit generalis de for. compet. vt in d. auth. quas actiones vbi Cyn. Bald. Alberic. de ros & Iacob. de Beluis. C. de Sacrosf. eccles. luc. de Penn. in l. iubemus C. de silent. lib. 12. Peir. de Anch. in cap. 1. vers. quarto quaro de priuileg. in 6. Afflic. in constit. Regni si quis in posterum lib. 1. nu. 57. neque priuilegiatum potest eligere forum contra aliquem priuilegiatum, Ifern. in d. cōf. it statuimus, vbi Affl. num. 14. DD. in auth. quas actiones C. de sacrosf. eccles.*
- 24 Verum in hac regula aduertendum est, quod si priuilegiatus cum alio priuilegiato concurrat, & vnus tractat de damno euitando, & alter de lucro, in concursu in quam præfertur, ille qui de damno euitando tractat idem de Mesa in lib. 2. variar. resolut. cap. 21. nu. 22. Brunora. sol. in proponit. iur. in verb. Priuilegia, duo sic in simili quando concurrerent
- 25 duo priuilegiati vnus generaliter & alter specialiter, præfertur ille, qui est specialiter *Cauale. d. decis. 1. nu. 17. de contract. Crot. conf. 94. num. 7. Nact. conf. 414. nu. 4. vol. 1. in puncto loquitur Rot. Perus. dec. 54. nu. 8 in 1. part. Ludouic. decis. Rot. Roman. 473. & decis. 449. Of. sc. decis. Pedamont. 139. nu. 6. Reg. Carol. de Tappia in auth. ingressi in verb. sua cap. 13. num. 3. & 31. C. de Sacrosf. Eccl. Tiraquet. in tract. de priuileg. pia caus. Priuil. 26. vers. sed quod primo, Peregrin. in tract. de fideicom. art. 3. num. 7. Galter. de liquid. instrum. fol. 174. nu. 17. vers. & an possit. agere contra suos debitores nu. 24.*
- 26 In aliorum priuilegiatorum cōcursu qui maius est priuilegiatus ille præfertur
 pro

pro vt *Affl. decis. 56. Franch. decis. 188. ubi add. nu. 6. Carpan. late in statut. Mediolan. cap. 84. & 47. nu. 7. Ofasc. decis. Pedamont. 70. ratione quia maius privilegiatus trahit ad se minus Bart. in l. verum 12. §. item ff. de minor. Gait. de credito cap. 4. qua sit. 11. num. 1919. & nu. 1971. & seq. Rodriguez de privileg. credit. par. 1. art. 3. nu. 2. Mars. sing. 681. Dec. cons. 221. ac etiā naturale privilegium vincit accidentale Carauit. ritu 228. *Affl. decis. 56. ubi Vrsil. in d. decis. & in decis. 190. & decis. 306.**

27 Et adeo fauorabilis iudicatur talis exceptio ac profigua reo, quod etiam mulieri pro restitutione dotis agenti obstat dixit *Affl. in cons. hostic. Except. num. 28. Capyc. in inuestitura feud. cart. 188. Franch. decis. 286. in illis autē casibus dos videtur esse privilegiata in quibus expressa lege nominatur Mart. decis. 35. Franch. decis. 219. Bald. cons. 7. vol. 3. Socc. iun. cons. 12. nu. 4. vol. 3. Riminald. iun. cons. 838. nu. 96. Cardinal. Tusch. litt. D. concl. f. 743. nu. 56. Dec. cons. 48. num. 61. cons. 131. cons. 201. Gabriel. cons. 92. num. 2. vol. 2. Amat. decis. 34. num. 1. decis. 39. num. 16. decis. 42. num. 9. de Franch. dicta decis. 286. num. 1. Barz. decis. 182. Ofasc. decis. 135. num. 3. Ioseph. Ludouic. decis. 95. num. 15. part. 2. Neuz. cons. 77. num. 16. Nat. cons. 410. num. 17. & nu. 22. Grub. cons. 130. nu. 9. vol. 2. Phanuc. de lucr. dot. glos. 10. n. 17.*

Militare enim seruitium non solum concedit hosticam exceptionem, sed
28 militem a quouis onere & seruitio extra rem militarem eximit *Mastril. decis. 76. num. 70. vers. sed bis n. 11. vol. 1. etiam a tutelari munere Montan. de tutel. cap. 35. num. 184. ex textu in l. militie C. de qui. dar. tut. poss. Reg. Rou. in pragm. tit. de milit. nu. 6. Bouadil. in sua politica lib. 4. cap. 1. nu. 14. Castil. decis. 105. num. 12. & 13. lib. 1. Vitu. decis. 491. num. 1. Reg. de Ponte de potestate proreg. tit. de assens. Regio §. 7. nu. 11. Card. Mantie. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 6. tit. 1. post num. 2. Ausfrer. ad Cappell. T. holof. decis. 141. Sforz. odd. in tract. de compendiosa par. 7. in 3. premissis n. 21. Alex. Trentacing. de substitut. part. 4. cap. 8. nu. 6. vers. secundus casus est *T. besaur. decis. 111. num. 4. Boss. in tit. de iudiciis ad torturam nu. 108. Roman. cons. 506. nu. 3. Alciat. cons. 311. & 331. late de hac materia scripsit Stephan. Gratian. disceptat. forent. cap. 186. lib. 1. Bero. cōf. 124. nu. 13. Brun. de cession. bonor. in 4. part. princ. quast. 11. nu. 2. Honded cōf. 83. nu. 96. vol. 1. etiam si suscepta fuerit tutela l. milites ubi DD. C. qui dar. tut. poss. late *Grass. de effect. cleric. effect. 16. num. 9. denique ab omni onere eximitur testatur Gerz. de nobilit. glos. 6. nu. 12.***

29 Nec dicere omittam necessariam esse in tali exceptione obtinenda, submonitionē ex parte Regis, vt cōtra hostes ad pugnandum vadat secundum *Affl. opinionem in dicta consit. Hostic. except. nu. 2. attamen Reg. Tapia in 3. lib. iur. Regn. in suis adnot. in dict. consit. Hostic. ampliat*
30 ad omnes milites licet non sint submonit, quam ampliationem testatur etiam *Dominus meus Franc. Maria Pratus in dicto cap. 20. num. 13. Imo extendit talem,*
31 exceptionem ad omnes artifices, qui in exercitu sunt, dummodo tamen necessarii in eo sint, de qua necessitate necesse est costare per fidem Præpositi illius exercitus, vt *Affl. in d. consit. Hostic. except. num. 5. Et non solum ista extensio exceptionis debet fieri ad artifices necessarios, verum etiam ad Nauales, & milites maritimos cum ipsi dicatur etiam militare pro eorum seruitio*
Affl. in d. consit. hostic. except. num. 5. refert etiam doctissimus Dominus meus Baldassar. de Angelis in add. ad pract. Foller. num. 15. vers. sed quarat curiosus, & ad illos denique extendit, qui per substitutum seruit, Rebuff. in l. eos C. de comitib. rei milit. Marin. Frecc. de subseut. lib. 1. de offic. Admirati Maris num. 16.

Ista autem exceptio hostica est tanti roboris, quod in qualibet parte potest opponi, prout supra diximus, verum
32 etiam, & contra liquidationem instrumenti, eam impediendo notat *Io. Paul. Galter. in suo tract. seu practica de liquidatione instrumenti fol. mibi 293. nu. 22. vers. audidus etiam est & in fol. 186. vers. quinto quoties nu. 17. docendo practicam opponendi hanc exceptionem, nam citato super rethore instrumētū via Ritus Mag. Cur. Vicar. 166. ante vel post, quam fuit præmonitus, vt iret ad exercitum ad seruiendum Regi; eo enim casu opposita exceptione hostica per ipsum vel per amicum docendo de submonitione per fidem, seu per litteras Præfecti exercitus, vel Marscalli vel Præpositi, vt *Affl. in d. consit. hostic. except. nu. 18. tunc enim decernitur, quod durante seruitio Regio supersedeatur in liquidatione instrumenti etiam per dies quindecim post regressum, vt *Andr. & *Affl. in dict. consit. hostic. except. Imo Foller. ampliat hanc opinionem in sua praxi criminali in rubric. Audiantur excusatores fol. mibi 65. num. 22. in eo qui voluntariē accessit*
33 ad exercitum proprijs expensis si tempore citationis ibi reperiebatur, vel erat in via competit ei exceptio hostica.***

Et quod diximus impediri liquidationem

36 tionem instrumenti extendi etiam ad incusationem obligationis *vt Ricc.collec. 2293. Caraba in sing. 53. & Masull.ad Capyc.in decis.172.num.3. & decis.33.num.1.* nam licet dispositum sit per *pragm.64.S. 6. de offic. procur. Cesar.* quod debitores vigore opocarū bācarū possūt cōueniri nec audiātur nisi factō deposito aut intra carceres *Franch.dec.502. Guttier.conf. 37. & lib.1. pract. quast. 122. Reg. Rouit. in dicta pragm 64.num.32 & num.34.* cum his verbis, *item uolemo, e comandamo, che quelli i quali saranno conuenuti in vigore di polise di banco fatta la recognitione di esse ò vero siano legitimamente prouate non siano intesi eccetto fatto il deposito in publico banco, ò vero costituito il debitore in carce. re. si come fuisse in strumento liquidato via ritus della Gran Corte della Vicaria 166. ò vero si fuisse obligza penes acta di quella stipolata* tamen potest opponi hanc exceptionē contra prædictā apocam bancalem, non obstante dicta dispositione *Pragmatica Io. Bapt. Thor. eximius Iureconsultus in compendio iuris Regni 2. part. pro vt etiam adnotauit Dominus meus Baldassar. de Angelis in add. ad pract. Foller. ad tit. audiantur excusatores num. 15. vbi adducit decisionem factam in audientia Barenf. ad sui relationem tempore quo ibi erat meritissimus Auditor in causa Antonij Garrofoli militis nouæ militiæ.*

Hæc autem exceptio hostica licet impeciat liquidationem instrumenti, vt supra retulimus tamen fallit quotiescūq; in instrumento esset hosticæ exceptioni renunciatum, quia stante taji renunciatione, cum iuramento non prodest exceptio opposita, neq; admittitur *per tex. in l. postquā liti C. de pact. cap. quamuis pactum de pact. in 6. Imol. in cap. cū contingat extra de iur. iur. Frecc. de subfeud. de offic. admir. Maris num. 16. cum seq. Franch. decis. 164. nu. 9. Nouar. quasi Forens. lib. 1. quast. 76. Io. Paul. Galter. l. C. Altimontani de liquidat. instrū. in 2. part. tertia & ultim. part. princ. fol. mibi 293. nu. 25.*

In multis autem ista exceptio nō potest opponi & præcipue in debitis cōtractis in exercitu *Affl. in d. cōst. hostic. except. vel etiā si esset Actor quia excluditur a tali exceptione Ann. allegat. 75. n. 2. DD. in l. 2. S. sed si agat ff. de re iudi. Intrigl. in tract. de feud. centur. 2. art. 96. nu. 31. neq; Authori laudato prodest pro vt adnotauit idem de Angelis, vbi supra num. 15. v. x. quod non prodest. allegando Ann. in sing. 177. qui adducit causam in qua fuit disputata quæstio prædicta in Regia Camer. Sum. licet dicat non fuisse decisam*

sed opinio erat quod nō prodesset & de aliis limitationibus & ampliacionibus videndus *Affl. in d. cōst. hostic. except. vbi Ifern. & alii in d. cōstit.*

41 Deniq; an milites huic hosticæ exceptioni renūciari possint certum omnino est quod si attendimus *Nouarij* opinionem pro vt attendi de iure debet tanquā magis æqua, & rationabilis in *quest. 76. num. 3.* recedendo ab illa opinione, quod talis exceptio inducta fuit primario ad publicam vtilitatem, secundario verò respicere interesse partis, & proinde renūciari nō posse ne quicquam cū iuramento citando *tex. in cap. si diligenti de foro competent. & alios repetentes relatos ab ipso Nouar.* quæ quidem opinio præcessit non considerando finem propter quam inducta fuit talis Hostica exceptio, cum fuit nequis per procuratorem litigare cogeretur, vt summum interesse pecuniarum adduceretur; quo sine considerato dubitari minimè possit quin renūciari permīssū sit. Causa. n. publica secundario considerata fuit ne milites à militari seruitio distraherētur, & quod hoc ita sit non ne est in militis voluntate si opponere velit talē exceptionem, & estici, vt remaneat condēnatus, & non opponendo talem exceptionem tacitè renunciassē videtur, ergo si permīssa est tacita renūciatio multo fortius valebit expressa vulgatis iuribus, & *consist. hostic. excep. latissimè Imola in cap. cum contingat de iur. iur. & & quod communis sit ista opinio sequitur Grass. de except. except. 3. num. 23. Giurb. decis. 118. num. 15. Franch. decis. 164. num. 9. Frecc. de subfeud. in verb. Admirat. maris num. 18. Masull. ad decis. Capyc. decis. 76. nu. 6. in fin. ita decisum fuisse in S. R. Conf. Neap. & in Regia Camer. Summ. testatur Ricc. collect. decis. 1373:*

S V M M A R I V M.

- 1 Renunciatio generalis facta tempore nuptiarū, an inducat effectum translatiuum, vel extinctiuum.
- 2 Renunciatio hereditatis adita, & delata parit effectum translatiuum.
- 3 Renunciatio quando dicatur Repudiatio.
- 4 Renunciatio facta in beneficium alicuius heredis an dicatur Repudiatio.
- 5 Hæres luens debitam hereditatis pro omnibus cohæredibus luere videtur.
- 6 Renunciatio facta cum specificatione personæ ad finem vt illi soli proficiat, an sit translatio, vel abdicatio.
- 7 Renunciatio facta in beneficium alicuius cum

cum clausula pro se, & heredibus semper durat, durante vita accipientis renunciationem.

- 8 *Causa fiendi renunciationē in beneficium alicuius.*
- 9 *Renunciatio facta in beneficium patris limitat regulam illam quod censeatur facta fauore masculorum.*
- 10 *Renunciatio Realis facit renunciantes de aliena familia.*
- 11 *Decisiones S. R. Conf. Neap. enunciatur in materia renunciationis.*
- 12 *Renuncians, an admittatur ad successionē ultimi morientis persona extranea instituta.*
- 13 *Exclusio matris parit exclusionem quoad filios, & nepotes.*
- 14 *Renuncians admittitur ad successionem sui patris si praecefferit obitus fratrum renunciantis.*
- 15 *Consuetudo restringens bona antiqua, non solum extenditur ad bona stabilia, sed etiam ad mobilia iura, & actiones.*
- 16 *Appellatione heredum in materia Renunciationis veniunt heredes ex corpore descendentes.*
- 17 *Decisio S. R. Conf. Neap. in causa sororum de Afferro enunciatur.*
- 18 *Renunciatio Realis praesumitur in monialibus.*
- 19 *Renunciatio facta a Nubenda praesumitur personalis.*
- 20 *Renunciatio terminanda est secundum Renunciantis intentionem.*
- 21 *Pater qua de causa accipit renunciationem a filia.*
- 22 *Appellatione heredum veniunt filij masculi stipulantis renunciationem.*
- 23 *Renunciatio terminatur secundum dispositionem statuti loci.*
- 24 *Iuramentum duplicem parit effectum esequutiuum, & precisum.*
- 25 *D. Carolus Calò laudatur.*
- 26 *Renunciatio successionum deuoluendarum, an extinguat Ius Renunciantis.*
- 27 *Renunciatio successionis deuoluenda permissa est per pactum, & non per Renunciationem.*
- 28 *Hereditas viuētis dari non potest.*
- 29 *Renunciatio translatiua quando habeatur.*
- 30 *Renunciatio successionis deuoluenda, an includat feudalia bona.*
- 31 *Renunciatio successionum deuoluendarum, an includat bona consuetudini subiecta.*
- 32 *Ioannes Baptista Odierna laudatur.*

An Renunciatio operetur effectum extinctiuum, vel translatiuum:



VLTIMVM Caput primi Libri Renunciationis agredior in quo videndum est, an ex generali renunciatione, quae nuptiarum tempore à puellis fiunt de omnibus, &

1 singulis successionibus delatis tam ex testamento, quam ab intestato pro tempore praesenti, ac in futurum deuolendis ab intestato tantum per Aquilianā stipulationem per pactum de non petendo cum omnibus amplissimis verbis enunciatis in forma praesupposita in praecedentibus capitibus deducatur effectum translatiuum, an extinctiuum iuris succedendi.

Pro quibus sciendum est in ipsa formam in esse, & renunciationem successionis delatae Renuncianti tempore renunciationis, & renunciationem successionum deuoluendarum.

Quantum ad renunciationem successionis delatae tempore renunciationis attinet, certum est, eam cognosci non posse, nisi duo distinguantur casus, Primus aut agitur de hereditate delata, & adita tunc difficultari non potest, quin ipsa renunciatio, donatio, & translatio sit, pro vt latissimè, Reg. Conf. Fab. de Anna in conf. 45. nu. 1. attestando tex. & ibi Castrensis in l. actionem, num. 2. C. de pact. Secundus in hereditate delata, & adhuc non adita, & tunc si ipsa renunciatio simpliciter, & absque vlla specificatione personae contemplatae procedet, non donationis, neque translationis, sed potius repudiationis naturam sapere communiter dicunt DD. & in specie *Surdus conf. 244. lib. 1. sequitur Reg. Capicius Latio in suis Consultat. consult. 76. num. 62. dixit etiam Reg. Salernitanus in suis decisionibus decis. ultima nu. 36.* & alij qui de iure ad bona renunciata succedere debent ipse renuncians viam aperit, *tex. in l. fuit quaestio, ff. de acquir. hered. glos. paris. in tit. primo, §. 22. num. 104. vers. aut vero non cesset, Aret. conf. 90. col. 2. vers. & hanc conclusionem tenuit Dyn. in conf. 6. per totum.*

Si inquam ipsa renunciatio cum specificatione alicuius certæ personæ procederet, & certa persona esset unus de
 4 cohæredibus, adhuc non donationis, sed repudiationis titulo tribuendum est: & illa renunciata portio omnibus cohæredibus accrescit, tamquam facta illi cohæredi, ut cohæres est, & ut representans totum asse hæreditatis, & proinde accrescit omnibus, & vindicat sibi locum, *tex. in l. finali, §. quatuor, ff. de leg. 2. qui tex. absolutè determinat,*
 5 quod vnus hæres luens debitum hæreditatis pro omnibus cohæredibus luere videtur, vbi *Alex. in l. 1. C. de dolo*; si renuncians specificasset nomen illius cohæredis, ut ex verbis ipsius renunciationis manifestè constaret renunciantem ipsum habuisse animum illi soli prodesse, cum sua renunciatione ad finem, ut quæ magnæ euaderentur opes, & facultates illius fratris, prout *Relleb. in tit. de renunc. famin. quaest. 3. nu. 3.* tunc erit donatio, & translatio, & fingitur renunciantem prius voluisse acquirere, & deinde renunciare tenet *Casirenf. in l. si actionem nu. 5. C. de pact. Bald. conf. 135. col. 2. nu. 3. lib. 1. in specie Cros. in l. re con. nulli num. 156. vers. secunda sit conclusio, ff. de leg. 3. Alex. conf. 49. num. 5. lib. 7. Soc. conf. 34. col. 1. vers. si: ut diximus lib. 4. Aret. conf. 90. col. 2. vers. & hanc conclusionem Bald. in l. pactum, quaest. 8. C. de coliat. Ann. dict. conf. n. 13.*

In renunciatione vero translatiua animaduertendum est, quod si ipsa sit eidem personæ de cuius successione sperabatur, & sit cum clausula pro se, & hæredibus, & successoribus semper dū ipsa persona, quæ renunciationem accipit imminet, semper suum fortitur effectum renunciatio, ut post *Ann. in dicto conf. 45 scripsit Sforz. Odd. in conf. ult. nu. 5. vol. 1. sequitur Aretin. in conf. 17. nu. 10. vers. item per textum in l. qui super sitis, ff. de acquir. hered. & potentior causa*
 8 fiendi tales renunciations est, vtille in cuius gratia fit talis renunciatio ad sui commodum, & sine vlla iuris discrepantia disponere possit *Laurent. de Pyro conf. 69. num. 11. Maranta loquente in fratre disputat. 10. nu. 16. de Ponte conf. 40. nu. 6. vers. aut loquitur Guidon. Papa in decis. 192. n. 2. Latius scripsi in c. 7. n. 43. & consequenter extinctiua iudicari debet talis renunciatio in patris beneficium facta, & non iurium translatiua ex notatis per text. in l. nulla, C. de solution. post Salicetum in l. 1. C. de actio. & oblig. scripsit Camill. de Medicis conf. 167. nu. 2.*

& ex eo quod amplius regressum ad bona renunciata habere non possunt tamquam per se extincta, *l. qui res, §. aream, ff. de solut. Barz. decis. Bononia 70. num. 67. probat etiam Molfes. in tit. de renūciat. quaest. 6. n. 13. non recedendo ab illis*
 9 in hoc casu cessare puto regulam illam vniuersalem quod semper masculorū fauore facta censeatur renunciatio ex traditis per eundem Laurentium citatum in *conf. 69.* & ratione quia realiter
 10 renunciatum fingitur, quæ realitas fingit renunciantem extraneam, & de aliena familia affectam reddidit *Pinus num. 12. latius ventilauit Cancerius in suo variarum c. 15. tit. de renunciatione 3. part. num. 3. prosequitur Gomes ad l. 22. Taur. num. 9. quæ opinio procedit quando penitus in patre nulla spes filiorum adsit, & secundum talem opinionem cessat, & è quoque illa communis supremorum Tribunalium; S. R. C. interpretatio, quod semper renunciations factæ
 11 intelligantur fauore masculorum tantum pro ut S. C. tam fortiter determinauit in causa delli Suriani in causa delli Venati in causa Antonii de Capone cum sororibus de Tomasio in quibus causis optimam fundauit decisionem *Reg. Reuerterius*, qui communiter votatum refert, quod renunciations censeantur factæ masculorum fauore tantum. itidem decidit S. R. C. in causa sororum de Freccia cum Scipione Theodoro.*

Cuius occasione quærun DD. num patre decedente vna cum omnibus filijs, sine liberis, & vltimus moriens in suo testamento extraneam personam
 12 instituisse, existente vero ex alia parte filia dotata de paragio, quæ renunciat in amplissima forma, nam talis renuncians ad successionem vltimi morientis admittatur, non obstante sua renunciatione, & institutione facta in extraneam personam.

Ad cuius dubij resolutionem adstipulatur illa vulgata decisio *Capicij 190.* in causa *Berardæ Cocæ* cum *Ioanne Andrea Faella* in anno 1526. *Molfes. in conf. 48. in princ.* in qua decisum refert idem *Capycius* contra renunciantem nullum locum obtinentem etiam circa bona consuetudini subiecta, ut *Anton. de Alex. in addit. ad distam consuetudinem si moriatur, sub n. 31. vers. ad conclusionem huius glosæ, sequitur etiam Pisanellus in addit. incipiente nota quaestionem positam, sequitur Molfes. in 3. part. tit. de success. ex testamento quaest. 6. n. 1. Caputus*

in repetitione consuetudinis si moriatur part. 3. S. 6. nu. 3. in fine in puncto Menocch. conf. 72. Gabriel. commun. conclus. lib. 3. in tit. de iure dotium conclus. 1. num. 3. late Pascalis de viribus patr. pote. cap. 7. nu. 48. & 57 Afflic. in decis. 161. vbi Vrsill. num. 3. & quod renuncians penitus extraneum excludere non possit dixit Romanus conf. 22.

Ex qua renunciatione manifeste colligitur ipsam renunciantem remanere exclusam ex defectu obitus patris, ante suorum fratrum quandoquidem ex eo præsumitur exclusa renunciāns; & quæ vna vice exclusa fuit, perpetuo exclusa censetur iuxta *Dec. conf. 31. vers. 3. non obstat.*

13 Quæ quidem exclusio extenditur etiam ad filios, & nepotes, eo quia proveniunt à radice infecta iuxta notata per *Bart. in l. 2. S. videndum in fine, ff. ad Tertullian. Baldus in l. maximum vitium col. 2. vers. & idem dico, C. de liber. preterit. Soccin. conf. 5. vers. 9. probatur, & conf. 31. col. 2. vers. 3. probatur vol. 1. Alex. conf. 53. col. 1. vol. 4.*

Nam si supponitur præcessisse prius obitus fratrum renunciantis, quam patris certè ex omnibus iuribus filia renuncians ad successionem vltimi morientis, licet instituta extranea persona admittitur, *Bald. in l. pactum quod dotali, C. de collationibus Decius citatus in d. conf. 31. & in conf. 433. Alex. in conf. 19. vol. 3. n. 9. Capicius in dicta decis. 190. nu. 2. licet Parisius contrariam teneat opinionem in conf. 26. tamen communis opinio ista videtur, vt ex *Affl. citato, & ibi Vrsillus in dicta decis. 161. nu. 5. in fine, & proinde filia renuncians, secundum talem suppositionem admittitur non solum ad bona consuetudini subiecta, sed etiam ad bona mobilia cum consuetudo non solum ad stabilia bona extendatur, sed etiam ad mobilia, iura, & actiones, l. bonorum, ff. de verborum significat. l. rem in bonis, ff. de acquirend. rerum domin. Rouitus in decis. 85. num. 5. de Ponte de potest. Proreg. tit. 9. de success. mulier. in princ. num. 9: de Franchis in decis. 93. Anna conf. 92. n. 50. Hoc totum ex defectu personæ contēplate, vt post innumeros DD. citatos scripsit *Molfes. in conf. 48. sequitur etiam Horat. Montan. in controuers. 9. n. 8. & 9.***

Efficacior redditur successio prædictæ renunciantis, quotiescumque id, quod per partes obijcitur nullius efficacitæ declaratur, nam, & si per partes opponatur renunciationem factam fuisse per se, & hæredibus nihilominus in ista ma-

16 teria renunciationis semper renunciās stipulasse intelligitur pro se, & hæredibus ex suo corpore descendentibus, ad quod notabiliter dixit, *tex. in cap. fin. si de feud. defunct. milit. controuers. sit ibi pactū non obstare renunciāti, qui Titio, & hæredibus suis promiserat; & cui dederit decessit Titius sine filijs; renunciāns nullum obstaculum in succedendo anteponitur; quia in renūciationum materia strictissima redditur hæredis appellatio, & semper prædicta clausula interpretationem recipit de descendenti-bus ex corpore acquirentis renūciationem pro qua causā Sacrum Consi-*

17 lium formauit decisionem in causa Sororum de Afferro Commissarij Reg. Conf. Ferdinandus Bracia in qua causa tractabatur de exclusionē Ioannē sororis Io. Baptistæ. dotantis, in cuius beneficium fuerunt factæ amplissimæ renūciationes non solum secundum formulam, quæ hodie à notarijs practicatur, sed etiam cum amplissimis verbis, v3. quod prædicta renunciatio ad dotantis beneficium, sit realis, realissima, fructuosa, ac fructuosissima, ita quod prædicta renunciatio, non solum intelligatur facta fauore suorum hæredum, sed etiam fauore quorumcumque, & nihilominus non obstante tali amplissima renūciatione, & amplissimis verbis, ac clausulis decedente dotante ab intestato, existente alijs duabus sororibus in capillo fuit per S. R. C. admittitur renunciāns non obstante sua renūciatione ad successionem æqualiter, cum alijs sororibus pro ut ex processu in banca de Carbone.

In prædicta causa de Afferro, non obstat nec S. R. C. rationem habuit de pacto de non petendo cum iuramento vallato, & Aquiliana stipulatione ex quo communiter DD. concludunt effici realem renūciationem, prout loquutus fuit *de Franchis decis. 375. Regens Rouitus in conf. 42. nu. 7. & conf. 44. And. in cap. 1. nu. 1. vers. hoc nisi in duobus de eo qui fin. sec. agnat. vbi Liparul. in verbo omnino Menoch. conf. 323. nu. 62. Molfes. ad consuetud. Neapolit. tit. de renunc. quæst. 2. nu. 13. g. 3. nu. 17. vbi refert decis. per S. R. C. sub die 9. Aprilis 1567. iunctis Aulis referente quondam Reg. Conf. Altomare Franch. decis. 552. num. 7. Reg. de Ponte dicto conf. 0. nu. 11. vol. 1. Alex. conf. 13. nu. 5. vol. 5. Affl. in dict. cap. 1. n. 11. de eo qui fin. sec. agnat. Molfes. conf. 48. n. 4.*

18 In prædicta forma renūciationis S. R. C. interpretationem dedit locum so-

lummodo haberi in renunciationibus monialium, & in illis operari effectum realem, *Marius Solon de Pac. conf. 5. nu. 4. Mastrii. decis. 65. §. 12. Didac. Spin. in specul. testa. glos. 12. vers. de legato monaco relicto V asq. de success. creat. per 4. §. 18. n. 116. Franch. decis. 375. nu. 2. Dec. conf. 31. & ibi apof. ill. lit. B Sforz. Odd. conf. ult. nu. 33. & 34. sapientissimus Reg. de Tapp. March. Belmontis in auth. Ingressi in verbo sua cap. 13. nu. 19. C. de Sacros. Ecc. & in verb. i. so ingressu nu. 94. & perpetuam exclusionem ex causa ingressus, & ex iusto paragio aliarum ingressarū accepto qua de re in mente hominum cadere non potest monialem renunciantem proprios ac suos proximiores excludere velle, & Monasterium ad bona à se renunciata immittere doctissime hanc rationem consideravit Reg. ac Præfens Merlinus in suis controuers. forent. cap. 5. num. 4. & DD. citati in cap. 3. n. 8. & propterea renunciationem in monasterijs realissimam iudicant stante quod pro alimentis Deo seruendum consuetam dotem aliarum ingressarum accepit qua realitate imminete potius proximiores suos quam amplius ipsi regressum cōceditur DD. citati, & totum quod additur ipsi renunciationi reale iudicatur.*

Ad differentiam clausularum appositarum in renunciatione nubenda, cū semper ipsa personalis iudicetur, & per consequens omne pactum omnesque clausulæ personales iudicantur, vt colligitur ex *Iacobino de Sancto Georg. tractat. de fudis in verbo, & vnus ex dictis Vassalis nu. 5. & 6.*

Iudicatur etiam personalis respectu accipientis in cuius beneficium efficitur, & suorum hæredum tantum dummodo nati ex suo corpore prædicti hæredes sint, & renunciatio terminanda est, secundum renunciantis intentionem *sapientissimus Reg. Capic. Latr. Marchio Torelli consult. 123. nu. 166. & dixit tex. in l. qui cum tutoribus, §. 1. ff. de transact. Reg. de Ponte conf. 40. nu. 7. & 8. lib. 1. Mandellus de Alba conf. 11. num. 15. Craueti. conf. 42. Corneus conf. 291. vol. 4. Gabriel. conf. 135 vol. 2. qui DD. optimè dixerunt renunciationem filix pater dupliciter ex causis acquirere primo vt vberior filiorum masculorum portio reddatur secundo, quod tam ipsi quam pater libere ad quæ uelint disponere possint dummodo tamen nulla adsit prohibitio disponendi pro vt est in hac nostra Ciuitate Neapolitana, in qua municipali legge*

ligantur ad disponendum, nisi de medietate bonorum antiquorum in hominibus in fæminis nuptis si adsunt filij de decima tantum parte in extraneos, si non adsunt filij de medietate, & in hoc, locum habet *Capyc. decis. 191. vt ex ea satis clare constat.*

Pro qua opinione faciunt etiam, ea quæ dixit *Andreas de Isernia in cap. 1. ante nu. 8. in tit. qui succedere teneantur et l. ibi* (renunciationem factam tibi, & hæredibus esse personalem, & non realē) loquitur in casu quando renunciationem accipiens decessit sine filijs ex suo corpore quoniam in ista renunciationis materia fit strictissima interpretatio, & hæredum appellatione veniunt filij masculi stipulantis renunciationem pro qua opinione iudicatum refert, *Marta de legali success. part. 1. quæst. 14. num. 15. Reg. de Ponte in conf. 39. num. 1. Molf. ad consuetud. Neapol. tit. de renunciat. quæst. 1. n. 28. doctissime Dominus meus Ioannes Baptista Hodierna in repetit. legis hac editæ quæst. 11. Ioann. Baptista Thorus in voto 82. nu. 17. Tellus Fernand. in l. 6. Thauri glosa 1. nu. 45. Molina de primogenijs lib. 2. cap. 3. num. 47. Couarr. in cap. quamuis pactum 3 part. §. 2. nu. 4. de pactis in 6. Marant. ass. put. o. Salicetus in l. pactum quod dotali, C. de pactis Cancei. variarum resolut. tit. de renunc. cap. 5. num. 28. Anna pater in singular. 440. Franciscus de Petris in conf. 51. num. 14. Decius in d. l. pactum n. 9. Surd. conf. 446. num. 20. lib. 3. Hondedus conf. 29. n. 8. Vrsil. ad Affl. decis. 161. nu. 5. Guidon. Pap. decis. 192. Alex. conf. 20. & addentes apud ipsum vol. 3. sic fuisse iudicatum testatur *Beltrad. conf. 32. vol. 3. & conf. 74. & sequenti vol. 5. Pisanelli. in addit. ad consuetud. si quis, vel si qua sub nu. 195. fol. mibi 130. de quo decisum testatur contra Roman. conf. 22.**

Ea autem opinio nullum in contrarium contradictorem habet; maxime quando renunciatio terminatur secundaum statuti dispositionem, pro ut est in hac Ciuitate in qua adest. Constitutio in aliquibus in qua præsumitur patrem stipulasse, & secundum talem dispositionem talis renunciatio regulatur, scilicet ob masculorum existentiam, & in illorum fauorem, & proinde ex illorum defectu corruiat renunciatio, *Merlinus de legitima lib. 3. tit. 1. quæst. 5. Dec. conf. 74. num. 23. Hondedus citatus nu. 107. vol. 1.*

Nec illi renunciationi obstabit iuramenti virtus quia vt pluries exploratum fuit

fuit iuramentum duplicem parere effectum, & effectum executiuum, & effectum præcisum, quâdo additur in executiuis sequitur naturam sui actus. Ad quod facit illa optima descriptio doctissimi, ac sapientissimi Aduocati Primarij D. Caroli Calò ad præsens pro sua doctrina nobilitate, & integritate, 25 meritissimus Fisci Regiæ Cameræ patronus in illa sua aurea repetitione pacti de non petendo *part. 1. nu. 22. ibi iuramentum, assimilari Mercurij Planetæ qui in Domo boni planetæ bonus est; in domo mali malus, quando vero additur, ut præcisum continet præcisam; atque vicidam obseruantiam, quam distinctionem sequitur Gutierrez in tract. de iuramento part. 1. cap. 39. nu. 6. & in cap. 27. nu. 2. & 3. alias similes distinctiones ponit Anna in allegat. 19. num. 27. Curt. Junior. conf. 119. Felin. iu. rub. de præscript. col. 7. in princ. Fallent. 4. vers. sed forte Thesaur. quest. Forens. cap. 53. lib. 2. Couarr. in cap. quamuis pactum, §. 4. de pactis in 6. Gratian. discept. forens. cap. 2. n. 54.*

In supposita forma adhuc colligitur 26 ex ipsorum verbis renunciationem, successionum deuoluendarum num. extinguat ius renunciantis, an vero transterat.

In qua specie renunciationis licet addit prohibitio renunciandi ut latius superioribus capit. dictum fuit probat etiam *Molfes. in tit. de renunciatione q. 6. nu. 27.* Permissa adhuc tamen fuit per expressum pactum, ut latius dixit *Anna in d. conf. 45. d. n. 28. vsque ad 69; Molfesius vbi supra nu. 31.* & idem Anna cum pluribus argumentis, probat prædictam renunciationem pacto vallatam translationem, & non repudiationem importare, eo maximè quia viuentis hæreditas facta successionis casu adita, & donata fingitur, & proinde attendi dixit renunciationis tempus non autem delationis prout *Molfes. dicta quest. 6. n. 32.* quod totum fuit *Soccin. in conf. 183. col. 3. in fine lib. 2.*

Cui opinioni optimè respondent DD. & præcipuè *Horat. Montan. in controuers. 10. n. 5.* asserens illam consequentiam trahi necesse non esse, nempe hæreditas viuentis repudiari non potest: 28 quia numquam viuentis hæreditas datur, ut *l. qui superstitis, ff. de acquir. hered.* ergo transfertur, & non abdicat.

Quando autem quis renunciat omne ius quod habet cedit, & donat omnes successiones delatas, ac deferendas. In hæreditatibus delatis habetur vera

